



**Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei  
Praecepta Pars ...**

Tractatus II. In I. Præceptum De Fide, Spe, Charitate, Religione, & Peccatis  
oppositis

**Sporer, Patricius**

**Salisburgi, 1711**

Tractatus II. In Primum Præceptum Decalogi. De Fide, Spe, Charitate, &  
Religione, atque Peccatis oppositis contra Primum Præceptum. Textus  
Præcepti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59952](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59952)

TRACTATUS II.  
In Primum Præceptum Decalogi.  
De  
**FIDE, SPE, CHARITATE,**  
& Religione, atque Peccatis oppo-  
sitis contra Primum Præceptum.

Textus Præcepti.

*Ego sum Dominus DEUS tuus, qui eduxit te de terra Egypti, & de domo servitutis, non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem &c. Non adorabis ea, neque coles. Exod. 20.*

Explicatio Præcepti.

**S**ubstantia primi Præcepti Decalogi, ut affirmati-  
vi, est cognitione, & affectu Unum, Verum, so-  
lum Deum habere, eique soli verum Patriæ cultum  
exhibere: comprehendit sub se quadruplicia præ-  
cepta Fidei, Spei, Charitatis, & Religionis ergà U-  
num Verum Deum. Ut verò negativum est, prohi-  
bet, cognitione nihil uni vero Deo debitum, eidem  
denegare, aut alteri præter Deum tribuere; compre-  
henditque quadruplicia præcepta opposita prohi-  
bentia peccata contra Fidem, Spem, Charitatem, &  
Religionem. *Est in re omnium.*

Declaratur ex terminis præcepti: *Non habebis  
Deos alienos, non adorabis eos, neque coles.*

Indè infertur affirmativum, *habebis me solum  
Deum,*

*In primum Præceptum Decalogi.* ¶

Deum, me solum adorabis, & coles. Sic enim hoc præceptum explicat Christus Dominus Matth. 4. Diabolo dicens tentanti: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*: Atqui habere verum Deum, eumque adorare & colere, sine dubio requirit cognitionem intellectus & affectum voluntatis erga verum & solum Deum. Ulterius cognitione & affectu habere & colere verum Deum quatuor necessaria requirit. 1. Fidem, qua agnoscamus & profiteamur ipsum verum & solum Deum. 2. Spem, quâ bonum ab ipso expectemus, scilicet futuram beatitudinem, & media oportuna ad illam consequendam. 3. Charitatem, quâ ipsum super omnia amemus & æstimemus. 4. Religionem, quâ ipsum debito cultu veneremur. His enim quatuor modis habemus Deum in via: similibus proportionatis modis habituri in Patria: Utpote loco Fidei, clara visione: loco Spei, secura æterna possessione: loco charitatis imperfectæ, perfecta fruitione, seu amore beatifico: loco Religionis & cultus temporalis, æterna laude & glorificatione. Ergo à primo ad ultimum, substantia primi præcepti est cognitione & affectu habere unum verum Deum, & nullum alium; comprehendendo præcepta Fidei, Spei, Charitatis, & Religionis affirmativa & negativa. Cæterum primum præceptum quamvis litterali sono, & explicitè solum videatur prohibere actum Religionis, seu cultum Latriæ idolis seu Diabolo, aut cuivis alteri ut Deo tribuere: & consequenter uni soli vero Deo præstandum præcipere (Unde multi DD. Navar. Fernand. alii, hinc notum primo præ-

præcepto comprehendere Præcepta Fidei, Spei, & Charitatis, sed ea tanquam fundamenta supponi) quia tamen cultus Religionis erga verum Deum necessario præsupponit Fidem, Spem, & Charitatem, ut merito dicat D. August. lib. 1. Enchyrid. *Deus maxime colitur Fide, Spe, & Charitate; nemo enim colit Deum, nisi credens in Deum, sperans ab eo bonum, & diligens.* Hinc omnia quatuor ad unum Primum præceptum rectè reducuntur. Quare & nos hic omnia complectentes præsentem Tractatum in decem capita seu titulos dividemus. *Primum* de Fidei natura & requisitis. *Secundum* de Fidei necessitate, & obligatione.  *Tertium* de Infidelitate & Hæresi. *Quartum* de Spe Theologica, & peccatis oppositis. *Quintum* de Charitate Theologica, peccatis oppositis respectu Dei tantum. *Sextum* de odio & inimicitia Proximi. *Septimum* de virtute Religionis, & oratione. *Octavum* de adoratione & cultu Deo, Divisive debito. *Nonum* de peccatis contra Religionem, seu irreligiositate secundum excessum. Et *decimum* de irreligiositate secundum defectum.



## C A P U T I.

### *De Fidei Natura, & Requisitis.*

**F**ides, omittis variis acceptionibus (videndis apud Authores passim) hic propriissime sumpta significat assensum alicujus propositionis ob auctoritatem dicentis: aliâque est fides humana, quâ credimus aliquid ob auctoritatem humanam, seu hominis

minis dicentis: juxta illud Ecclesiastici: *Vir bonus fidem facit proximo suo*: Alia est fides Divina, quã credimus aliquid ob auctoritatem Divinam, seu ipsius Dei dicentis seu revelantis. De qua Apostolus ad Hebr. II. *Sine fide impossibile est placere DEO, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est*: Et mox eam definiens ait: *Est autem fides substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium*. Et hæc fides tam habitualis, quã actualis hic consideranda est.

## SECTIO I.

### Fidei divinæ definitio.

#### SUMMARIUM.

1. Fidei divina habitualis, & actualis definitio.
2. Explicatio fidei divinæ habitualis.
3. Explicatio fidei divinæ actualis.
4. Ad elicitendum actum vel assensum prærequiritur in intellectu lumen supernaturale actuale.
5. Et ex parte voluntatis pius motus antecedens, & consequens.
6. Explicatur definitio Fidei à S. Paulo data.

#### ASSERTIO I.

**F**ides Divina habitualis est virtus Supernaturalis Theologica, à DEO infusa, inclinans intellectum ad firmiter, etsi obscure assentiendum omnibus à DEO revelatis, quatenus à DEO revelata sunt: seu ob auctoritatem infallibilem ipsius DEI revelantis. Fides autem actualis est assensus firmus & certus, etsi obscurus, quò homo Divino Lumine illustratus firmiter assentitur omnibus à DEO revelatis, quatenus ita revelata sunt eius

pio in illum affectu voluntatis. Ita in re Omnes.  
Bonitas definitionis patebit explicatione.

## §. I.

*Fides Divina habitualis est virtus &c.*

2 I. **V**irtus generalissimè definitur, *habitus indefectibiliter attingens bonum potentia rationalis*, nimirum aut intellectus, cujus bonum est verum: aut voluntatis, cujus bonum est honestum. Unde virtus generatim dividitur in intellectualem, & moralem. Virtus intellectualis est habitus indefectibiliter attingens verum in cognoscendo: Ut scientia, sapientia, intellectus &c. Ad hanc etiam fides divina aliquo modo spectat, quatenus nimirum infallibiliter, etsi obscure attingit verum. Virtus moralis est habitus indefectibiliter attingens bonum honestum in operando: seu ut communiter definiri solet: *Est bona qualitas mentis, quæ habentem perficit, & opus ejus bonum reddit.*

II. Virtus rursus alia dicitur naturalis & Philosophica, quæ scilicet & naturaliter acquiritur, & circa actus & objecta naturalis ordinis versatur, ut Prudentia, Fortitudo, Temperantia, & Justitia: Quæ ideò dicuntur morales, quòd mores seu actus humanos rectè ordinent: Philosophicæ, quòd lumine naturali sint acquisibiles, quatenus distinguuntur à virtutibus Theologicis. Aliæ dicuntur virtutes supernaturales & Theologicæ, quæ scilicet & supernaturaliter acquiruntur per infusionem à Deo, & versantur circa actus & objecta supernaturalis ordinis, nimirum circa ipsum Deum, & ea, quæ ad Summum Bonum, ultimum finem nostrum cognoscendum,

dum, & prosequendum pertinent. Undè & dictæ Theologicæ ab objecto primario ipso Deo; & hæ sunt tres: Fides, Spes, & Charitas Divina, & hinc ulterius dicitur Fides

III. *Virtus Supernaturalis Theologica à Deo infusa.* His terminis, jam jam explicatis, Fides jam differt à virtutibus moralibus; & tanquam genere proximo convenit cum reliquis virtutibus Theologicis, Spe & Charitate Divina.

IV. *Inclinans intellectum ad firmiter assentiendum* &c. Per hoc differt à reliquis virtutibus Theologicis Spe, & Charitate, differentiâ desumptâ à proprio actu, ad quem inclinatur, scilicet firmiter assentiri omnibus à Deo revelatis, quatenus ita revelata sunt. Qui assensus est ipsa Fides Divina actualis. De qua mox. Fides enim tendit in Deum cognoscendo, ut primam veritatem; Spes autem tendit in Deum prosequendo, ut Summum Bonum in se & propter se. Ut latius patebit prosequendo. Ex dictis facillè philosophabis bonitatem definitionis.

## §. II.

*Fides Divina actualis est*

**A**ssensus firmus: cum firma scilicet adhesionē potentia ad objectum, seclusa omni hæsitatione, dubitatione vel formidine de opposito, ut infra c. 3. latius patius patebit.

I. *Certus*: seu infallibilis, nimirum ob certitudinem & infallibilitatem motivi scilicet veritatis Divinae revelantis. Quibus excluditur fides humana, opinio, dubium &c. Quæ Fidei Divinae simpliciter repugnant.

A 5

III. Et

III. *Etsi obscurus* : nimirum ob obscuritatem rei revelatæ & creditæ, quæ non proponitur, prout in se est, sed solum creditur firmiter, sic esse, sicut revelatur, & proponitur, juxta notissimum illud D. Augustini. *Quid est fides, nisi credere, quod non vides?* Sicque significat definitio suprâ recitata Paulina, & infrâ explicanda.

IV. *Quo homo assentitur omnibus à Deo, ut Prima Veritate, revelatis &c.* seu, ut alii asserunt, *firmiter assentitur primæ Veritati, & omnibus ab ea revelatis* : Sed perinde est. Significatur hic Divinæ Fidei objectum & materiale, quod est omnis Veritas revelata; & formale, quod est prima Veritas revelans, de quibus mox Sect. 2. & 3. Duo insuper ad hanc fidem actualem, seu actum Fidei necessariò concurrunt in definitione expressa. Nempe,

§. III.

*Divino lumine illustratus.*

- 4 I. **I**ntellectus enim noster ad eliciendum assensum Fidei propter obscuritatem objecti, necessariò indiget lumine ac robore Divino supernaturali, quod partim est ipse habitus infusus Fidei Divinæ; partim verò (maximè in prima conversione in rebus difficilioribus credendis) est concursus specialis Dei & auxilium Spiritus Sancti illustrantis & roborantis intellectum ad eliciendum simulque moventis voluntatem ad imperandum intellectui assensum veritatibus revelatis. De quo lumine & auxilio passim loquitur Scriptura. Joan. 16. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus celestis traxerit eum.* 1. ad Corinth. 12 *Nemo potest dicere, Dominus*



minus *JESUS, nisi in Spiritu Sancto.* Ad Ephel. 2. *Gratiâ enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis; Dei enim donum est.* Et alibi sæpissimè: *Ut meritò Petrus Canisius Fidem descripserit: Donum Dei, ac Lumen &c.* Hoc efficax lumen Divinum ad credendum expertus D. Augusti: in sua conversione l. 7. Confes. c. 19. dicebat: *Non erat proorsus, undè dubitarem: faciliùsque dubitarem, me vivere, quam non esse veritatem &c.*

§. IV.

*Cum pio in illum affectu voluntatis.*

**S**ignificatur necessarius concursus voluntatis ad actum Fidei saltem meritorium, idque dupliciter, antècedenter, & consequenter.

I. Ad actum Fidei est necessarius pius motus voluntatis antècedens: etsi enim Fides sit virtus intellectualis & actus elicitus intellectûs, necessariò tamen debet esse actus imperatus voluntatis pio motu imperantis & moventis intellectum ad assentiendum obscuris Fidei veritatibus: Juxtà illud 2. ad Corinth. 10. *in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Nam firma illa & certa adhæsió Eidei ad veritates revelatas non provenit ex speculatione objecti credendi, quæ obscuritatem non tollit, sed provenit ex determinatione liberi arbitrii Spiritûs Sancti gratiâ adjuti. Et hinc actus Fidei meritorius est, & sub præceptum cadit, non utique quatenus præcisè est actus elicitus intellectûs, qui de se omnino naturalis est: sed quatenus est actus imperatus voluntatis ac liberi arbitrii moventis ac determinantis intellectum ad a-

sentiendum rebus Fidei. Et hinc rursus fit, quòd Fides, licet majorem certitudinem habeat, quam Scientia, facilius tamen perdi, & in dubium vocari possit, cum prædicto modo ex libera voluntate pendeat. Vide D. Bonavent. in 3. d. 33. c. 1. q. 4.

II. Ad actum Fidei etiam pius motus voluntatis consequi debet, etsi enim actus Fidei exerceatur ab intellectu, non tamen sistit in sola speculatione intellectus, sed semper pium in voluntate cordis motum excitare debet ad virtutem Spei, vel Charitatis pertinentem, ut quilibet piè eliciens actum Fidei v. g. Symbolum attentè recitans experiri poterit: Atque ratione hujus utriusque motus voluntatis ad actum Fidei concurrentis actus Fidei à S. Scriptura sæpè tribuitur voluntati, seu cordi, ut Rom. 10. *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et act. 8. ait Philippus ad Eunuchum: Si credis in toto corde &c. licet.* Eadem de causà actus Fidei in Sacra Scriptura & Symbolis communiter exprimitur per particulam *in*, affectum quemdam & motum in Deum significantem. Indèque SS. PP. pulchrè distinguunt hæc tria: *Credere Deum, credere Deo, credere in Deum.*

*Credere Deum* significat tendentiam Fidei in Deum, ut objectum materiale, quatenus nimirum credimus Deum esse. *Credere Deo* significat tendentiam Fidei in Deum, ut objectum formale primum, credimus enim principaliter Deo, ut primæ veritati, revelanti nimirum infallibiliter vera esse, quæ ipse dicit, seu revelat. *Credere in Deum* significat tendentiam Fidei in Deum, ut ultimum

Finem

Finem & Summum Bonum nostrum, cum pio motu voluntatis, nimirum Spei, Charitatis, Religionis. Audi pulchrè explicantem D. August. Serm. 181. De tempore. *Credo in unum Deum. Non dicit: Credo Deum, vel credo Deo, quamvis & hoc salutis necessaria sint, aliud enim est credere illi, aliud credere illum, aliud credere in illum. Credere illi est credere vera esse, qua loquitur; credere illum, est credere, quia ipse Deus est; credere in illum, est diligere illum. Credere, vera esse, qua loquitur, multi & mali possunt. Credere ipsum esse Deum, hoc & Damones possunt, credere verò in Deum, soli norunt, qui diligunt illum, quia sine dilectione Fides inanis est. Hæc Augustinus. Ex dictis patere debet sensus Paulinæ definitionis Fidei ad Hebr. II. Est Substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium.*

III. Est substantia, græcè hypostasis, id est substantia: rerum sperandarum: Cui scilicet tanquam basi & fundamento firmissimo Spes & Salus nostra innititur, quatenus scilicet ea, quæ speramus per Fidem certissimam fiunt certa, & consequenter per eam nos certi & securi reddimur. D. Chrysoft. in illum locum (quem alii Græci sequuntur) per substantiam, vel hypostasim intelligit substantiam, seu existentiam hoc sensu, quòd fides sic velut jam existentia rerum sperandarum, eò quòd illa, etsi Spe adhuc pendente, non existant, Fides tamen eas ipsas nobis quodammodo existentes, & præsentis exhibeat, dum nos adeò de iis certificat, ac si re ipsa jam essent præstitæ & obtentæ. Unde Para-

Paraphrasis Syriaca habet: *Est autem fides persuasio super iis, quæ sunt in spe, ac si essent ipsis* (credentibus) *in actu sive effectu.* Sed tu intellige hæc quantum est ex parte Dei, & revelationis ac promissionis Divinæ, & (en grande nisi!) dummodò ex parte nostra nihil desit.

IV. *Argumentum*: seu, ut legit D. Augustinus, *convictio*, id est, certissima persuasio, ostensio, ac velut demonstratio: *Rerum non apparentium*, intelligendo in sensu ampliativo, quòd nimirum Fides sit firma adhæsiò, faciâtque nos firmissimè adhærere, & certissimè præcipere ob Divinam auctoritatem etiam illa, quæ aliundè non apparent nobis, imò quæ sensus humanus, ac intellectus naturaliter credere refugit, ut Deum esse Unum in Essentia, Trinum in Personis, Christum unam personam simul esse Deum & hominem, esse realiter præsentem in Eucharistia, homines clarè visuros Deum &c. Non autem voluit Apostolus, fidem esse tantùm illarum rerum, quæ aliundè non apparent, seu id omne, quod Fide creditur ob auctoritatem Divinam, esse non apparens, cum sine dubio aliqua Fidei mysteria aliundè ratione naturali possint nobis esse evidentè nota: ut quòd Deus sit, quòd unus tantùm sit Deus. Quamvis hæc ipsa, quatenus iis ob solam auctoritatem, & revelationem Divinam assentimur, verè Fide Divina credantur: At tamen in iis credendis non ita elucet virtus Fidei, quippè cum illa etiam citrà divinum testimonium percipiantur, ut post alios benè observat *Herincx. bis disp. 2. q. I. n. 5.* Hinc jam advertere debuisti,  
hanc

hanc posteriorem partem longè plura complecti, quam priorem, nam plura creduntur, quam sperantur. Sperantur enim sola bona, atque futura, & absentia, ut æterna Beatitudo, perseverantia, auxilium Divinum; creduntur autem bona & mala tam præterita & præsentia, quam futura: quare Fides non est tantum substantia rerum sperandarum, sed generaliter est argumentum omnium non apparentium, seu à Deo revelatorum, etsi aliundè sperandorum. Sensus ergò adæquatus definitionis est: *Fides est certa & firma persuasio omnium nobis revelatorum in ordine ad finem supernaturalem adhuc latentem, sperandum & consequendum.*

SECTION II.

*Fidei Divinæ objectum materiale, seu materia.*

SUMMARIÆ.

7. *Fidei objectum materiale duplex: complexum, & incomplexum.*
8. *Objectum materiale Fidei est Verbum Dei immediatum & mediatum: privatum, & publicum.*
9. *Verbum Dei publicum aliud est scriptum, aliud traditum: quid seu quanam quodlibet comprehendat;*
10. *Quid, & quot sint Fidei Symbola.*
11. *Quid, & quot sint Articuli Fidei.*

**F**idei objectum materiale dicitur omne id, quod Fide creditur, estque duplex: complexum: & incomplexum. Objectum Fidei incomplexum, seu subjectum Fidei dicitur omne id, de quo aliquid Fide Divina creditur affirmando vel negando. Et sic objectum Fidei primarium & principale, & ut vocant,

vocant, attributionis, est ipse Deus, de quo sunt principales veritates Fidei, & articuli Fidei credendi, reliqua omnia sunt objectum secundarium, quatenus nimirum ad Deum vel ut auctorem, vel ut Finem ordinantur. Objectum Fidei complexum dicitur omnis veritas, seu propositio à Deo revelata, & Fide Divina credenda, & appellatur *verbum Dei*, accipiendo nimirum verbum Dei objective pro omni eo, quod Deus locutus est, vel revelavit frequentissima Scripturæ Phrasi; formaliter enim verbum Dei est ipsa locutio, & revelatio Divina, quæ est objectum Fidei formale immediatum, de quo sequenti Sectione.

## ASSERTIO II.

**F***idei Divinae objectum materiale est verbum Dei universum, seu quidquid Divinitus homini viatori quomodocunque revelatum, immediate, mediate, scripto, traditione &c.* Communissima DD. cum D. Thoma & Scoto. Et patet ex ipsa Definitione Fidei Divinæ, quæ nimirum firmiter assentimur omnibus à Deo revelatis, quatenus ita revelata sunt: Atqui ea ipsa revelata dicuntur verbum Dei objective: ergo objectum materiale Fidei Divinæ rectè dicitur Verbum Dei universum: Cum omne, quod à Deo revelatum est, & nihil non à Deo revelatum, credendum sit. Solum hæc explicandæ sunt aliquot divisiones verbi Divini in Assertionem indicatæ.

§. I.

*Verbum Dei immediatum, & mediatum privatum, publicum.*

**V**erbum Dei (objectivè sumptum) semper definitur: *Veritas a Deo inspiratione, verbò vel signò manifestata homini Viatori.* Dividitur primò in immediatum, & mediatum.

*Verbum Dei immediatum* dicitur, quòd Deus per se ipsum, nullo alio, ut Legato, vel internuntio mediante, revelat. Qualia sunt verba Dei facta ad Prophetas, Moylin, Isaiam, Jeremiam &c. Et vox illa ipsa de coelo: *Hic est Filius meus dilectus.* Et talia sunt etiam verba à Christo facta ad Apostolos, & Judæos. De quo Joann. 1. *Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.*

*Verbum Dei mediatum* dicitur, quòd Deus per alium tanquam Legatum, vel internuntium, sive Angelum, sive hominem, loquitur, & revelat: sic Deus olim verba sua partim per Angelos loquentes Patriarchis & Prophetis, partim per homines ipsos, scilicet Patriarchas & Prophetas reliquo humano generi revelavit; de quo Apostolus ad Hebræos 1. *Multifariam, multisque modis Deus olim loquens. Patribus in Prophetis, novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio.* Tandem Deus & Christus locutus est nobis per Apostolos & Evangelistas in Scripturis sacris. De quo Apostolus 1. ad Thessal. 2. *Cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est verè, verbum Dei, qui operatur in vo-*

THEOL. MÓRAL. PARS II.

B

bx,

*bis, qui credidistis*: Omne ergò verbum Dei saltem publicum respectu nostrum mediatum tantum est.

Utrumque hoc verbum Dei aliud potest dici *privatum*, quod soli homini pro se revelatur, ut verba illa ad Ezechiam: *Dispone domus tue, quia morieris*. Christi ad Petrum: *Ter me negabis*. Aliud *publicum*, seu publicam auctoritatem habens, omnes nimirum concernens, quodque ab omnibus recipi, & credi debet, hujusmodi est Vetus, & Novum Testamentum, Traditiones, & Definitiones Ecclesie. Et hoc proinde verbum Dei publicum dividitur *in scriptum, & traditum*.

## §. II.

*Verbum Dei scriptum & traditum.*

- 9 **V**erbum Dei scriptum est, quod continetur in Scripturis Canonicis totius Veteris, & Novi Testamenti, cujus proin utriusque sententia omnes formaliter à Scriptoribus Canonicis enuntiata, nimirum in recta significatione verborum ex mente ipsorum Scriptorum à Deo inspirata sunt de Fide Divina, & necessario credenda saltem negativè, ut scilicet nulla ejusmodi sententia negetur, vel in dubium revocetur. Quænam autem sententia, seu veritates Fidei necessario etiam positivè credenda sint à Fidelibus, videbitur *c. seq.* Secus est de sententiis materialiter tantum relatis à Scriptoribus Canonicis, nimirum non ex propria, sed ex aliorum non rectè sentientium mente: Ut verba impiorum in Libris Sapientia, blasphemiam Judæorum contra Christum, & alia innumera: quæ sine dubio formaliter in sua significatione non sunt de-
- fide



fide imò falsissima, sed solùm suut de fide materia-  
liter, & historicè, quòd nimirùm ita ab aliis dicta  
sint.

Verbum Dei *traditum*, seu non scriptum dicitur, quòd absque scriptura à Deo, vel Christo per Apostolos suos, & Ecclesiam, Fidelibus suis voce consequenter traditum est, quale necessariò admit- tendum contra Hæreticos, latè, & efficaciter probant Controversiæ. Accipe paucis, Nam 1. & ipsam S. Scripturam de facto habitam, esse verbum Dei, non constat nobis, nisi ex traditione perpetua Ecclesiæ. 2. Verbum Dei Novi Testamenti à Christo traditum non statim scriptum, sed sola voce traditum est Fidelibus usque post multos annos ab ejus Ascensione, quando primùm ab Apostolis, & Evangelistis Scriptum est, quando se tempus & occasio scribendi obtulit: Atqui ante illam scriptio- nem per tot annos sine dubio erat verbum Dei Fide Divina credendum. 3. Non omnia, quæ Christus docuit, & fecit scripta sunt ab Apostolis, & Evan- gelistis, ut omnium ultimum in fine sui Evangelii scribit Joannes. 4. Id ipsum convincit unanimis consensus SS. PP. Sufficiant pro nunc duo illustra testimonia. D. Epiphanius Hæresi 61. *Oportet autem & traditione uti, non enim omnia à Scriptu- ra Divina accipi possunt. Quapropter aliqua in Scripturis, aliqua in Traditione per vocem Apostoli tradiderunt, quemadmodum dicit S. Apostolus: Si- cut tradidit vobis. Et alibi; sic doceo, & sic tra- didi Ecclesie.* Hæc iste. Et D. Joan. Chrylost. 2. ad Thessal. 2. *Hinc patet, quòd non omnia per Episto- lam*

lam tradiderunt, sed multa etiam sine litteris; ideoque Traditionem quoque Ecclesia fide dignam putamus. Traditio est; nihil queras amplius. Sicile. Tandem accedit ratio: Nam signum, quo verbum Dei hominibus revelari, ac revelatum propagari potest, non est sola Scriptura, neque se sola in omni casu sufficeret; cum libri scripti verustate corrumpi, vel omnino absumi possint: ergo necessaria est Traditio vocis continuo per Ecclesias propagata per scripturas, tum ad ipsas Scripturas discernendas, tum etiam ad alia nonnulla credenda v. g. parvulos esse baptizandos; ubinam hoc scriptum in libris? &c.

Porro ad verbum Dei publicum & traditum iuxta communissimam DD. cum *D. Thoma 2. 2. q. 1. a. 3.* etiam revocantur Definitiones Ecclesie per Summos Pontifices, & Concilia generalia, populo Christiano propositæ, & Fide Divina credendæ.

Probatur: Quia Ecclesia (ut ait Apostolus *1. ad Timoth. 3.*) *Dei vivi columna est & firmamentum veritatis.* Et juxta promissionem Christi *Matth. 16.* *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam;* Consequens est, quod quæcunque Ecclesia in rebus Fidei, vel morum, populo Christiano decernit, ac proponit, firma esse, & infallibilia. Ulterius; quia Spiritus Sanctus, ex promissione Christi *Joan. 14. & 16.* missus Ecclesie, ut maneat in æternum, doceatque omnem veritatem, eidem Ecclesie assistit, instruens, atque gubernans, prout etiam Apostoli in primo Concilio Jerosolymitano

mitano congregati professi sunt. Act. 15. Visum est Spiritui Sancto, & nobis &c. Ita efficaciter arguitur: Omnis sermo vel sententia procedens ex infallibili assistentia Spiritus Sancti est verbum Dei revelatum, & Fide Divina credendum: Sed Definitio Ecclesiae procedit ex infallibili assistentia Spiritus Sancti ( ut modò dictum ) : ergò est verbum Dei habendum, & Fide Divina credendum. Unde D. Athanasius l. 6. Epist. ad Africanum Episcopum ait: *Verbum Divinum per Oecumenicam Nicæ Synodum in aeternum stat. Et D. Gregorius primus lib. 1. Epist. 24. dicit: Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia ( Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense ) venerari me, ac suscipere fateor.* Plura de his apud Bellarminum de Verbo Dei, aliòsque Controversi- stas passim. Denique hoc verbum Dei publicum quoad objecta Fidei communiter ab omnibus credenda coordinatur per Symbola & Articulos Fidei, de quibus.

§. III.  
Fidei Symbola

**D**icuntur certæ coordinationes præcipuorum Fidei objectorum communiter ab omnibus Christi fidelibus credendorum; Sic dicta quasi tes- sera militares Fidei, quibus Christi fideles ab infi- delibus discernuntur, quantum ad Professionem Fidei.

Tria potissimum Symbola sunt in usu in Eccle- sia Catholica: Apostolicum, Nicænum, & S. Atha- nasii. Primum Symbolum Apostolicum ab ipsis A- stolis

postolisante sui divisionem in omnem terram, pro generali tessera compositum, omnia præcipua Fidei dei Divinæ capita continet. Recitaturque ab Ecclesia quotidie ter in Divino Officio ad initium Matutini, & Primæ, & ad finem totius Officii. Reliqua duo Nicænum, & S. Athanasii aliquos solum Symboli Apostolici Articulos contra emergentes tunc hæreses clarius explicant, & declarant. Symbolum enim Nicænum contra Arianos potissimum explicat Divini Filii Unitatem, & Consubstantialitatem cum Patre, *Et in unum Dominum Et* Item Divinitatem, & Processionem Spiritus Sancti à Patre & Filio: *Et in Spiritum Sanctum Et Dominum Et vivificantem Et c.* Recitatur in Ecclesia solum in Missa solemni. Symbolum S. Athanasii potissimum explicat duo mysteria Fidei, scilicet SS. Trinitatis, & incarnationis Verbi. Recitatur ab Ecclesia in Officio Dominicæ ad Primam.

Symbola porrò constant suis certis articulis quasi parvis membris.

## §. IV.

*Fidei Articuli.*

**I** **A**rticulus Fidei (quasi membrum parvum Symboli) dicitur verbum Dei particulare continens specialem & distinctam revelationem à Deo factam Ecclesiæ in ordine ad consecutionem vitæ æternæ. Tria ergò requirit articulus Fidei. 1. ut contineat verbum Dei publicum toti Ecclesiæ propositum, & credendum. 2. Ut contineat peculiaritatem, & distinctam difficultatem credendi speciali

ciali operatione, vel revelatione Divina superandam. Hinc, ut optimè notavit *S. Thomas cit.* Unicus est Articulus Fidei, de Christo passo, mortuo & sepulto: Quia in his una eademque est difficultas credendi, ut uno per Fidem suscepto, non sit difficile & aliud credere. At verò de Christi morte, descensu ad inferos, Resurrectione, & Ascensione jam sunt quatuor distincti Articuli Fidei, quia in his quadruplex distincta est difficultas credendi, necessariò distincta revelatione superanda; credita enim morte Christi, alia est difficultas credendi descensionem ad inferos, alia Resurrectionem &c. 3. Ut contineat veritatem Fidei per se revelatam in ordine ad consecutionem vitæ æternæ, omnibus necessariò credendam; est enim Fides substantia rerum sperandarum, & principaliter æternæ Beatitudinis. Unde propriè non dicuntur articuli, nec in Symbolis ponuntur ea, quæ per accidens tantum revelata sunt, ut quòd *Abraham duos filios habuit*, & similia historica innumera, etsi ad Articulos Fidei reducantur, ut eo ipso, quòd Divinitus revelata sint, si Fideli proponantur, Fide Divina credenda sint, saltem negativè, ut jam supra innui.

Articuli ergò Symboli Apostolici, etsi vulgò numerentur duodecim juxta numerum duodecim Apostolorum, à quorum singulis singuli compositi piè creduntur; reverà tamen quantum ad distinctionem rerum credendarum quatuordecim sunt. Septem spectantes ad Divinitatem, utpote, 1. ad Unitatem Essentiæ Divinæ: *Credo in unum Deum.* Tres alii spectantes ad Trinitatem Personarum 2.

*Credo in Deum Patrem. 3. Et in Jesum Christum  
 Filium ejus: 4. Et in Spiritum Sanctum. Tres alii  
 pertinentes ad triplicem operationem Dei conferen-  
 tis-creaturæ triplex esse: Scilicet Esse natura: 5.  
 Creatorem Cæli & terra. Deindè Esse gratiæ: 6.  
 Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Com-  
 munionem, remissionem peccatorum, ubi contine-  
 tur Fides omnium Sacramentorum: Denique Esse  
 Gloria: 7. Carnis resurrectionem, & vitam æter-  
 nam. Amen. Septem alii Articuli pertinent ad  
 humanitatem Christi. 1. Incarnatio & Conceptio:  
 Conceptus de Spiritu Sancto. 2. Nativitas: Natus  
 ex Maria Virgine. 3. Passio: Passus sub Pontio  
 Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. 4. De-  
 scendit ad inferos. 5. Resurrexit à mortuis. 6. A-  
 scendit ad Cælos &c. 7. Inde venturus est judica-  
 re vivos & mortuos. Ita unanimiter DD. cum S.  
 Thoma 2. 2. q. 1. a. 8. & Scoto in 3. d. 23. q. 1.  
 Ubi ait: Sciendum, quòd si articuli distinguantur  
 quantum ad ipsa credita, sic sunt quatuordecim:  
 Si autem distinguantur secundum numerum eorum,  
 qui primum articulos distinxerunt, sic sunt duode-  
 cim juxta numerum duodecim Apostolorum. Sic  
 ille. Verum pro praxi fidelium retinenda est vul-  
 garis duodenaria divisio Articulorum Fidei secun-  
 dum ordinem verborum Symboli; Theologica,  
 & speculativa est illa prima divisio, hæc po-  
 sterior catechetica, & pra-  
 ctica.*

SECTIO III.

Fidei Divinae objectum formale.

SUMMARIUM.

- 12. Objectum Fidei formale, seu ratio credendi est prima, & summa Dei Veritas in dicendo.
- 13. Principale enim, & ultimum ipsa Dei Veritas.
- 14. Proximum verò, & immediatum ipsa revelatio.
- 15. Eaque essentialiter obscura, saltem ex parte rei revelata.

ASSERTIO III.

**F**idei Divinae objectum formale, seu principium formale & ratio formalis credendi, adequatè est prima summa Dei Veritas in dicendo: seu quod idem est: Auctoritas Dei infallibilis revelantis aliquid obscure: Principale nimirum, & ultimum est ipsa Veritas, proximum verò, & immediatum est ipsa revelatio, eaque obscura essentialiter saltem ex parte rei revelata. Communis DD. cum D. Thoma cit. q. 1. a. 1. Scoto cit. d. 23. q. 1. aliisque, quos latè citat & sequitur Tannerus tom. 3. disp. 1. q. 1. dub. 3. Explico breviter.

§. I.

*Est prima & summa Dei Veritas in dicendo* 12

**R**atio est: Quia objectum formale Fidei seu principium formale, ac ratio formalis credendi est illa ratio, secundum quam, & propter quam fidelis firmiter, certò & infallibiliter assentitur veritatibus Fidei, cuique innititur infallibilis certitudo assensus Fidei: Sed illud nihil aliud esse potest, quam prima Veritas Dei in dicendo, seu infallibilis Auctoritas Dei revelantis aliquid. Unde S. Scriptura

B 5

ptura

ptura passim pro motivis, & ratione assensûs Fidei assignat Divinam revelationem, veritatem, & auctoritatem infallibilem. Matth. 16. *Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est*, 1. Joan. 1. *Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est, quoniam testificatus est de Filio suo: qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei, in se.* 1. ad Thessal. 2. *Cum accepissetis à nobis verbum auditûs Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est verè, verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.* Et aliis locis innumeris: Ergò sicut Fidei humanæ fallibilis objectum, & motivum formale, seu formalis ratio assentiendi est veritas & auctoritas hominis dicentis, etsi fallibilis; ita omninò Fidei Divinæ infallibilis objectum, & motivum formale, ac ratio formalis assentiendi est ipsa prima & summa Veritas Dei in dicendo, seu auctoritas infallibilis Dei revelantis aliquid obsecurum.

## §. II.

*Objectum ultimum & proximum.*

13 **O**bjectum hoc formale adæquatum scilicet Prima veritas Dei revelantis duo includit, ipsam primam Veritatem Dei, & ipsam revelationem, seu locutionem Dei, nimirum verbum Dei formale: ita nimirum (uti ex communi rectè notat *Tannerus cit. num. 34.*) ut objectum formale, principale, & ultimum sit dicta prima Veritas, & auctoritas Dei: Objectum, verò formale proximum, immediatum, & non ultimum sit ipsa Divina re-  
vela-



velatio, seu verbum Dei formale. Etenim fidelis quispiam rogatus, cur credat talem propositionem, v. g. Deum esse unum vel trinum: Verbum caro factum &c. immediatè & rectè respondet: Quia Deus revelavit. Rogatus ulteriùs, cur credat Deo revelanti, seu verbo Dei? Respondet: Quia ipse est prima, & summa Veritas, & infallibilis auctoritatis in dicendo. Et hic est status. Nam quærens ulteriùs, cur credat primæ Veritati, stultè quærit, nec est responsione dignus, ut benè notat *Cajetan. hic q. 1. a. 1.*

§. III.

*Dei Veritas & revelatio.*

**D**EI prima Veritas est, seu infallibilis Auctoritas<sup>14</sup> in dicendo (objectum formale principale Fidei) duas perfectiones Divinas includit & connotat. 1. Infallibilitatem Divini intellectûs in cognoscendo vero: 2. Indefectibilitatem Divinæ Voluntatis in volendo dicere & revelare verum; adeoque ut utrinque repugnet Deo, & in Intellectu posse falli cognoscendo aliquod falsum, & in Voluntate posse fallere volendo dicere vel revelare aliquod falsum, & verbo posse mentiri. Ut latè demonstrant DD. communissimè. Et hinc sicut omnia à Deo revelata sunt infallibilis veritatis, ut repugnet eis subesse falsum; ita actus vel assensus Fidei ob id sortitur infallibilem certitudinem, etsi obscurus sit, ut supra in definitione notatum.

Ipsa quoque revelatio Divina seu verbum Divinum formale similiter duo includit. 1. Locutionem Dei internam, hoc est, ipsum conceptum Divinæ

vina

vinæ mentis de veritate aliqua credenda. 2. Locutionem Dei externam seu manifestationem talis veritatis utpote per inspirationem, per voces, per scripturas, uti nunc maximè ex Scriptura sacra, quibus omnibus velut instrumentis Deus hominibus suos conceptus manifestat: atque revelatio seu verbum Dei, prout utrumque includit, est objectum formale proximum Fidei Divinæ.

## §. IV.

*Revelationis Divinæ obscuritas.*

**I**sta revelatio Divina, quatenus est objectum formale proximum Fidei, necessariò est obscura: idque dupliciter, & obscuritate revelantis, & obscuritate ipsius rei revelatæ: Ut scilicet excludat & evidentiam revelantis, & evidentiam rei revelatæ: ita videlicet, ut nec ipse Deus revelans homini clarè innotescat, nec ipsa res revelata homini clarè fiat cognita; sed solùm obscurè: etsi firmissimè credatur, & Deum ita revelasse, & rem sic esse, sicut Deus revelavit: utramque obscuritatem defactò habet Fides nostra. Et quidem obscuritas rei revelatæ est de ratione essentielle Fidei, ita ut Fides Divina simpliciter stare non possit cum evidentia objecti, seu rei revelatæ. Definitur ab Apostolo: *Substantia rerum sperandarum: argumentum non apparentium.* Et D. Augustin. tract. 40. in Joan. *Quid est Fides, nisi credere, quod non vides?* Gregor. hom. 26. in Evang. *Fides illarum rerum est, quæ apparere non possunt: Quæ enim apparent, jam Fidem non habent, sed agnitionem.* Et ibidem ad verba Christi: *Quia vidi-*

*vidisti me Thoma, credidisti: Respondet: Aliud vidit, aliud credit, scilicet vidit hominem, credit Deum.* Unde Fides non manet in Patria, sed, ut ait Apostolus, *evacuabitur*, quia nimirum ibi erit clara visio Dei, & evidentia rerum antea creditarum obscure. Et insuper actus Fidei cum actu scientiæ de eadem re simul stare posse cum communissima negat melior Philosophia, quæ recole.

Altera autem obscuritas Dei revelantis non est ita de ratione essentiali Fidei, quin possit stare cum evidentia Dei revelantis, seu evidenti cognitione, quòd Deus ipse loquatur, revelet, vel revelaverit; Prophetæ enim & Patriarchæ aliqui habuerunt evidentiâ Dei revelantis & loquentis sibi, nihilominus verè crediderunt Fidei Divina mysteria sibi revelata v.g. Messiaæ venturi. Et licet fortè etiam intuitivè, & clarè viderint ea, quæ sibi revelata erant (v. g. Passionem Christi futuram, undè eam tam clarè, descripserunt, David *Psal. 21. Isai. 53. alii*) unde & *videntes* dicti sunt, ea tamen visio citò transiens & non permanens erat, ideòque deinceps verè solum crediderunt.

## SECTIO IV.

### *Fidei Divinae propositio & resolutio.*

#### SUMMARIUM.

16. *Fides de lege ordinaria necessariò pendet à sufficiente credendorum propositione per motiva humana ad persuadendum efficacia.*
17. *Talia autem motiva olim fuisse potissimè miracula; modo verò congregatio fidelium.*

18. *Ultimatè autem fides resolvitur in ipsam primam infallibilem veritatem Dei revelantis, ut motibum primarium, & principale; & secundariò etiam in auctoritatem Ecclesie.*

## ASSERTIO IV.

16 **F**ides Divina et si primariam & essentialem infallibilem veritatem ac certitudinem suam habeat ab ipso objecto formali, scilicet prima veritate, & infallibili auctoritate Dei revelantis, tamen lege ordinaria necessariò pendet à sufficienti propositione credendorum ut credibilem, per motiva humana efficacia ad persuadendum. Ita omnes. Et significat Apostolus ad Rom. 10. *Quomodò credent ei, quem non audierunt? quomodò autem audient sine predicante?* qui scilicet credenda de Deo proponat, & suadeat. *Et ratio est:* Quia Fides debet esse assensus firmus, etsi obscurus, rerum à Deo revelatarum, ut revelatæ sunt: sed nemo potest, nec debet assentiri alicui tanquam revelato à Deo, nisi proponatur ipsi ea res esse revelata à Deo, & insuper aliquibus motivis credibilis & rationaliter credenda suadeatur. Quòd si enim Doctor Christianus prædicet infidelibus Deum esse Trinum & unum, DEI Filium incarnatum, mortuum &c. idque à Deo esse revelatum, ac proindè certissima fide tenendum, nisi assertionis suæ, & factæ à Deo revelationis indicia & motiva adferat, nemo credere, nec credere poterit, minus debet: Nam; *Fidei obsequium rationale est.* Rom. 12. *Et qui citò credit, levis est corde* Eccl. 19. Ergò &c.

17 Talia autem motiva credendi olim quidem in prima

prima propositione & prædicatione fidei potissimum fuerunt miracula, & Sanctitas prædicantium, modò verò, Ecclesiâ per orbem propagatâ, præcipuum motivum credendi est, & semper fuit ipsa auctoritas Ecclesiæ, non tam prout est organum Spiritûs Sancti & ex infallibili assistentia Spiritûs Sancti directâ, credenda proponit ac decernit: sic enim dicit ipsum Verbum Dei Fide Divina credendum: & committeretur vitiosus circulus, ut discurrenti patebit: Sed quatenus est congregatio plurimorum hominum vitæ innocentia, & virtute præstantium, qui unanimi consensu tot continuis sæculis toto terrarum orbe eandem Fidei doctrinam, ab eo quod mundus & caro amare solet, adeò indubitatè tenuerunt, & contra tam multos adversarios invictè defenderunt, & sæpissimè sanguine & morte sunt professi & attestati, Ita dissertè D. August. variis locis. Ut lib. contra Epist. Fundamenti c. 4. *Evangelia non crederem, nisi me Ecclesia moveret auctoritas.* Et ibidem c. 4. *Multa sunt, qua me in ejus (Ecclesiæ Catholicæ scilicet.) gremio justissime teneant, tenet consensus populorum, atque gentium: Tenet auctoritas miraculis inchoata, Spe nutrita, Charitate aucta & firmata: Tenet ab ipsa Sede Petri Apostoli (cui pascendas oves suas post Resurrectionem Dominus commendavit) usque ad presentem Episcopatum, Successio Sacerdotum.* Hæc S. Augustinus.

Fides ergo Divina resolvitur in ipsam primam Veritatem seu infallibilem Auctoritatem Dei revelatam.

velantis tanquam in principium & motivum per se primarium ac principale, quantum ad ipsum objectum creditum, & resolvitur etiam in auctoritatem Ecclesiæ tanquam motivum secundarium, seu conditionem sine qua non, quantum ex parte credentis. Ita communis DD. Et omninò Scotus in 3. d. 23. cit. Ratio clara est; quia resolutio Fidei Divinæ nihil aliud est, quàm deductio veritatis creditæ usque ad primum principium, & motivum formale assentiendi veritatibus Fidei, seu ad primam rationem, propter quam credantur veritates revelatæ: Sed primum illud principium ac motivum, seu prima & principalis ratio, cur credatur veritas revelata, est prima Veritas & Auctoritas Dei revelantis: Nam, ut supra jam indicavi, Fidelis quæsitus, cur credat v. g. Deum esse Unum in Essentia, & Trinum in personis. Respondet: quia Deus revelavit. Ulterius interrogatus: Cur credat Deo revelanti: Respondet: Quia ipse est Prima & summa Veritas & infallibilis Auctoritatis in dicendo. Et hîc est status rationis credendi: Nam ulterius quærens, cur credatur Primæ Veritati? responsione dignus non est.

At verò ulterius rogatus fidelis, cur & undè credat talem propositionem esse à Deo, ut Prima Veritate revelatam: ordinariè & pro moderno tempore resolvit se in Auctoritatem Ecclesiæ, quia nimirum sic credit, & ad credendum proponit Ecclesia, talis illustris Congregatio &c. juxta paulo antedicta: ergo &c. Atque hoc omninò vult Scotus l. c. dicens: In resolutione Fidei recurrendum ad Fidem

Fidem acquisitam propter Auctoritatem Ecclesiæ, quatenus est illustris Congregatio tot hominum excellentium. Non enim loquitur de resolutione Fidei in principium & motivum principale, sed de resolutione in motivum secundarium, ceu adjumentum extrinsecum tanquam conditionem, sine qua non, quasi applicantem objectum & motivum principale credendi.

*Dices:* Ipsa Prima Veritas Dei resolvitur in Essentiam Divinam, seu Deitatem; ergo Fides Divina, in ipsam Essentiam Divinam, seu Deitatem ultimam resolvitur, prout multi resolvunt Thomistæ. *¶* Disting. Anteced. Prima Veritas resolvitur in Deitatem tanquam in rationem essendi Conc. antec. tanquam in rationem credendi. Nego antec. & consequentiam. Nam quærenti, cur Deus sit Prima Veritas? utique rectè responderur, quia Deus est Deus. At verò quærenti, cur credatur propositio à Deo revelata? non rectè respondetur: Quia Deus est Deus; sed: quia Deus est Prima Veritas.

## C A P U T II.

### De Fidei Divinæ necessitate, & obligatione seu Præceptis.

#### S U M M A R I U M.

1. *Necessitas Fidei duplex: mediæ & præcepti.*
2. *Fides actualis, item duplex est: explicita & implicita.*

**F**idei (uti & aliorum ad salutem necessariorum) duplex est necessitas, mediæ & præcepti. *Ne-*

THEOL. MORAL. PARS. II. C *cessi-*

*cessitas mediæ* dicitur, quâ aliquid ita necessarium est ad finem, seu salutem consequendam, ut eo destitutus homo secundum legem Dei ordinariam, simpliciter salvari nequeat, stante quacunque impotentia & ignorantia quantumvis invincibili & inculpabili. Hoc modo ipsi Habitus Fidei, Spei, & Charitatis, Baptismus Infantibus, in adultis etiam peccatoribus pœnitentia, sunt necessaria ad salutem.

*Necessitas præcepti* dicitur, quâ aliquid ad salutem consequendam etiam necessario præstandum est ex lege Dei, si tamen præstandi facultas, & occasio adsit: ita scilicet, ut quis propter impotentiam vel ignorantiam excusetur ab obligatione talis præcepti ad consequendam salutem, & sine ejus executione in tali casu salvari possit. Sic observatio omnium præceptorum Divinorum, imò & Ecclesiæ est necessaria ad salutem consequendam. Hic autem sermo non est de Fide habituali, hanc enim, uti & cæteros Habitus infusos, Spem, Charitatem & gratiam Sanctificantem cuiusvis homini simpliciter esse necessaria ad salutem consequendam, certissimum est de Fide. Et novissimè definitum in Concilio Trident. sess. 6. c. 7. Et ratio est: Quia homo in puris naturalibus absque donis Supernaturalibus simpliciter impotens est tendere in suum supernaturalem ultimum finem, qui est ipse Deus Summum Bonum nostrum & beatitudo objectiva.

- 2 Sermo ergò & quæstio tota est ad nostrum propositum de fide actuali, quæ duplex esse potest: *explicita & implicita*. *Fides explicita* dicitur, quâ aliquid



aliquid in se ipso & propriis terminis expressè creditur; si vè deinde cognitione confusa & generali significatione terminorum, quomodò rudiores explicitè quidem, attamen confusè valdè intelligunt, & credunt, Deum esse, Trinitatem, Incarnationem &c. si vè cum cognitione distincta sub aliqua propria ratione terminorum, quatenus homini naturaliter cognoscibiles sunt veritates Fidei, quod doctiorum est.

Fides *implicita* dicitur, quâ aliquid creditur non in se & propriis terminis cognitis, sed in alio aliquo modo continente. Idque dupliciter. 1. Ratione ipsius veritatis creditæ, ut qui credit explicitè Deum esse Creatorem omnium, eo ipso implicitè, credit, esse Creatorem Angelorum, hominum, atque etiam Creatorem suum. 2. Ratione motivi credendi, seu principalis, quod est Auctoritas Dei revelantis, seu secundarii, quod est Auctoritas Ecclesiæ proponentis. Qui enim generaliter credit, quidquid Deus revelavit, vel quidquid credit, & credendum proponit Ecclesia, eo ipso implicitè credit omnes veritates credendas. Aut qui particulariter credit, hunc Articulum v. g. Deum Hominem factum, ex Virgine natum &c. quia Deus revelavit, & quia Ecclesia credit, & credendum proponit, is rursus implicitè credere censetur omnes alios Articulos à Deo revelatos, vel ab Ecclesia ad credendum propositos: Quia ita animo dispositus est, ut paratus sit etiam credere quidvis aliud, quod Deus revelat, vel Ecclesia credendum decernit, dummodo ei proponatur. Simile habet in materia

de Pœnitentia, de contritione seu dolore universali eliciendo. Et hoc modo fides implicita omnium omninò credendorum sine dubio omni homini adulto necessaria est ad salutem, eo ipso enim, quo quis paratus esset aliquid à Deo revelatum, vel ab Ecclesia ad credendum propositum, non credere, infidelis esset vel hæreticus; imò eo ipso aliam illam veritatem non crederet Fide Divina ob Auctoritatem Dei revelantis, si aliquid similiter à Deo revelatum paratus esset non credere; ut intuenti patet. Sermo ergò est de fidei Articulis, & explicitè credendorum necessitate, seu quænam actu & explicitè necessariò credenda sint necessitatè tam medi, quàm præcepti?

## SECTIO I.

### *Qualiter Fides necessaria necessitate medi?*

#### SUMMARIUM.

3. In omni statu necessitate medi, necessaria est ad salutem aliqua fides supernaturalis.
4. Et quidem explicita, unum & verum esse Deum; Principium & finem nostrum ultimum.
5. Post lapsum etiam necessaria est fides in Christum Mediatorem:
6. De necessitate præcepti quidem semper explicita.
7. An verò in eum etiam explicita, sit necessaria necessitate medi, duplex est sententia
8. Proponitur sententia affirmativa, probabilior.
9. Proponitur sententia negativa, probabilis.
10. Qualiter fides necessaria sit necessitate præcepti.

## ASSERTIO I.

**O**Mni homini in omni statu Legis Naturæ, Scriptæ, & Evangelicæ necessitate mediè simpliciter necessaria est ad salutem aliqua Fides Divina supernaturalis, & explicita, unum & verum esse Deum, Principium & Finem nostrum ultimum: Et post lapsum etiam Fides in Christum Mediatorem, saltem implicita. Est tota communissima cum D. Thoma, & Scoto; excepto ultimò validissimè controversò.

## §. I.

*Necessaria est aliqua Fides Divina supernaturalis.*

**H**Oc ipsum est de Fide, quod latè docet Apostolus totâ epistolâ ad Romanos, & ad Galatas, neminem scilicet esse justificandum, nisi per Fidem. Et ad Hebræ. II. *Sine Fide impossibile est placere Deo.* Et I. ad Corinth. 2. Omnem humanam & naturalem cognitionem ac sapientiam tanquam ad salutem sufficientem reiicit dicens: *Ut Fides nostra non sit in Sapientia hominum, sed in virtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, Sapientiam verò non hujus sæculi, neque Principum hujus sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, qua abscondita est &c.* Et rationem indicavit ibid. ad Hebræ. II. *Fides est substantia rerum sperandarum,* id est, fundamentum ac basis totius Spei ac salutis nostræ. Undè sic argumentari licet: Salus, Beatitude, & ultimus finis hominis est supernaturalis maximè; in quem tamen assequendum Fide, Spe,

& Charitate tanquam mediis tendere debet homo :  
 Atqui implicat in finem supernaturalem assequen-  
 dam tendere , eumque attingere per media natura-  
 lia tantum : ergo homini in omni statu necessita-  
 te mediis necessaria est Fides aliqua supernaturalis ex  
 triplici capite. Primò ex parte principii : ut scili-  
 cet eliciatur ab habitu supernaturali infuso *Fidei* ,  
 aliòve auxilio supernaturali Gratia divina. Se-  
 cundò ex parte motivi formalis , ut scilicet conci-  
 piatur principaliter propter revelationem & verita-  
 tem Dei infallibilem. Tertiò ex parte objecti seu  
 ipsius veritatis creditæ , ut scilicet res credita Fide  
 Divina necessaria ad salutem , non sit naturalis or-  
 dinis ac naturaliter tantum cognoscibilis , sed ordi-  
 nis supernaturalis , ac supernaturaliter tantum ac  
 Divina Fide cognoscibilis. At nonne supra concessimus ,  
 Deum esse , & unum esse , esse naturaliter  
 cognoscibile ? R. ita ; sed concipiendo Deum sub  
 ratione Primæ causæ seu primi Motoris ac primi  
 Principii naturæ : minimè verò sub ratione Aucto-  
 ris Gratia & ultimi Finis Supernaturalis , quod ip-  
 sum tamen necessitate mediis necessariò credendum ,  
 ut mox patebit , & nullus unquam Philosophus lu-  
 mine naturali assequi potuit.

## §. II.

*Et Explicata , unum esse verum Deum , Princi-  
 pium & finem nostrum ultimum.*

- 4 **U**tpote omnium Creatorem , bonorum Re-  
 muneratorem , malorum Vindicem , etiam  
 supernaturaliter in altera vita. Rationem indicat  
 Apostolus Heb. II. *Credere oportet, accedentem ad  
 Deum*

Deum, quia est, & quia requirentibus se Remunerator sit. Nam ipsa lege naturali homini à principio suæ creationis inditâ, eumque ad finem supernaturalem æternæ Beatitudinis dirigente, tenetur omnis homo adultus tendere in ultimum finem, ad quem creatus est: sed principium tendentiæ in ultimum finem, est Fides juxta Apostolum cit. & implicat hominem ullo modo tendere in ultimum Finem Deum, nisi credat, Deum esse suum Principium & ultimum Finem, bonorum Authorem & Remuneratorem: ergo Fides hæc explicita in unum verum Deum est necessaria ad salutem, non tantum necessitate præcepti, sed etiam necessitate medii, ut sine hac Fide simpliciter ultimus Finis acquiri nequeat, stante etiam quacunque impotentia, vel ignorantia. Quia absolutè loquendo nullam hic in ullo homine adulto posse dari impotentiam vel ignorantiam invincibilem apertè docet D. Paulus ad Rom. 1. dicens: *Revelatur ira Dei à celo super omnem impietatem & injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestavit; invisibilia enim Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus Virtus & Divinitas; ita ut sint inexcusabiles &c.* Hæc Apost. Certissima ergo Fide tenendum, absque Fide unius veri Dei neminem salvatum, nec salvari posse. Undè meritò rejicitur ab omnibus sententia nostri *P. Vega. l. 6. in Conc. Frid. c. 7. & 20. Et Soti 2. De natura & Gratia. c. 11.* Hominem, qui cognoscens

scens legem naturalem, faceret, quod potest, et  
 invincibiliter ignoraret Deum, salvari posse. At  
 que insuper sub Innocentio XI. Anno 1679. dam-  
 nata est hæc propositio 22. *Non nisi Fides unius De-  
 i necessaria videtur necessitate medii: Non autem  
 explicita Remuneratoris.*

## §. III.

*Et post lapsum, etiam Fides in Christum  
 Mediatorem.*

5 **C**ertissimum de Fide. Ex Scriptura passim 1.  
 Act. 4. *Neque enim aliud nomen datum est sub-  
 celo hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.*  
 Rom. 3. *Quem proposuit Deus Propitiatorem per  
 Fidem.* 1. ad Corinth. 15. *Sicut in Adam omnes mori-  
 riuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.*  
 Et ipse Salvator Joan. 3. *Sicut Moyses exaltavit  
 serpentem in deserto (in figura scilicet futuri Me-  
 diatoris, in quem credentes salvi fiunt.) ita exalta-  
 ri oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in  
 illum non pereat, sed habeat vitam aternam.* Et  
 ratio est clara: Quia Fides manet necessaria necessi-  
 tate medii etiam post lapsum: Atqui post lapsum,  
 quando agnoscit homo, se Divinâ gratiâ privatum,  
 ex se non posse amplius consequi ultimum finem,  
 Fides & Spes nostra necessariò debet tendere in  
 Deum etiam ut Salvatorem & Liberatorem suum,  
 quocumque tandem medio, vel mediatore sibi pla-  
 cito, qui defacto est Christus; ergò necessitate me-  
 dii necessaria semper fuit & est Fides aliqua in  
 Christum Mediatorem, explicita, vel saltem im-  
 plicita: atque certissima Fide tenendum absque Fide  
 saltem

saltem implicita in Christum Mediatorem, nullum unquam hominem salvatum, aut salvari posse.

Fidem autem explicitam in illum saltem necessitate Præcepti semper necessariam fuisse, juxta modum tamen & mensuram revelationis factæ pro temporum & personarum varietate, certum est apud omnes ex eadem ratione modò data: quia post lapsum etiam lege naturali tenetur homo tendere in ultimum Finem Deum, & consequenter etiam in Mediatorem suum: atqui à principio mundi Deus constituit Christum Mediatorem humani generis, eumque pro omni statu aliquo modo revelavit: ergò tenetur homo habere aliquam Fidem actualem & explicitam in Christum Mediatorem & Salvatorem hominum pro quocunque statu: tamen juxta modum & mensuram revelationis, & pro temporum & personarum varietate. Nam quantò homines remotiores fuerunt à tempore Christi, eò obscurius Mysteria Christi revelata crediderunt. Pro statu enim Legis Naturæ, juxta communem Theologorum, solum præcipuis Patribus, Adamo, Abrahamo, Job. &c. expressius revelatum est mysterium venturi Liberatoris seu Messias; cæteris obscuris figuris & Sacrificiis eò directis sufficiebat credere in confuso adiuturum aliquando aliquem, sive Deum, sive Hominem, sive Angelum, qui humanum Genus à peccato & damnatione eriperet, ac Beatitudini restitueret, qua Fide etiam constabat Fides parentum pro remedio parvulorum à peccato originali, fortè (ut divinat Scotus) ejusmodi verbis expressa: *Venturus Mediator vel Messias te salvet, vel*

*salvabit.* At verò in Lege Scripta per Moysem Prophetam Mysterium Incarnationis, & ventum Messiaè apertius patefactum, jam magis explicita & distincta Fides in Christum necessaria erat, & etiam fuit. Undè Matth. 2. Scribæ Herodi sciscitanti, ubi Christus nasceretur, expedite respondere poterant: *In Bethleem Juda, Sic enim scriptum est* &c. Sed nunquid ea Fides explicita necessaria est ad salutem etiam necessitate medii? Dicimus in assertione.

## §. IV.

*Saltem implicita.*

7 **C**ertum videtur, olim quoad necessitatem medii suffecisse Fidem implicitam in Christum Mediatorem, cum certè non omnibus facta fuerit ea revelatio: Ut meritò dicat *D. Thom. 1. c.* Si qui autem salvati fuerunt, quibus revelatio non fuit facta, non fuerunt salvati absque Fide Mediatoris: Quia, etsi non habuerint Fidem explicitam, habuerunt tamen Fidem implicitam in Divinam Providentiam, credentes Deum liberaturum esse hominem secundum modos sibi placitos, & secundum quod aliquibus veritatem cognoscentibus ipse revelavit. Hæc S. Thomas. Sed quæstio difficillima est, an modò Lege Evangelica per orbem sufficienter promulgatâ sufficere possit Fides implicita, an verò etiam necessitate medii necessaria sit ad salutem Fides explicita in Christum Mediatorem, atque etiam in ipsam SS. Trinitatem, ut sine illa nullus salvari possit, stante quacunque ignorantia.

Sen-



Sententia affirmativa est communior DD. apud 8  
 Tanner. tom. 3. disp. 1. q. 7. dub. 2. Qui probabi-  
 liorem judicat. Fundamentum sumitur tum ex  
 Scripturæ locis plurimis partim §. præced. citatis,  
 quæ post Christi Ascensionem absolutam necessi-  
 tatem Fidei Christianæ, ac in Christum ad salutem  
 exprimere videntur. Tum ex ratione, quia sicut  
 secundum omnes Fides explicita in Deum est me-  
 dium necessarium ad salutem, cum Deus sit causa  
 principalis efficiens nostræ salutis, ita Fides in Chri-  
 stum sufficienter propositum debet esse medium ad  
 salutem; Quia ipse est etiam causa meritoria no-  
 stræ salutis. Confirmant: Sicut in veteri Testa-  
 mento Fides saltem implicita in Christum Media-  
 torem fuit medium necessarium ad salutem, ita in  
 Nova Lege sufficienter proposita Fides explicita de-  
 bet esse medium necessarium.

Si dicas: Tot Gentiles ignorantiam invincibili Fi-  
 dei Christianæ laborantes, cum eis Evangelium  
 nunquam annuntiatum fuerit, ob defectum Fidei,  
 solum damnari, non convenire infinitæ Dei Boni-  
 tati & Misericordiæ, qui vult omnes homines salvos  
 fieri. Non fuisse damnatos, vel defaculo damna-  
 ri ob defectum Fidei, vel infidelitatis peccatum,  
 sed ob alia peccata, quibus impedièrunt Gratiam  
 Dei, ne illuminarentur in Fide vera & Christiana.  
 Deus enim cum Gratia sua omnibus sufficienter  
 præstita, facienti quod in se est, ulteriorem gratiam  
 non denegat: Quod si ergo Gentiles illi cum gra-  
 tia sibi præstita cognoscentes Deum, & servantes  
 Legem Naturæ fecissent, quod in se est, utique  
 acce-

accepissent ulteriorem Gratiam Dei, & illuminati  
 fuissent vera Fide in Christum per media opposita  
 na, prout hęc & priori sæculò in India & America  
 maximè mirabiliter factum videmus. Confirmatur  
 id tum variis Dei promissionibus 1. ad Timotheum  
*Qui omnes homines vult salvos fieri.* Joan. 1. *Il-  
 minat omnem hominem venientem in hunc mundum.*  
 Psal. 9. *Non derelinquisti querentes te Domine.*  
 poc. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso, si quis aper-  
 rit, introibo ad eum.* Isa. 5. *Quid est, quod debet  
 facere vinea mea, & non feci &c.* Tum etiam ex  
 emplis Cornelii, Centurionis. Act. 10. Evu-  
 Candacis Reginæ Act. 8. & Macedonum. Act. 16.  
 Qui omnes facientes quod in se est, mirabiliter  
 mediis à Deo ad Fidem perducti sunt: alia exem-  
 pla in historiis obvia præsertim proximis sæculis  
 ergò, inferunt, Gentiles in Fide non illuminatos  
 ideòque damnatos non fecisse, quod in se est, atque  
 adeò causam inculpabilem dedisse ignorantia, & ne-  
 gata illuminationis: consequenter negant defactum  
 ullum hominem posse laborare ignorantia invinci-  
 bili & inculpabili Fidei Christianæ; quia si face-  
 rent, quod in se est, illuminarentur. Sed his non  
 obstantibus,

- 9 Mihi valdè probabilis semper visa est opposita  
 sententia negativa, videlicet etiam post promulga-  
 tam Legem Evangelicam Fidem explicitam in  
 Christum, adeòque etiam in SS. Trinitatem non  
 esse necessariam ad salutem necessitate mediis; sed  
 solum necessitate Præcepti post factam sufficien-  
 tem propositionem, à quo proindè ignorantia in-

vinci-

Invincibilis excuset : ergò hominem defacto habentem  
 Fidem explicitam de uno vero Deo, & implicitam  
 de Christo, Trinitate, aliisque Mysteriis Fidei Christianæ,  
 tamen servata lege naturali salvandum fore. Hæc est etiam plurimorum & gravissimorum  
 DD. quos recitant *Tannerus loco cit. Dian. probabilem*  
*sententiam; & facile defendi posse* censet Laym. *hic tract. 1. c. 8. num. 5.* Et  
 satis benè defendit noster Herincx *hic q. 5.* Ratio  
 sufficiens est: Quia reverà talis necessitas mediæ nec  
 ex Scriptura, neque ex rei natura necessariò colligitur.  
*Non ex Scriptura:* nam omnia illa loca assignata,  
 partim solùm significant credentes in Christum  
 salvari per istam Fidem; per quòd non negant posse  
 alium excusari ignorantia invincibili: partim  
 excludunt à salute incredulos, seu non credentes in  
 Christum, quibus Fides Christiana sufficienter  
 proposita est: partim optimè intelliguntur de necessitate  
 Præcepti tantùm: Nec plus convincit ratio  
 oppositæ sententiæ, adeoque facile negantur  
 consequentiæ. *Neque ex rei natura:* Nam ante  
 Evangelium promulgatum sine dubio homines  
 credentes unum verum Deum & servantes Legem  
 naturæ, etsi ob invincibilem ignorantiam defectu  
 promulgationis absque omni explicita Fide in Christum,  
 salvati fuerunt: Atqui etiamnum defacto post  
 promulgatum licet Evangelium, potest quis cum  
 Divina Gratia unum Deum Auctorem bonorum  
 supernaturalium credere in eo sperare, eumque  
 super omnia diligere, naturæ legem servando, & tamen  
 reverà invincibiliter ignorare Christum, ac  
 Fidei

Fidei Christianæ Myſteria; neque enim Myſte  
 Fidei Christianæ, maximè Trinitatis & Incarn  
 tionis, poſſunt cognoſci, niſi, revelatione di  
 na, & debita promulgatione ac propoſitione  
 prædicationem ac inſtructionem legitimam: Ce  
 tiſſimum autem eſt, promulgationem Fidei Chri  
 ſtianæ non perveniſſe ad omnes prorsùs Region  
 nationes, eſſi pervenerit ad præcipuas Orbis pa  
 tes, juxta illud Pſalmiſtæ: *in omnem terram* &  
 Hodie etiam adhuc multæ partes Orbis nondum  
 ſunt detectæ: & plurimæ ac maximæ partes his ſe  
 culis detectæ ſunt in India & America, in quibus  
 nullum veſtigium inventum eſt Fidei Chriſtianæ  
 Baptiſmi, vel aliorum mediorem ſalutis: ergo  
 etiamnum ſaltem in aliquibus locis poteſt dari ig  
 norantia invincibilis, & inculpabilis Chriſtianæ Fi  
 dei, & aliqui homines per illam excuſati ſalvari po  
 terunt. *Confirmatur*: Non eſt conceptibile, quo  
 modo promulgatio Fidei Chriſtianæ, facta in hi  
 partibus Orbis, poſſit inducere majorem neceſſita  
 tem credendi in Chriſtum, in aliis Orbis partibus  
 ubi nunquam facta eſt promulgatio, quàm fuerit  
 ante omnem promulgationem Fidei Chriſtianæ.  
 Sed ante omnem promulgationem Fidei Chriſtianæ  
 ſine dubio apud multos ſufficiebat Fides implicita  
 in Chriſtum Mediatorem, ut paulò ante dictum eſt.  
 ergò eadem etiam modò ſufficere poteſt illis, qui  
 bus nondum ea promulgatio vel propoſitio facta eſt.  
 Et hætenùs de neceſſitate Medii utique ſatis ſpecu  
 lationi datum. Nunc tandem ad praxin proce  
 dendum & videndum,

*Quali*

*Qualiter Fides sit necessaria necessitate Praecepti ?*

**F**idei praeceptum quintuplex assignatur, tria affirmativa, scilicet 1. Scire credenda. 2. credendis assentiri interiùs. 3. Fidem Profiteri exteriùs, dum opus est. Quibus opponitur triplex praeceptum omissionis contra Fidem, scilicet 1. ignorare credenda. 2. Non assentiri Articulis Fidei sufficienter propositis tempore debito. 3. Non profiteri exteriùs, dum opus est. Alia duo sunt praecepta negativa, scilicet. 4. Non negare Fidem exteriùs. 5. Non sentire contra Fidem interiùs per infidelitatem positivam. Quibus similiter opponitur duplex praeceptum commissionis, nimirum negare Fidem exteriùs, & sentire contra Fidem interiùs. De hoc ultimo seorsim cap. sequenti. Reliqua priora hoc capite explicanda sunt.

Primum Fidei praeceptum affirmativum scire credenda, non habet oppositum negativum; quia non nescire credenda, idem est ac scire; cum duae negationes faciant affirmationem, & sic affirmativa & negativa reincident in id ipsum.

## S E C T I O II.

*Primum praeceptum, & obligatio Fidei quoad scientiam credendorum.*

## S U M M A R I U M.

1. Quilibet fidelis adultus sub mortali tenetur scire & credere explicitè  
 2. Praesigna Fidei mysteria & capita, 1. Quae rectè credenda sunt.

dum. 2. ad debite sperandum. 3. ad honeste vivendum  
 & 4. ad salutem consequendam necessaria;

13. Saltem quoad substantiam, & vero aliquo conceptu, saltem  
 tem confuso & crasso.

14. Pro ratione status, & conditione personarum.

15. Praxis Confessariis quoad penitentes in his ignorantibus  
 valde notanda.

## ASSERTIO.

**O**mnis Fidelis adultus tenetur sub mortali scire  
 & credere explicitè præcipua Fidei Christi-  
 stiana Mystera & capita ad rectè credendum, de-  
 bite sperandum, honeste vivendum, & salutem con-  
 sequendam necessaria: Saltem quoad substantiam  
 & vero aliquo conceptu etsi valde confuso, crasso,  
 imperfecto: Alii tamen aliis plura, distinctiora pro  
 ratione status & conditionis. Communissima cum  
 D. Thoma 2. 2. q. 2. a. 2. Assertio loquitur ne-  
 cessariò de solis fidelibus adultis præcepti capaci-  
 bus. Nam baptizati pueri, & amentes perpetuis  
 omnis præcepti incapaces, salvantur Fide habituali  
 & gratiâ in Baptismo collatâ.

§. I.

Tenetur sub mortali scire, & credere  
 explicitè.

**R**atio sumitur ex verbis Christi, Marc. 16.  
 Euntes in mundum universum, predicare E-  
 vangeliolum omni creatura, qui crediderit & bap-  
 tizatus fuerit, salvus erit: Qui autem non credi-  
 derit, condemnabitur. Et Matth. ult. Docete om-  
 nes Gentes baptizantes eos in Nomine Patris, &  
 Filii & Spiritus Sancti: Docentes eos servare om-  
 nia quaecunque mandavi vobis. Unde facilis est  
 ratio

ratio: Quia professio essentialis Fidelis Christiani est tendere in Deum ultimum Finem secundum Fidem & Legem Christi, credendo & agendo; ita ut secus credendo & agendo, privatus ultimo Fine, æternam damnationem incurrat: ergo omnis Fidelis adultus sub mortali tenetur scire & credere præcipua Fidei Christianæ Mysteria: nullus quippe tenetur explicitè scire & actu credere omnia prorsus revelata, & Fide credenda; sed sufficit, quòd reliquis habitu & implicitè creditis, paratus nimirum omnia credere quæcunque à Deo revelata ipsi proponuntur, ipse sciat, & explicitè credat.

## §. II.

*Præcipua Fidei Mysteria & capita necessaria.*

I. **A** *D rectè credendum*, utpote Symbolum A-12 apostolorum, quo totam Summam Fidei Christianæ sufficienter contineri pulchrè docet *D. Augustin. Serm. 18. De tempore.* Continet enim omnia credenda, quæ ab Ecclesia tanquam ad salutem necessaria communiter omnibus proponuntur, & per annum celebrantur, utpote Mysteria & Articulus SS. Trinitatis, Incarnationis, Passionis, Mortis, Resurrectionis, Ascensionis Christi, Remissionem peccatorum, (ubi implicitè continetur usus Sacramentorum) futurum Judicium, pœnam & Gloriam. Excipiunt articulum de communione Sanctorum, qui intellectu difficilis est ob veritatem expositionum, ut pluribus implicitè credere sufficiat: Sed certè communiore & plano, etiam rudibus noto, sensu significat communio-

nem meritorum, orationum, & suffragiorum in  
ter membra triplicis Ecclesiæ triumphantis, mil-  
tantis, & purgantis.

II. *Ad debitè sperandum* : Nimirum Oratio  
Dominica : Hæc enim pulcherrimo ordine omnia  
à Deo speranda & petenda continentur ; nimirum  
ipse ultimus Finis, & omnia media ad eum conse-  
quendum necessaria ; uti præ aliis pulcherrimè ex-  
plicat D. Thomas cit. Quam explicationem in for-  
mam orationis pulchrè redactam habes in Paradiso  
Animæ Jacobi Merlo-horstii die Dominica 1. lo-  
co. Salutationem Angelicam, etsi Ecclesia maxi-  
mè commendat, & plerumque Orationi Domini-  
cæ annectat, nullum tamen constat esse præcep-  
tum.

III. *Ad honestè vivendum*. Nimirum præcep-  
ta Decalogi & Ecclesiæ ; his enim continentur om-  
nia requisita ad honestè vivendum, in ordine ad ul-  
timum finem prosequendum & obtinendum per  
gratiam & Gloriam. De his per decursum.

IV. *Ad salutem consequendam necessaria*. Ni-  
mirum Sacramenta omnibus ad salutem conse-  
quendam necessaria, videlicet Baptismus, Pœni-  
tentia & Eucharistia : Cætera autem tunc tantum  
scire & credere oportet, quando quis vult ea suscipi-  
pere. Communissima cum Sanchez *lib. 2. mor.*  
*c. 3. n. 6.* Layman. *l. 2. tract. i. c. 9. n. 2.* Mar-  
chant. *hic tom. 2. tit. 2. q. 1.* Hæc ergò omnia  
tanquam ad fidelis Christiani in rectè credendo,  
& honestè vivendo directionem spectantia in ordi-  
ne ad salutem, ut sine gravissimo animæ periculo  
igno-



ignorari non possint, per se loquendo tenetur sub mortali fidelis adultus scire & credere explicitè.

Dico autem I. *scire*. Certè non etiam memoriter tenere, & eo ordine scire, quò proscribuntur: sed sufficit illa ita scire & tenere, ut facta de iis inquisitione vel discursu, & data occasione iis utendi, statim intelligat, credat, & inquisitus rectè respondeat: ut contra aliquos docet communis sententia *DD. cum Sanchez. Layman cirt.* Non est ergo mortale non posse memoriter dicere Decalogum, Symbolum, Orationem Dominicam: est tamen crassum nimis veniale (nisi habetudo mentis vel fragilitas memoriæ excuset) præsertim ob textus Juris ita præcipientes: attamen ultra veniale non obligantes consuetudine ita interpretante: uti observant *Navarrus, Lopez, Busenbaum. Alii apud Sanchez. & Laym. cirt.*

Dico 2. *Et credere explicitè*. Utique fideles communiter non tenentur credere & intelligere Mysteria etiam præcipua Fidei conceptibus distinctis, secundum proprias & distinctas rationes terminorum, in quibus etiam Doctissimi laborant, & sudant, sed.

## §. III.

*Saltem quoad substantiam, & vero aliquo conceptu, etsi valdè confuso, & crasso &c.*

**V**. G. Mysterium SS. Trinitatis quoad substantiam & verò conceptu sufficienter scitur & creditur concipiendo Deum esse Patrem, & Filium, & Spiritum S. Et hos non esse tres Deos, sed unum Deum. Item concipiendo Patrem sub ti-

tulo Creatoris Omnipotentis : Filium sub titulo Dei & hominis nati ex Maria Virgine , pro nobis passus &c. Spiritum S. sub titulo Sanctificatoris , qui nos spiritualiter sanctificat , justificat , &c. Sed his enim rationibus terminorum ipsi Apostoli istud Mysterium & Personas proposuerunt , ut à quocumque facile apprehendi possit , & ita de cæteris Articulis. Imò notat *Sanchez cit. c. 3. n. 16.* rudes non facile præsumi posse scire , quantum sufficit , mysteria Fidei , ut Baptismum , Pœnitentiam , Eucharistiam , Decalogum , eo quòd se Christianos baptizatos confiteantur , ad Confessionem accedant , Sacrosanctam Eucharistiam adorent , atque inter Christianos versentur , cum aliquotimore peccandi ; hæc enim sunt signa , quòd illa quoad substantiam sciant.

Atque sub ejusmodi vera aliqua etsi imperfecta ratione , prædicta præcipua Fidei Mysteria fidei scienda & credenda sunt pro captu cujusque homini mortali : adeò , ut si Fidelis , culpâ & negligentia sua notabili , illa , vel illorum aliqua ignoret , sit in statu peccati mortalis omissionis , ob rationem supra datam. Et sanè in Fidelibus inter Fideles habitantibus vix possibile est dari ignorantiam invincibilem excusantem à peccato , in communione & quoad omnia Mysteria Fidei præcipua explicata scienda , & credenda , cum continuo audiant , immo quasi videant prædicta Mysteria ab & in Ecclesia proponi in Concionibus , & celebrari Festis per annum , ut merito rejiciatur sententia *Rosella* apud *Sanchez cit.* putantis , rudibus satis esse præcipua

cipuos etiam Fidei Articulos ( præter necessarios necessitate medii. ) credere implicite, credendo scilicet, quidquid S. Mater Ecclesia credit. Attamen in particulari, quoad aliqua etiam ex præcipuis Fidei Mysteriis potest sanè etiam in Fidelibus quandoque dari ignorantia inculpabilis, à peccato excusans, idque ex duplici causa. *Primo* ob impotentiam naturalem & hebetudinem ingenii aliquorum, qui etsi Dei & Christi, ac aliorum obviorum Articulorum Fidei generalem quandam apprehensionem assequantur, multorum tamen præcipuorum, ut Trinitatis, Incarnationis &c. substantiam nec in confuso capere, nec quovis modo explicare possint, contentis ipsis sufficiente generali Fide implicita, quâ quoad hæc credunt, quod credit Ecclesia, vel quod Pastor eorum asserit. De quibus est vera sententia communis: rudibus sufficere aliquot saltem Articulos faciliores scire & credere explicitè, reliquos explicitè, credendo scilicet, quod credit Ecclesia. *Secundo* fit ob defectum sufficientis propositionis & instructionis, utpotè vel quia habitantes inter infideles Pastore ac Instructore omninò carent, vel quod deterius, & non rarò contingit, etiam habitantes inter Fideles sub Pastoribus tamen de Articulis Fidei aliisque necessariis ad salutem non instruuntur, ob ignorantiam, vecordiam, aut etiam superbiam Pastorum, qui aut ipsi ignorant, aut detrectant, aut superbè verentur explicare Catechismum & Articulos Fidei, intenti, nescio quibus declamationibus absque omni, vel cum exiguo fructu animarum. Juvat audire verba *Emanuel Sa.*

*V. Fides*, ita loquentis: Esse necesse explicitè credere Fidei Myſteria, quæ publicè in Eccleſia celebrantur, ſentiunt multi cum *S. Thoma*. Alii centè excuſari multos ignorantia, præſertim cum deo qui doceat, ſufficerè que in illis cum Baptiſmo credere, quod credit Eccleſia. Quam opinionem etſi ſolebam impugnare, nunc non auſim. Quæ enim? dicemusne perire infinitam Chriſtianorum alioquin bonorum multitudinem, qui de Myſte Trinitatis, Incarnationis &c. vix quidquam norunt, imò perverſè ſentiunt, ſi interroges. Incrediderim condemnari eorum Paſtorem ob negligentiam docendi eadem. *Ita Sa.* Et hinc ulterius dicimus denique,

## §. IV.

*Alii tamen aliis plura, diſtinctiora pro ratione ſtatûs, & conditione.*

14 **N**Am imprimis Majores & eruditi in Eccleſia tenentur ſub mortali plura & diſtinctius credere & credere, quàm inferiores & ſimplices, Vt Epifcopus (per ſe loquendo) plus, quàm Paſtor, Theologus, Prædicator, Confeſſarius plura, quàm ſimplex Sacerdos, Clericus, Laicus &c. ſignificat Salvator in Parabola talentorum vaſa distributorum, & variò lucrò exactò. *Cum enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum* ait Greg. Mag. *ibid. hom. 9. in Evang.* Deinde rati quorum eſt alios in Fide & rebus neceſſariè inſtruere, vel de inſtructione providere, peccant in dubio mortaliter, ſi aut ipſimet neceſſaria Fide

ignorens, aut de necessaria instructione non provideant; & specialiter qui scienter promovent Pastores ignaros; aut quos sciunt, suos subditos non instruere in necessariis ad Fidem & Salutem. Consequenter peccant mortaliter omnes Pastores (ad quos etiam parentes respectu filiorum familias reducuntur) qui suæ curæ commissos instructione indigentes inculpabiliter non instruunt in necessariis ad Fidem & Salutem. Contra quos omnes Pastores aut ignaros, aut negligentes terribiliter tonat S. Scriptura Isa. 56. *Speculatores ejus cæci omnes, nesciunt universa canes muti, non valentes latrare &c.* Osee 4. *Quia repulisti scientiam, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.* Et Apost. 1. ad Cor. 9. *Ve mihi si non Evangelizavero* 1. ad Tit. 4. monet id ipsum: *Attende tibi & doctrina.* Et ibidem de Episcopo, & pari ratione de omnibus curatis dicens: *Quod debet esse potens in doctrina sana.*

COROLLARIUM.

*Ad praxin Confessariorum pro ignorantibus pœnitentibus.*

I. **C**onfessarius ergò advertens pœnitentem in articulis Fidei præcipuis ac necessariis uno vel pluribus prorsus ignarum, vel erroneum, vel defectuosum sciat, se illum absolvere non posse nisi exigit, & impetret firmum propositum addiscendi, vel curandi se instrui: aliter absolvens & ipse peccat mortaliter. *Ratio clara est:* Aut enim pœnitens eò usque laboravit ignorantia culpabili? & sic peccavit mortaliter, & consequenter per se re-

quiritur firmum propositum emendandi & addi-  
 cendi Articulos scitu necessarios, alioquin censetur  
 permanere in peccato mortali, & incapax  
 absolutionis. Aut laboravit ignorantia inculpabilis  
 necessariorum ad salutem ob ruditatem, vel de-  
 ctum instructionis? & tunc de hac ignorantia  
 formari debet, & adigi ad propositum addiscendum  
 alioquin, nisi sic proponat, ignorantia antea in-  
 culpabilis fiet culpabilis, & pœnitens non pro-  
 addiscere, peccaret, & sic rursus fit incapax ab-  
 lutionis. Et siquidem ignorantia esset de aliquo  
 fentialitet requisito ad valorem Sacramenti. v. g.  
 dolore vel proposito requisito, aut de aliquo  
 cessario credendo necessitate medii, ut unius D-  
 SS. Trinitatis, Incarnationis &c. etiam Sacrame-  
 tum esset nullum, gravissimo sacrilegio committitur  
 ab utroque. Juxta latius dicta suo loco de Pœnitentia.  
 Unde inter Propositiones damnatas ab Innocentio XI.  
 ponitur & hæc 64. *Absolutionis capax est homo, quantumvis labore ignorantia Mysteriorum Fidei: & etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat Mystera Sanctissima Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri JESU Christi.*  
 II. Si Confessarius absque incommodo possit  
 debet pœnitentem ignarum breviter instruere de  
 Articulo Fidei necessario ignorato, & actum cre-  
 dendi ab eo elicere: Sin verò id commodè fieri ne-  
 queat, non tenetur, nisi pœnitens laboraret igno-  
 rantia alicujus Articuli Fidei ipsum Sacramentum  
 Pœnitentiæ, vel sumendæ Eucharistiæ concernentis,  
 tunc enim maximè tenetur, ut evitetur periculum

lum sacrilegii, ut modò innui. Optima autem & facilis praxis est ignaro ac rudi pœnitenti in Articulis Fidei necessariis, absque multis inculcationibus & explicationibus tædiosis, tam brevi tempore nunquam satis capiendis, illius ignorantiam supplere proponendo illi Articulos præcipuos necessariò credendos, & ad singulos actum credendi exigendo hoc vel simili modo: Credis Deum Patrem, & Filium, & Spiritum S. esse tres Personas, & unum Deum? credo. Credis JESUM Christum esse verum Filium DEI: verum Deum & hominem pro te natum, crucifixum, mortuum & sepultum? Resurrexisse, ascendisse, sedere ad dextram Dei Patris, venturum Judicem? credis unam Ecclesiam Sanctam Catholicam, extra quam non est Salus? credis in Ecclesia esse potestatem remittendi peccata, Sacramenta, Christum verè esse in Eucharistia sub speciebus panis & vini? &c. Quòd si pœnitens ad singula cum pio affectu promptè respondeat, *credo*, vel: *ita mi Domine*: quantumvis ignarus & rudis sit, censetur sufficienter elicuisse actum explicitum Fidei ad Salutem necessarium; ac proin cum proposito ejusmodi Articulos meliùs addiscendi, quantum est ex hoc capite, satis dispositus ad Sacramentum. Quæ quidem praxis maximè necessaria est in ejusmodi rudibus moribundis, vel periculosa infirmitate laborantibus: sine dubio enim tales plurimi pereunt, quia nunquam actum explicitum Fidei elicuerunt, de quo mox.

## S E C T I O III.

*Secundum Præceptum, & obligatio Fidei  
quoad actum internum credendi.*

## S U M M A R I U M.

16. *Quilibet adultus rationis compos tenetur assentiri explicitè Articulis fidei sufficienter propositis.*
17. *Idque quam primum moraliter potest, aut sufficienter capit: unus citius aut tardius altero, pro conditione subiecti.*
18. *Quo assensu semel habito, præceptum hoc affirmativum Fidei per se directè amplius non obligat.*
19. *Assignantur tempora, quibus per se obligat hoc præceptum.*
20. *Per accidens enim sæpissimè obligat.*
21. *Cujus, velut regula, ponuntur quatuor casus.*

## A S S E R T I O III.

**O**mnis homo adultus & rationis compos tenetur actui interno assentiri articulis Fidei sibi explicitè & sufficienter propositis, quamprimum moraliter: eo assensu saltem semel habito, præceptum hoc affirmativum per se directè amplius non obligat, per accidens autem sæpissimè. Communis DD. ut patebit explicando particulatim.

## §. I.

*Tenetur assentiri articulis Fidei sibi explicitè, & sufficienter propositis.*

- 16 **V**idelicet tanquam revelatis à Deo credibilibus ob argumenta & motiva adeò apparentia, ut secundum regulas Prudentiæ omninò moveri debeat ad assentiendum, seu ad Fidem talem acceptandam. Nullus enim sive jam fidelis, sive infidelis tenetur, imò nec potest assentiri alicui articulo-



titulo Fidei tanquam revelato à Deo nisi sufficienter sibi proposito, ut credibili, juxta dicta c. præced. *Nota hic*, aliquem infidelem vel ignarum adhuc rerum Fidei, variè posse se habere ad articulos Fidei credendos.

I. Potest se habere ut *ipure ignorans*: Utpotè, quia vel nunquam, aut cogitavit de rebus Fidei, vel si audivit, tamen non nisi confutando, irridendo, blasphemando, ut solet fieri apud hæreticos; vel certe sic, ut non apparuerit sibi probabile, vel credibile &c. Et talis sine dubio non tenetur, imò nec potest in hoc statu assentiri, juxta regulas Prudentiæ: *Quia qui cito credit, levis est corde.*

II. *Ut dubius*, quando audiens scilicet de rebus Fidei, incipit dubitare, an non fortè in sua Secta erret, & altera Fides Catholica vera sit? Et hoc statu etiam nondum quidem tenetur assentiri ob eandem rationem, jam tamen tenetur sub mortali diligenter inquirere de veritate: aliàs enim eo ipso ignorantia veræ Fidei fieret ipsi culpabilis voluntaria, quæ in rebus ad salutem necessariis sine dubio est peccatum mortale: Atque in hoc statu plurimi, imò fortè plerique nunc sunt apud hæreticos, præsertim inter Catholicos viventes.

III. *Ut suavis* de majore probabilitate: Quando scilicet ob argumenta vel motiva verè agnoscit Fidem nostram esse probabilem ac probabiliorem, quam suam sectam: Et hoc statu jam incipit major obligatio credendi. Et quædam *communis sententia cum Layman cit. c. 10.* asserit tunc jam teneri assentiri. *Sanchez tamen l. 2. moral. c. 1. n. 6.*

eum

cum aliis pluribus negat, eum tunc teneri statim assentiri, quamdiu sua Secta adhuc ipsi probabilis apparet, sed posse differre ad rem melius perpendendam, ut certior fiat in re gravissimi momenti extra tamen articulum vel periculum mortis, quando ob periculum animæ partem tutiorem amplecti oportet. Certum autem est talem suam de majori probabilitate veræ Fidei, & falsitate suæ Sectæ ob suam minorem probabilitatem non posse etiam positivè & pertinaciter dissentire veræ Fidei sine peccato infidelitatis; cum in rebus ad salutem adeo necessariis tutior pars eligenda sit. Ut merito sit Innocentio XI. damnata sit ista propositio. 4. *In infidelitate excusabitur infidelis non credens, dum sit eius opinione minus probabilis.*

IV. Denique ut *persuasus*, & quasi convictus de veritate, quando nimirum ei articuli Fidei Catholicæ adeo proponuntur credibiles, Scripturis, rationibus, miraculis, sanctitate & sapientiâ talium Fidem sectantium, aliisque motivis, ut intellectus ipsius omnino vincatur agnoscere, Fidem veram esse, & hoc statu nimirum censentur articuli Fidei ei sufficienter propositi, & is obligatus ad actum credendi, sic ut renuens assentiri, adhuc sine dubio peccet mortaliter contra dictamen conscientiæ, & hoc præceptum affirmativum Fidei, minimum peccato omissionis. Nam si insuper pergat pertinaciter dissentiri, & suæ falsæ Sectæ assentiri, peccabit etiam peccato commissionis, seu formalis infidelitatis v. g. hæresis. Ratio sumitur ex appertis verbis Christi Matth. ultimo: *Docete*

*omni*

omnes Gentes, baptizantes eos in Nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur. Quasi aperte Salvator dicat & præcipiat: cum eos docueritis, sive cum vestra doctrina debite informati fuerint de mea Fide, tunc aut debent credere, aut condemnari: atqui condemnatio est pœna peccati mortalis: ergo sub mortali adultus tenetur credere & assentiri articulis Fidei sufficienter propositis. Unde & ipse Christus in eis, quos vocavit, & Apostoli in eis, quos converterunt, semper exigebant actum Fidei circa Fidem propositam, ut passim videre est in Evangelio, & Actis Apostolorum v. g. Act. 8. Philippus Eunuchus petenti Baptismum ait: *Si credis in toto corde &c.*

## §. II.

*Quamprimum moraliter.*

**P**ostquam nimirum articuli Fidei ita sufficienter<sup>17</sup> propositi sunt. Pueri ergo inter Fideles educati tenentur elicere assensum Fidei, quando usum rationis consecuti perfecte, Mysteria Fidei tanquam à Deo revelata sufficienter apprehendunt. Infidelis autem adultus tenetur elicere actum Fidei, quando, propositis sibi articulis Fidei, incipit jam prudenter agnoscere, seam esse veram Fidem, ea Mysteria credita esse vera, & contrarias Sectas esse falsas juxta dicta immediate §. *preced.* Communissima DD. pluribusque congestis Sanchez *cit. cap. 1. n. 8.* Lugo *De Fide d. 3. Sect. 1.* Tannerus, *Layman, Tamb. l. 2. 6. 1. §. 1. n. 8.* Sumitur aperte

pertè ex verbis Christi *Matth. ult.* modò allegati  
 Et ratio est: Quia Divino & naturali jure ad statum  
 viatoris pertinet, ut ad propositum sibi finem ten-  
 dat, atque ab eo non aberret; hoc autem fieri non  
 potest, nisi finem suum, Deum, per ea, quæ ad ill-  
 lum Finem obtinendum necessaria sunt, cognoscatur  
 & credat: ergò homo adultus & rationis compo-  
 tenetur statim assentiri iis Articulis sufficienter pro-  
 positus; saltem tenetur non diu differre assensum in  
 re tanti momenti, ubi mora culpabilis, & mortalis  
 æstimari debet arbitrio prudentis, maximè in pueris  
 Unde notanter

Dixi: *quamprimum moraliter*, rectè enim mo-  
 net Sanchez. *cit. c. 1. n. 3.* in praxi cum pueris non  
 esse scrupulosè agendum quoad impletionem hu-  
 jus præcepti, & peccatum omissionis. Nam præ-  
 ter quàm, quòd frequenter accidat, pueros diu usum  
 habere rationis, & tamen eis Mysteria Fidei, ut  
 Fide supernaturali credenda, sufficienter non pro-  
 ponantur & apprehendantur ( quousque à præ-  
 cepto Fidei sine dubio excusati sunt ) insuper ipsi  
 reverà non advertunt talem obligationem creden-  
 di: Undè vix evenit, ut peccent non eliciendo as-  
 sentum Fidei contra hoc præceptum. Adulti au-  
 tem Fideles post Fidem veram sufficienter & plene  
 propositam, si non statim aut brevi assentiantur,  
 citius contra hoc præceptum peccabunt prudentis  
 arbitrio; & vix sistent in incrudelitate negati-  
 va contra hoc præceptum affirmativum, sed posi-  
 tivè simul dissentiant, & in sua secta obstinaciter

ter perdurabunt, positiva incredulitate, & peccato commissionis, hæresis v. g. contra præceptum negativum non negandi veram Fidem agnitam.

Denique tam pueri adulti, quàm infideles conversi, postquam didicerunt Mysteria Fidei, Festa Christi coluerunt, Conciones, Missas &c. audierunt, nisi prorsus brutorum instar vixerint, omninò judicandi sunt, præbuisse saltem semel assensum iis Fidei Mysteriis, adeoque satisfacisse huic præcepto.

## §. III.

*Eo assensu semel habito, Præceptum hoc affirmativum Fidei per se directè amplius non obligat.*

**I**Ta contra Antiquos varios communis RR. cum **18**  
 Card. de Lugo d. 13. Sect. 2. n. 45. Tamburin.  
 l. 2. c. 1. §. 9. Ratio solida est: Quia ex una  
 parte, nullum potest assignari tempus certum &  
 determinatum, neque Christi, neque Ecclesiæ Leges,  
 quo per se directè obligaret præceptum Fidei quo-  
 ad actum internum, ut mox patebit: ex altera  
 parte sæpissimè obligat per accidens, ut §. seq. vi-  
 debitur. Ut vel ideò Christus Dominus pruden-  
 ter credatur non voluisse imponere præceptum per  
 se directum Fidei, sed satis superque indicasse, eum  
 sæpius debere exerceri propter alios actus necessa-  
 rios: quare Lugo cit. merito censet, inutilem hanc  
 quæstionem de tempore, quo tenentur Fideles a-  
 ctus Fidei repetere, satisfaciat obligationi Fidei,  
 cui non videtur satisfieri semel tantum amplecten-  
 do Fidem, ejusque Mysteria credendo; Quia ni-  
 mirum

mirum non potest contingere moraliter, quod homo Christianus, qui semel Fidem Christianam toto corde amplexus est, nec postea ab ea defecit, nec de ea dubitavit, non repetat sæpissimè actus Fidei tum per se, tum per accidens una cum aliis actibus bonis necessariis vel liberis, ut orando, Missam audiendo, Sacramenta suscipiendo: Ut proinde hanc sententiam minimè involvere posse videatur propositio 17. damnata ab Innocentio XI. *Semel est, actum Fidei semel in vita elicere.* Sicut in alia 65. & ultima: *Sufficit illa Mysteria (SS. Trinitatis & Incarnationis) semel credidisse.* Cui nullus sit Catholicorum, nisi longè improbitus, qui illa Mysteria quotidie non sæpius exercitat in actu exercito, vel tot formationibus Crucis, & invocationibus SS. Trinitatis &c. et in actu signato expressè non dicat: *Credo verum quod à Deo revelatum esse tale mysterium:* ut supra iam innui. Sed videamus tempora communiter assignata ab Antiquis, quibus per se obligat præceptum Fidei affirmativum ad actum intentum credendi.

*Primum* tempus ab omnibus etiam nobis assignatum est, quando incipit usus rationis, vel ad hoc vero Fides sufficienter proponitur, juxta dicta §. præced. Verum id non fit tantum necessitate præcepti, sed etiam necessitate medii juxta dicta §. I.

*Secundum* tempus assignatur articulus mortis quia tunc Fidelis debet se contra Dæmonis tentationes infestissimas per actus Fidei munire, quod quidem per accidens libenter conceditur in calu-

quò tentatio aliter superari nequit, aut alii actus actum Fidei necessariò supponentes ( ut Contritio, Confessio &c. ) exercendi sunt: juxta dicenda §. seq. De per se autem nullum planè est fundamentum ejus obligationis.

*Tertium* tempus assignatur his terminis: *Saltem aliquoties in vita*: Sed confuse nimis & scrupulosè: Aliqui determinant, obligare hoc præceptum saltem semel in anno, sicut præceptum Confessionis & communionis: Alii diebus Dominicis & Festis, inter quos etiam dubitativè Scotus. Alii aliter, ut latè videre potes apud Suarez *hic d. 13. sect. 5.* Et Sanchez *lib. 2. moral. c. 1. n. 3.* Qui optimè refutant; cum nullum sit omninò fundamentum ejusmodi obligationis per se: per accidens autem ratione aliorum actuum per annum, vel totam vitam exercendorum, nullum potest esse dubium, ut patebit.

*Quartum* tempus etiam communiter assignatum est, quando urget gravis tentatio contra Fidem vel in communi, vel in particulari contra aliquod mysterium, quam quis non videatur posse superare, nisi contrarium actum Fidei eliciendo; tunc nimirum sub mortali obligari hominem actum Fidei elicere: quia alioquin relinquet se in periculo labendi in Fide, & consequenter omittendo actum Fidei peccabit mortaliter. Verùm imprimis casus iste rarissimus est, quia ordinariè ejusmodi tentationes multò securiùs superantur mentem aliò efficaciter convertendo, quàm per contrarios actus cum iis quasi altercando, quibus tentatio plerumque intendi & exercenda.

asperari solet, essetque nimis dura obligatio, magis pro scrupulosis, ut bene notant *Lugo & Tamburini. in cit.* Deinde dato casu, aliter non potest superari tentationem nisi per elicitedum contrarium actum Fidei, adhuc obligatio credendi non erit per se directe ex praeecepto Fidei affirmativo de elicitedo actu interno Fidei; sed per accidens & indirecte, ratione scilicet praeecepti negativi de Fide non abroganda, contra hoc ergo, non contra illud peccatum tentatus omittendo actum Fidei, sicque se exponendo, vel relinquendo in periculo labendi in Fide. Unde in Confessione non opus erit confiteri peccatum omissionis v. g. dicendo: *Semel non elicitedo actum Fidei, cum necesse esset*; sed tantum peccatum commissionis contra praeeceptum illud negatum: Utpote: *Exposui, vel permisit me in periculo in Fide labendi talis vel talis mysterii, etiam labens sum.* Quod valde notandum est; & patebit magis amplius.

## §. IV.

*Per accidens autem sapissime.*

**20** Regulam generalem optime tradit Card. de Lugo cit. lect. 2. n. 43. *Toties erit obligatio credendi assensum Fidei, quoties is necessarius est ad observandum aliud praeeceptum, quod tunc obligat.* Ratio est: Quia qui tenetur ad aliquem finem, tenetur etiam ad ponenda media necessaria & proportionata: atqui v. g. obligatus die Festo audire Missam non potest eum actum debite exercere, nisi supposito actu Fidei, ut per se clarum est: ergo. Obligatio ergo haec per se directe non erit ex praeecepto



aliquo Fidei, sed ex obligatione alterius illius præcepti v. g. Missam audiendi, vel dicendi, communicandi &c. ad ejus observantiam necessarius est actus Fidei: & contra illud solum præceptum peccabitur omittendo actum Fidei, atque non erit duplex peccatum explicandum in Confessione, sed unum tantum contra illud aliud præceptum, v. g. dicendo: *Invalide, vel sacrilegè celebravi* &c. Ut cum *Sanchez cit. Conink aliisque docet Lugo cit. n. 34. in fine.* Et jam accipe

C A S U S,

*Quibus per accidens est obligatio eliciendi assensum Fidei.*

**P**rimus: Quando quis tenetur vel vult justificari, seu gratiam amissam recuperare per contritionem, aut attritionem cum Sacramento. *Certum apud omnes.* Non enim potest quis actum Contritionis vel attritionis supernaturalis elicere, nisi credat in Deum cum Spe veniæ: nisi credat Deum esse Summum Bonum, cujus amore coneritur: aut nisi credat, esse pœnas æternas & temporales à Deo peccatoribus decretas, quarum timore atteritur: denique nisi credat, esse Sacramentum pœnitentiæ, ac potestatem remittendi peccata, cujus ope liberari à peccatis intendit.

*Secundus:* Universaliter quodcumque homo tenetur elicere, vel exercere actum supernaturalem, qui necessariò semper supponit Fidem: Ut Spei, Charitatis, Religionis, v. g. orare, suscipere, vel administrare Sacramenta: ob eandem rationem facile applicabilem. Advertit tamen rectè *Lugo cit. d.*

13. *sect. 2. n. § 1.* In his omnibus necessario quidem  
 intervenire Fidem actualem, non tamen semp  
 actum formalem explicitum, quâ nimirum quis ex  
 pressè dicat: Credo Deum esse, quem nunc or  
 Credo Sacramentum esse, quod nunc ministrare  
 vel suscipere volo &c. Sed saltem implicite, &  
 confuso, quatenus ex memoria notitiæ per Fidem  
 comparatæ habet Fidelis intentionem Deum  
 mandandi, sperandi, orandi, Sacrum audiendi,  
 offerendi, Sacramenta suscipiendi aut ministran  
 di &c. ex Fide prius & toties exercita sciens, De  
 esse. Quamvis autem ad valorem Sacramenti  
 requiratur ea Fides in ministrante, ut nimirum  
 sciat vel credat, illud esse Sacramentum, certum  
 men est, requiri in fideli ministro ad licitam mi  
 strationem intentionem absolutam ex Fide & d  
 strina Christi.

*Tertius.* Quodcumque urget gravis tentatio  
 contra quamcunque virtutem, & maximè ipsam  
 Fidem, ut reverà aliter superari non posse videatur  
 quam scutò Fidei se muniendo, juxta illud: 1. Pe  
 5. *Estote fortes in Fide &c.* Et siquidem tentatio  
 illa sit contra aliquam virtutem, utpote Spem, Char  
 ritatem, Castitatem &c. obligatio Fidei erit ob  
 ninò per accidens, & indirecta: sin autem tentatio  
 sit contra ipsam Fidem, obligatio erit quidem  
 rectè ex ipsa virtute Fidei, sed iterum non ex ip  
 præcepto affirmativo sed, si sit periculum omni  
 deficiendi, vel negandi Fidem etiam interiùs, ob  
 gatio erit ex præcepto negativo non negandi Fidem  
 exterius vel interiùs: ad id enim præceptum  
 spectat

spectat non facere actum prohibitum. & excludere ejus proximum periculum per media oportuna: Quale medium in proposito supponitur esse, munire se actu Fidei elicito. Vide quæ dixi §. *preced.* sub finem. Et hinc est casus

*Quartus.* Quando quis tenetur exteriùs confiteri Fidem maximè coram Tyranno cum periculo deficiendi in Fide, quod aliter non posset vitari, nisi fortiter urgendo actum internum Fidei, ea obligatio est etiam per se directè ex virtute Fidei: sed iterùm non ex præcepto affirmativo, sed ex præcepto negativo non negandi Fidem interiùs vel saltem exteriùs, prout fuerit periculum negandi, ob rationem modò datam.

## SECTIO IV.

*Præceptum tertium & quartum Fidei, quo ad confessionem & negationem Fidei externam.*

### SUMMARIUM.

22. *Qualis sit, aut esse debeat confessio Fidei externa.*
23. *Præcepto divino naturali tenentur fideles Fidem exteriùs verbo, signo, vel opere confiteri sub mortali,*
24. *Quoties id exigit honor Deo, vel Christo debitus, ut pulchrè exemplificatur quatuor casibus;*
25. *Et fidei confirmatio:*
26. *Aut quando Salus propria,*
27. *Vel proximorum periclitatur*
28. *In persecutione Fidei per se semper fugere licet, nisi officium obstet.*
29. *Nullo unquam casu, etiam mortis periculo, licet Fidem negare. sive expressè, sive interpretativè, verbo, signo, vel factò, &c.*
30. *Quando quis censetur negare Fidem explicitè: quando interpretativè.*

E 3

31. *Quan-*

31. Quando quis, obligante præcepto, simulando, vel agendo in verbis censeatur interpretativè negare Fidem?
32. Præcepto Fidei consistenda etiam non obligante, Fides tamen interpretativè negat qui utitur signo directè, indirectè manifestativo hæresis,
33. Talia autem signa non sunt v. g. ornatus vel vestimentis gentis solum, & non sectæ distinctiva.
34. Imo esto etiam sint distinctiva sectæ, modò non sint prætestativa ejusdem.
35. Bene autem, si sint non tantum distinctiva sectæ, sed manifestativa ejusdem.
36. Et multò magis, si insuper contineant actualem cultum auctoris falsæ sectæ.
37. Item Fidem interpretativè negat, exercens opus, vel actionem ex natura sua, institutione, aut circumstantiis rebus manifestativam, ut in sacris gentilium, & g. adorare idolum &c.
38. Quando quis interpretativè Fidem negare censeatur communicando eorum cæna?
39. Frequentando eorum Ecclesias?
40. Comedendo carnes die prohibito?

22 **F**idei tertium præceptum affirmativum est confiteri Fidem exterius, cum opus est; huic oppositum quartum & primum negativum Fidei præceptum est, non negare Fidem exterius. Utrumque propter maximam connexionem explicabimus hac *Sectione* sub gemina assertionem. Quintum autem Fidei præceptum, & secundum negativum. Nam negare Fidem etiam interius, importat immunditatem positivam ac præcipuè hæresin, & ei annexa: ideoque necessario pluribus seorsim explicandum *Seq. c. toto.*

Confessio externa Fidei est: *Manifestatio Fidei interna signò aliquò externò ad hoc specialiter ordinata*

*dinatō & comprobato.* Utpotē vel apertis verbis, vel signis & actionibus ex speciali ordinatione significantibus, exprimentibus & distinguuntibus Fidem. Etenim ad Confessionem Fidei Catholicæ defacto non sufficit uti verbis, signis vel actionibus communibus Eidei Catholicæ cum aliis Sectis, ut dicere se Christianum esse, Symbolum Apostolorum, vel Orationem Dominicam recitare: sacram Scripturam profiteri; Sed oportet uti verbis, signis vel actionibus distincte significantibus, & distinguuntibus Fidem Catholicam ab aliis Sectis, utpotē dicendo, se esse Catholicum Romanæ Fidei, se cruce signare, Catholico more Sacrum facere, communicare, jejunare &c. His positis, sit.

#### ASSERTIO IV.

**P**recepto Divino naturali tenetur Fidelis Fidem<sup>23</sup> exterioris confiteri verbo, quoties ita exigit honor Deo vel Christo debitus, Fidei confirmatio, propria, vel proximi Salus: Seu quod idem est. & regula generalis esto: Quotiescunque ex taciturnitate vel dissimulatione Fidei oritur detrimentum honoris Dei, Fidei & Religionis Catholicæ, salutis propriæ, vel proximorum, quod professione Fidei impediti potest, tenetur omnis Fidelis, ad hoc idoneus, sub mortali Fidem ~~suam~~ profiteri, & defendere, etiam cum periculo mortis aut cujusque boni temporalis detrimentō. Ita D. Thom. 2. 2. 4. 3. ab omnibus receptus. Et sumitur clarē ex verbis Christi Matth. 10. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo. Qui autem negaverit &c.* Et Apost. ad Roman. 10. *Si confitearis in ore tuo Dominum JE-*

**SUM CHRISTUM**, & in corde tuo credes **Christi**  
quia **Dens** suscitavit illum à mortuis, salvus **Judic**  
corde enim creditur ad justitiam, ore autem **tur, c**  
fessio fit ad salutem. Sic **Apost.** aperte significans, **an si**  
fessionem externam Fidei necessariam esse ad **sentu**  
tem: adeoque obligare quandoque sub mortu **nem**  
Ratio ergò ex allegatis verbis Christi desumpta **malu**  
Quia omnis homo Christianus Christo in **Bapt**  
monomen dedit, & se obligavit ad ejus Fidem **prof**  
nendam, tuendam & confitendam, etiam suâ **æqu**  
te & sanguine, si opus fuerit, velut juramento **culo**  
plicito. De quo **Div. Hieron. Epist. ad Heliod.**  
*Recordare tyrocini tui diem, quo Christo in Bapt*  
*mate sepulchus, in Sacramento jurasti.* Et **Ap**  
**I. ad Th. 6.** *Certa bonum certamen Fidei, app*  
*hende vitam æternam, in qua vocatus es, & ca*  
*fessus confessionem bonam coram multis testibus.*  
**ad Hebr. 3.** Vocat Christum *Pontificem confessionis*  
*nostræ.* Ergò, sicut qui se Regi cuidam jurame **du**  
Fidelitatis in militia vel alio obsequio obstrinxit **ces,**  
netur illud servare, etiam sub pœna mortis, vel qu **cert**  
vis aliâ, ubi nimirum aliqua necessitas id exig **per**  
certum enim est, præceptum affirmativum Fidei **obli**  
confitendæ non obligare pro semper, sed solum **stim**  
certo tempore, & ratione necessitatis ita exigent **Chr**  
uti in assertione expressum est, nimirum quando **Jud**  
exigit **da**

§. I.

*Honor Dei & Christi.*

24 **F**ides confitenda est, quando sic exigit, & al **vos**  
quin notabiliter diminueretur honor Dei **con**  
**Christi** **etia**  
**Inn**

Christi: idq; maximè quando quis à Magistratu, vel  
 Judge absolutè ad Fidem probandam, sive ut scia-  
 tur, cujus Fidei sit, auctoritate publica interrogatus,  
 an sit Catholicus, vel quid de aliquo Articulo Fidei  
 sentiat? sive id fiat publicè, sive privatim, sive ad Fi-  
 nem bonum, ut inter Catholicos: sive ad finem  
 malum, ut si interrogetur apud hæreticos vel infide-  
 les, tenetur sub mortal. Fidem suam confiteri &  
 profiteri positivè, & explicitè sine ambiguitate seu  
 æquivocatione verborum, etiã cum mortis peri-  
 culo, ob rationem datam. Nam alioquin Deo, &  
 Christo magnus honor detraheretur. Verè enim  
 magnus est honor Dei, & Christi, Principis & Ca-  
 pitis Fidei nostræ, quòd Christianus coram Princi-  
 pibus & Magistratibus hujus sæculi contra obla-  
 trantibus & persequentibus Fidem suam fateatur.  
 Præterea, dum mortis & periculorum minis in pub-  
 lico Judicio Fides nequaquam credit, mirum in mo-  
 dum ejus veritas confirmatur, atque in regnīs radi-  
 ces agit: Quare si unquam ejus confessio urget, tunc  
 certè maximè urgere rationabile est; atque is sem-  
 per fuit sensus Ecclesiæ, quæ se in ejusmodi casu  
 obligatam esse ad confitendam Fidem semper exi-  
 stimavit. Sic *Petrus & Joannes* Fidem & virtutem  
 Christi Nominis confessi sunt contra Tribunalia  
 Judæorum *Act. 4.* Et, cum eis comminarentur, au-  
 dacter responderunt. *Si justum est in conspectu Dei*  
*vos potius audire, quam Deum judicare.* Quidquid  
 contra perditè sentiant politici nostri temporis: imò  
 etiam non nemo ex Catholicis. Certè & meritò ab  
 Innocentio XI. damnata est hæc Propositio 18. *Si à*

potestate publica quis interrogetur, Fidem ingenuè  
confiteri, ut Deo & Fidei gloriosum consulo: ut  
re, ut peccaminosum non damno.

II. At verò si privatus quisdam infidelis vel  
hereticus interrogat nullus per se loquendo tenebitur  
fateri, sed vel tacendo, vel alio modo eludendo  
test. Cum enim talis publicam auctoritatem  
gerat, nullus inde honor Christi periclitabitur.  
contigit, quòd multis navigantibus in navi hæretici  
quidam hæreticus stricto gladio discurrens qua-  
ret, quinam ex istis sint Baptistæ, minatus eos  
vultu velle obtruncare, aderant per multi Catholici  
sed nemo Fidem suam fassus est. An rectè? Re-  
spondent. Sanchez l. 2. 6. Tabiana, u-  
navent. alii cum Tamburino cit. c. 1. §. 2. n. 3. Quod  
scurra ille cum publicam auctoritatem nullam ge-  
ret, adeoque nullus inde honor Christi periclitabitur,  
explodendus potius fuit, quam audiendus.  
Dixi autem *per se loquendo*: rectè enim monet  
Thom. Quòd si vir admodum gravis interrogatur  
etiam à privatis hæreticis de sua Fide, ipse  
tamen si taceat, vel dissimulet, magnum aliquod  
scandalum oriri rationabiliter timeat, tacere sanè  
non posse; quia in illis circumstantiis magnus Dei  
honor, ad salutem salus proximorum externam  
Fidei confessionem exigit.

III. Quòd si quis interrogaretur, vel examinaretur  
ab hæreticis, quavis auctoritate publicè, vel privè  
interrogatus, sitne Sacerdos vel Monachus, an Sacrum  
sacerdotii, vel audierit, an die Veneris carnibus abstinere  
debeat &c. Etiam si Catholicus advertat ex mente  
terti



terrogantis idem esse, ac quærere, an sit Catholicus? Adhuc non obligaris respondere, sed quoque modo dissimulare potest? Quia multi sunt Catholici, qui non sunt Sacerdotes vel Monachi, qui Sacrum sæpè non dicunt, ne audiunt, nec carnibus abstinent. Secùs dicendum, si interrogæris, an sis Papista? quia hæc interrogatio in terminis æquivalet huic, an sis Catholicus, ideóque fateri debes, si publica auctoritate interrogæris, secùs si privata, juxta, modò suprà dicta.

IV. Si Tyranus vel Princeps aut Magistratus hæreticus generatim præcipiat, ut omnes se prodant Catholici, ut certas vestes vel signa ferant, quibus noscantur, esse Catholici, aut omnes Catholicos ex regno vel regione exulare præcipiat, aut certas eis pœnas taxet; tenentur Catholici obedire, & ita Fidem profiteri *Resp.* Non teneri, quia ex una parte injustè agit Tyrannus, vel Magistratus talis; ex altera parte nemo non particulariter seu personaliter interrogatus tenetur profiteri Fidem suam. *Excipe:* Nisi magnus Dei honor & proximorum salus aliud requiret: Sicut contra tenebris te occultare, si Spes sit in futurum te posse Fidem melius profiteri ac promovere, præsertim si Sacerdos sis. *Communis apud Sanchez & Tamburin. cit.* De fuga in persecutione Fidei dicam inferius in fine.

§. II.

*Fidei Confirmatio.*

Quotiescunque nimirum doctrina, Fidei firmitas, vel authoritas Catholicæ Ecclesiæ periclitatur, præsens & advertens, si prodesse possit, tenebitur præ-

præfens & advertens, si prodesse possit, tenebimur  
 Fidem profiteri. v. g. Interventit quis, vel inter  
 colloquio, vel disputationi Catholicorum cum  
 reticis: advertit. ob illorum ruditatem, doctrinam  
 Fidei & Ecclesiæ irrisioni & blasphemias exponi  
 se sufficientem, & prodesse posse putet, tenetur  
 mortali, etiam cum periculo vitæ, pro veritate  
 eretare, Fidem suam profiteri ac defendere. Hæc  
 enim Fidelitas erga Christum & ejus Verbum  
 stulat, scilicet ut ait Apost. ad Tit. 2. *Ut non bla-*  
*phemetur Verbum Dei.* Et 2. Pet. 2. *Ne via ve-*  
*ratis blasphemetur.* Eadem est ratio de tuenda  
 ritate Ecclesiæ, de qua Dionys. Alexand. Epist.  
 Novat. *Non est inferior gloria sustinere Marty-*  
*rum pro eo, ne scindatur Ecclesia, quam est illa,*  
*idolis immoletur.* Imò secundum meam sententiam  
 am majus hoc puto Martyrum: ibi enim unusquisque  
 que pro sua tantum anima, in hoc verò pro omni  
 clesia Martyrum sustinet. Hæc ille

Similiter, si videas infidelem vel hæreticum  
 sanctam Eucharistiam, sacras imagines, Reliquias  
 Virgines sacras violare, si possis, teneris illos con-  
 bere, & te Christianum & Catholicum manifesta-  
 etiam cum periculo vitæ: Quia ita exposcit & D  
 honor, & veræ Fidei indemnitas. *Si potes,* in qua  
 semper: Nam si tuus conatus nihil profuturus pro-  
 videtur, non erit ratio, unde obligeris. Ita DD. c.

§. III.

*Salus propria.*

26 **F**ides confitenda est, quandoque exigit pro-  
 pria salus, quæ aliàs periclitaretur; Utpote si  
 eens & dissimulans, eo ipso periculum subeas, ne

dem abneges, juxta dicenda *Assertionem seq.* Item si Fidem tuam dissimules, congeris multa agere contra conscientiam, & legem Dei; & ut plurimum gravissima peccata mortalia. v. g. Servit Catholicus Domino hæretico, si se Catholicum esse dissimulet, cogetur provana conventicula hæreticorum adire cum Domino, conciones hæreticas audire nefandæ cœnæ communicare, aliisque actibus hæreticis; &c. tenetur sub mortali profiteri suam Fidem, aut si nihil proficiat professio Fidei, recedere à Domino hæretico, quocunque periculo vel damno imminente, cum detrimentum animæ cuicunque damno corporali præponderare debeat.

## §. IV.

*Salus Proximorum.*

Fides confitenda est, quotiescunque ita exigit salus proximi, quæ alias periclitaretur: utpote, si proximorum scandalum, vel ruina spiritualis imminet, & tua professione Fidei impedire potes e. g. Petrus Theologus adest convivio & colloquio multorum Catholicorum & hæreticorum, miscentur profani sermones, irrisiones &c. contra Fidem & Religionem Catholicam, comeduntur carnes die vetito, videt & advertit, si taceat, corrideat, comedat carnes, scandalizandos Catholicos, eosque labefactandos in Fide, Fidei suæ incertitudinem suspicatuos, è contrâ hæreticos in sua Secta confirmandos, & defectum Fidei ex sua taciturnitate præsumpturos; talis omninò sub mortali tenetur Fidem suam profiteri, falsis dictis, & sannis contradicere, ab esu carniæ abstinere: tum ea generali præ-

præcepto Charitatis, tum especiali præcepto  
 dei confitendæ in casu necessitatis: Exemplum  
 quam Christianum ante Christum præbuit hæc  
 cæ planè Confessionis Fidei, & legis Dei Senex  
 Eleazarus 2. *Machab. 6.* Qui cum à Tyranno  
 geretur carnes suillas comedere, & quidam an  
 tuaderent id simulare, comedendo alias carnes  
 tas, generosè respondit, & respuit dicens.  
*enim atate nostra dignum est fingere, ut multi  
 lescentes arbitantes, Eleazarum nonaginta  
 rum transisse ad vitam alienigenarum, & ipse  
 pter meam simulationem & propter modicum  
 ptilis vita tempus accipiantur (& addendo obli  
 tionem hujus sub mortali ait) Nam etsi in præ  
 tempore suppliciiis hominum eripiar, sed man  
 Omnipotentis nec vivus nec defunctus effugiam.*

## COROLLARIUM.

28 **E**X dictis facile colligitur qualiter urgente  
 persecutione Fidei, liceat vel non liceat Catho  
 fugere, ne cogatur cum mortis, vel alio periculo  
 dem suam confiteri. Per se enim & ratione  
 præcisè, semper licet; quia fuga de se non dicitur  
 gationem, vel dissimulationem Fidei, multò magis  
 simulationem alterius Sectæ: quin imò hoc  
 quò Catholicus fugit, se Catholicum fatetur &  
 dit; quippe qui ad conservandam illibatam Fide  
 suam fugit non vacillans in Fide, sed diffidens de  
 fortitudine & constantia ad perferendas persecutio  
 nes, vel pœnas imminentes; atque omninò iure  
 utens, quo licet omni modo licito tueri Fide  
 suam, quod Christus non tantùm verbo Matth.

Cum persequentur vos in una civitate, fugite in  
 aliam; Sed & exemplo docuit sapius fugiens im-  
 piorum persecutiones; & sancti factis suis ostende-  
 runt. Lege præclarum Homiliam & Apologiam  
 D. Athanasii de fuga sua. Pars legitur in suo Fe-  
 sto 2. Maii.

Dixi: *Per se ratione fuga præcisè*: Nam aliunde  
 ex ratione personæ vel officii sapè non licebit fu-  
 gere; Sic tempore persecutionis Fidei non potest  
 Episcopus vel Pastor fugere, si ex ejus fuga immi-  
 neat periculum gregi sibi commisso; nam bono-  
 rum Pastorum est animam ponere pro ovibus suis,  
 & non tantum *in pace*, sed etiam (teste S. Cypriano  
 Epist. 54.) *in acie oves tueri*: idque ex obligatione  
 Charitatis & Justitiæ, adeò ut si opus fuerit, tenea-  
 tur etiam sanguine & vitâ Fidem pro ovium suarum  
 confirmatione firmare.

Regula ergo hic esse potest. Si sis ejus conditio-  
 nis, ut te fugiente, periclitatur honor Dei, vel Salus  
 animarum, tuique muneris observatio, fugere non  
 poteris, juxta modo dicta. Quòd si solùm esses utili  
 manendo, non tamen necessarius, potes manere, sed  
 non teneris cum tam gravi tuo incommodo vel pe-  
 riculo. Quòd si denique remanendo potiùs obesses,  
 quàm permoveres; peccares non fugiendo pro-  
 pter malum, quod infers, nisi te bona fides excusaret.  
 Sic post alios *Tamburin. cit. n. 6.*

Denique sermo tantum fuit de Fide confessione  
 extrema, quatenus est de Jure Divino ex virtute Fi-  
 dei Jure autem humano & lege positiva Ecclesiæ  
 etiam certæ personæ in certis casibus teneatur  
 etiam

etiam sub mortali professionem Fidei facere, ut  
omnes Beneficarii, Canonici, Parochi, intra  
mensis adeptæ possessionis. Ex *Tridentino Sess.*  
c. 22. Item ordinandi, Doctores creandi; Reges  
Imperatores in sua inauguratione, & alii non  
idque ex gravi causa, nempe ut animabus & populo  
commisissis benè sit provisum: nec earum regio  
spirituale vel temporale hæretico vel infideli  
mittatur, quæ, cum sit gravissima materia, præ  
ptum transgrediens, seu scienter Fidem profi  
detrectantes sine dubio mortali peccato adstringi

## ASSERTIO V.

29 **E**X præcepto Fidei Divina negativo sub  
li nullo unquam casu vel periculo, etiam  
ris, licet Fidem negare, sive expressè, sive inter  
rative, nimirum verbo, signo vel factò aliam  
sam Sectam simulando, etiam si quis Fidem veram  
libatam intus in corde retineat. Communissimè  
certissima omnium Orthodoxum cum D. T.  
ma supra. Et omnium quos vidi, optimè la  
méque Gregor. de Valent. q. 3. punct. 2.

Expressè probat & docet Christus Matth.  
Qui autem negaverit coram hominibus, nega  
& ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.  
Luc. 9. v. 26. Qui me erubuerit, & meos sermones  
hanc Filius hominis erubescet, cum venerit in  
jestate sua, & Patris, & SS. Angelor. Ubi nota  
ter dicit 1. qui me erubuerit: quod non tantum  
gationem expressam, sed etiam dissimulationem  
vel inquam simulationem significat. 2. Me &  
mores meos: Erubescens scilicet confiteri non

re, ut tñm Christum, sed etiam Doctrinam Christi &  
 intra Fidem. 3. *Erubescet*, seu ut est apud Matth. *ne-*  
 gabo cum &c. quod sine dubio pœnam peccati  
 mortalis significat. Ratio ergò est eadem, quæ in  
 Assertionem præcedenti à fortiori, cum longè plus sit  
 Fidem exteriùs negare, quàm solum occultare,  
 dissimulare, & non confiteri exteriùs, cum opus  
 esset. Deinde, aut aliquis serió & ex animo Chri-  
 stum vel veram Fidem abnegat, falsamque Sectam  
 profitetur: & tunc verè & propriè committit pec-  
 catum infidelitatis gravissimum & mortale, exte-  
 riùs quoque consummatum. De quo *c. sequenti*;  
 aut ficto animo, in corde verò veram Fidem reti-  
 nendo, solum exteriùs verbo, signo, vel factò simu-  
 lat, se veram Fidem negare, & falsam amplecti; &  
 tunc licèt non peccet peccato interno infidelitatis,  
 nec hæreticus vel apostata formalis fiat, ut ex *com-*  
*muni D D.* bene probat Sanchez *lib. 2. mor. cap. 7.*  
*n. 8.* peccat tamen peccato externo infidelitatis con-  
 tra præceptum negativum de non negando Chri-  
 stum, & veram Fidem, quod & ad semper, & pro  
 semper, seu pro omni temporis differentia obli-  
 gat: Et quia in re gravissima, utique sub mortali,  
 simulque mentitur perniciosè in re gravissima, ut-  
 pote contra Veritatem Divinam nobis revelatam &  
 agnitam. Etenim sicut virtus veritatis generatim  
 obligat nos affirmativè, ut cum opus est, & cir-  
 cumstantiæ id requirunt, verum non celemus; sed  
 sincerè aperiamus; negativè verò ut nullo unquam  
 tempore falsum verbo, vel factò mentitur, vel si-  
 mullemus: ita virtus Fidei Divinæ multò adhuc

gravius & strictius obligat, affirmativè quidem do ob  
 veritates Divinas nobis revelatas, cum opus esse Asse  
 circumstantiæ exigunt, juxta dicta *Assertioni* signo  
*ced.* palam profiteamur: negativè verò ne op  
 tam Fidei falsitatem ullo unquam tempore fer  
 bo, seu factò mentiamur vel simulemus nega  
 dissimulata vera Fide. lare  
 quã  
 gan  
 caus  
 obli  
 celar  
 bis a  
 emp  
 licet  
 doce  
 bus  
 pleb  
 scife  
 grav  
 nam  
 vel fi  
 verò  
 vel e  
 quid  
 la Fi  
 mun  
 man  
 Vale  
 tr. p  
 vel p  
 supr  
 inter

Damnabilis ergo, & damnatissima est sententia  
 antiquorum hæreticorum, ac etiam nostri te  
 ris politicorum ac libertinorum, quorum vulgari  
 ma est: Licere Fidem suam negare, & aliena  
 ligionis cujusvis quælibet exercitia facere, &  
 quis Fidem suam in corde fixam firmamque co  
 vet. Jam ergò Assertio quoad terminos signifi  
 explicanda est, & ad casus applicanda.

§. I.

*Expresse, vel interpretativè.*

30 **E** *Expresse*, explicitè, ac positivè Fidem nega  
 mortaliter peccat, quisquis apertis verbis  
 ferio, sive fictè aut negat se Christianum, Ca  
 cum, Pontificium esse, talem articulum Fide  
 dere &c. aut asserit, se esse, alterius Sectæ,  
 cam, Calvinistam, Lutheranum &c. vel con  
 talem Articulum contra veram Fidem, v. g.  
 stum non esse in Eucharistia, nullum esse pun  
 rium &c. Quod si ferio & ex animo fiat, verò  
 infidelis & hæreticus formalis: si fictè, etiam  
 infidelis & hæreticus non sit, tamen mortaliter  
 cat, juxta dicta pro Assertionem.

*Interpretativè, seu implicite* negat Fidem  
 mortaliter peccat, quisquis aut Fidem veram



do obligat præceptum confessionis externæ, juxta  
*Assertionem præcedenti* dicta dissimulat; aut *verbo,*  
*signo, vel facto* falsam Sectam aliquam simulat. Dif-  
 ferunt quam maximè *dissimulare, verum, & simu-*  
*lare falsum.* Dissimulare verum ob certas causas,  
 quandoque licitum est, quando nimirum interro-  
 ganti non teneris respondere, & justam celandi  
 causam habes: sic in proposito extra casus, quibus  
 obligat præceptum confessionis Fidei, semper licet  
 celare, vel dissimulare Fidem, sive silentio, vel ver-  
 bis ambiguis, vel signis, vestibus &c. ut infra ex-  
 emplificabitur. Simulare verò falsum nunquam  
 licet, cum id sit mendacium intrinsecè malum, uti  
 docet *communissima DD. cum D. Thoma* ab omni-  
 bus recepto 2. 2. q. 111. a. 1. Unde quondo vilis &  
 plebeus homo ab aliquo Fidei confessionem exigit,  
 sciscitando, an sit Catholicus, Pontificius &c. ?  
 graviter quidem peccat contra confessionem exter-  
 nam Fidei, si neget se esse Catholicum, aut dicat  
 vel simulet se esse hæreticum, Lutheranum &c. At  
 verò non peccat, si dissimulet verum vel tacendo,  
 vel eludendo, v. g. dicendo; *Quid tuâ interest?*  
*quid tu me interrogare habes &c.* Quia tunc nul-  
 la Fidem confitendi necessitatis cogit, ut ex com-  
 muni benè docent Navarrus *comment. in caput Hu-*  
*mana aures q. 3. in fine Azor. t. 1. l. 8. c. 27. q. 1.*  
*Valent. q. 3. punct. 2. dub. 3. & 4. Laym. lib. 2.*  
*tr. 1. c. 11. num. 3.* Secus esset, si Magistratus,  
 vel Judex publica auctoritate interrogaret, ut jam  
 supra audivisti Specificatum est in *Assertionem Fidem*  
 interpretativè negari, simulare aliam falsam Sectam

*verbo, facto, signo.* Pro quibus optimè traditum ha  
*Tamburino lib. 2. Decal. c. 1. §. 3. n. 2. hac sic: i*

*Regula universalis:* Omnia illa verba, sig  
 facta vel actiones ex hoc præcepto vitare debent  
 quæ ex se & circumstantiis suis sunt signa  
 internæ abnegationis Fidei v. g. dicere non su  
 tholicus; communicare cœnæ Lutheranae  
 verò per accidens & indirectè tantum sunt signa  
 tivæ negationis Fidei, v. g. gestare vestem  
 cicam, vel Prædicantiam &c. per se quidem  
 da sunt, ne diemus causam aliis credendi, nec  
 dem negare; attamen ob justam causam necesse  
 illi deceptioni præponderantis, licita fiunt.  
 verò planè non significant abnegationem Fidei  
 dicere, non sum Romanus, non sum Sacer  
 Monachus, non audivi Sacrum, comedi carne  
 Veneris &c. per se secluso scandalo, huic præcepto  
 non adversantur: his enim non negatur Fides  
 modo, sed aliquid aliud. Verùm claritatis  
 percurramus sigillatim, incipiendo à verbis

## §. II.

*Simulando verbo.*

3<sup>1</sup> Fidem negat interpretativè, & mortaliter  
 cat, qui, quando obligat præceptum  
 sionis Fidei, utpote à Magistratu, vel publico  
 rogatus de Fide cum intentione Religionis  
 randa, respondet verbis ambiguis & æquivo  
 juxta mentem & sensum interrogantis præ  
 tur, & intelligatur Fidem suam negare, aut

ap. II. Sectam profiteri. v. g. qui interrogatus à Magistra-  
 tu hæretico, an sit Evangelicus? Responderet quòd  
 sic: intelligendo per Evangelium, non Religionem  
 illam novam, ut intendit interrogans, sed veram  
 Religionem suam juxta verum Evangelicum sensum.  
 Item qui interrogatus in Anglia, an sit Fidei Re-  
 giæ? Responderet quòd sic: intelligendo non mo-  
 dernam Fidem Regum hæreticorum, sed antiquam  
 Catholicorum Regum, & similes infiniti modi æqui-  
 vocandi adferri possent &c. Peccat, inquam, mor-  
 taliter; quia juxta sensum & mentem interrogan-  
 tis verè publicè præsumitur Fidem suam negare, &  
 falsam profiteri cum detrimento honoris Dei & ve-  
 ræ Fidei. Secus esset, si privatus quisquam priva-  
 tim interrogasset & scandalum abesset.

Cæterum qui interrogatus, etiam publicâ aucto-  
 ritate, vel tacet, vel absolute & ambigüe respon-  
 det, vel dicit se non teneri, vel non velle respon-  
 dere & dicere aliis cujus Fidei sit, vel quod ipse cre-  
 dat: aut dicit moderna multorum phrasi: se esse  
 ejus Fidei, in qua confidat se salvandum: aut alio  
 simili modo tergiversatur: is quidem Fidem non ne-  
 gat contra hoc præceptum negativum non negandi  
 Fidem: atque adeò non peccat contra præceptum  
 hoc negativum, nisi in casu, quo ipsum tacere vel  
 dissimulare idem esset ac negare: ut si plures inter-  
 rogentur, an velint negare Fidem? aliis dicentibus,  
 quòd non, tu taceas, utique interpretativè negares.  
 Talis tamen publica auctoritate interrogatus adhuc  
 peccaret contra præceptum Fidei affirmativum de  
 Fide Christi exterius confitenda, juxta *Affertione*  
*præcedenti* dicta.

## §. III.

*Simulando signo.*

32 **F**idem negat interpretativè, & mortaliter peccat quisquis, etiamsi non obliget præceptum confessionis Fidei, utitur signo aliquo directè vel indirectè, manifestativo hæresis, vel infidelitatis: enim eo ipso censetur exterius confiteri vel contrariè in hæresin, vel infidelitatem, vel falsam sectam tali signo manifestativo significatam. Eiusmodi signa consistunt potissimum in vestibus vel ornamentis, & possunt esse quatuor generis,

*Signa primi generis.*

33 **S**igna aliqua vel vestimenta solum sunt distinctiva Gentis & non Sectæ. Sic vestis longa Turcarum, & pileus fasciâ circumvolutus, vulgò Turbant distinguit Turcam ab aliis Nationibus materialiter tantum, non autem spiritualiter, quoad eorum Sectam; nam etsi omnes converterentur ad Fidem Christianam, adhuc vestitus perseveraret. Idem est de vestibus propriae Nationis hæreticæ. Et hinc consentaneè omnes DD. Christianum atque Catholicum prohibent licitè uti eiusmodi vestitu ad occultandam Fidem. Licet quippe Christiano eunti per Turciam vel Mauritaniam uti veste Turcica, vel Mauritanica eunti in Angliam incedere veste Anglicana prophanè usurpata, hoc enim non est negare suam Fidem, nec eorum Sectam profiteri; sed est solum dissimulare, vel occultare suam Fidem, & ad summum simu-

re se esse talis nationis: estò alii indè decipiantur, putantes eum esse talis Sectæ Turcicæ, Anglicanæ &c. Dummodò adsit aliqua justa & rationabilis causa præponderans illi deceptioni. V. G. ad securitatem itineris, ad evadendum periculum vitæ vel bonorum temporalium. Non enim sine sufficiente & proportionata causa possumus permittere deceptionem proximi, præsertim in re tanti momenti, ut nos judicent falsæ Sectæ cultores: Ut cum Sanchez, Diana & aliis rectè monei Lugo cit. disp. 14. Sect. 5. n. 70. Simili modo Sacerdos vel Religiosus iter agens per terras hæreticorum, ob pericula evidentia, induit se veste sæculari, non utique intentione, ut se simulet laicum, sed ut Religiosum vel Sacerdotem esse se dissimulet, & celet, cum non teneatur statum suum vestimento prodere, sed jus occultandi habeat, permittendo interim alios falli existimantes ipsum esse laicum sæcularem, quod minus malum est, quàm periculum quod rationabiliter timere debet.

*Signa secundi generis.*

**A**lia sunt signa distinctiva quidem Sectæ à Secta, 34  
 at non protestativa talis Sectæ: non enim sunt instituta ad profitendam talem Sectam, sed ad alium finem politicum: nimirum vel ut dignoscatur, quinam sunt talis Sectæ vel Religionis, ut est Judæorum flavus pileus Romæ, vel annulus flavus in pallio Francofurti; vel solummodò ad significandum eminentiorem statum in tali Secta, ut est pyretum & sagum multiplicatile Prædicantium in Germania, quibus non intendunt profiteri suam Sectam,

Etiam, sed solum ostendere suum statum. iterum (contra Cajetanum, Toletum, Becan aliosque non paucos censentes semper est mor communior & verior est sententia DD, ob gravam causam v. g. ad evadendam mortem, aut grave malum, & seclusio scandalo, & quando obligat præceptum confessionis Fidei, licere Christiano, vel Catholico uti ejusmodi signo vel ad occultandam Fidem suam. Ita Sanchez, Suarez, Conich, aliis relatis, Layman. lib. 2. c. 11. n. 2. Lugo cit. Sect. s. n. 71. Alii RR. Ratio: Quia licet ea signa significant v. g. Judæum vel hæreticum, adeoque iis, uti sit aliqua similitudo & quidem longè major (unde & major & gravior causa excusans requiritur) quàm in casu præcepti: non tamen sunt signa protestativa talis Sectæ vel hæresis, ita ut iis utens, à noscentibus hanc Sectam, statim debeat censerì talem Sectam vel hæresim profiteri: sicut si Prædicans occultet se, & sit in habitu Monachi, non ideò censeretur à noscentibus ipsum acceptare, vel profiteri Religionem, statum Monasticum in his circumstantiis.

*Signa tertii generis.*

35 **A**lia sunt signa non tantum distinctiva Sectæ à Secta, sed etiam ex institutione vel consuetudine manifestativa & potestativa talis Sectæ vel hæresis: V. G. imago Mahometis in veste, vel circumfero, est signum protestativum Sectæ Turcicæ: milititer hæretici sæpè certis signis utuntur protestatione suæ Sectæ, ut scilicet omnis talis personam gestans vel exhibens intelligatur se manifestare

re ac profiteri talis Sectæ assecla : sive ejusmodi signa consistât in vestitu, sive in certis verbis, vestibus &c.

Et tali signo nullo unquam casu vel periculo licere uti citra peccatum mortale interpretativæ saltem negationis Fidei, docent DD. communiter cum Sanchez cit. l. 2. c. 4. n. 20. Sed placet distinctio Card. de Lugo d. 14. Sect. 5. n. 82. Aut enim illa signa ita sunt determinata ad contestationem falsæ Sectæ, ut nullum alium usum habeant ; adeò ut omnes, qui personam eo utentem noverunt, omninò certò judicent eum Fidem negare & falsam Sectam amplecti : ut est v. g. imago Mahometis, certa falciagestata in pileo ad significandam hæresin : vestis vel ornatus Sacerdotalis Judæorum, vel Gentilium ; & tunc certissimum est apud omnes, nullo unquam casu vel periculo licere uti tali signò vel vestitu ad occultandam Fidem. Sunt enim manifesta negatio Fidei, & professio falsæ Sectæ ; Quemadmodum nullo unquam casu vel periculo licet proferre illa verba : *Abnego Christi Fidem, sum Lutheranus*, aut solemnem peccandi formulam Turcarum : *alla alla &c.* quia ejusmodi verba sunt omninò determinata ad significandam abnegationem veræ Fidei, & professionem falsæ Sectæ, & nullum alium usum habent. Unde si Princeps infidelis, vel hæreticus volens omnes subditos suos esse infideles, vel hæreticos institueret universaliter, ut omnes portent tale signum in pileo, vel veste in signum protestationis suæ Fidei, nullus omninò Christianus, vel Catholicus posset eo signo, vel veste, citra gravissimum peccatum abnegationis Fidei, etsi fi-

etè, uti, non obstante quocunque periculo. Q  
spectat abominabilis praxis quorundam frigid  
rum Catholicorum, qui per terras hæreticorum  
regrinantes, vel negotiantes à Magistratu hæretic  
acceptant salvos conductus, & syngraphas, quib  
significatur eos ejusdem esse Religionis, vel jur  
mentum Religionis præstitisse, similes infamibus  
lis Libellaticis tempore S. Cypriani, qui quidem  
dem non negârunt, tamen procurabant & accept  
bant à Magistratu infideli, vel gentili libellos, quib  
significabatur, eos Imperatoribus paruisse, id  
sacrificâsse, ut à persecutione securi essent: ut  
velut infames à Fidelibus Libellatici, vel libellis m  
culati dicebantur.

Aut illa signa, vel vestimenta non sunt ita dete  
minata ad significandam professionem falsæ Sectæ  
sed alium usum habere possunt, adeò, ut qui novi  
set hominem eò utentem antea fuisse Christianum  
vel Catholicum, non statim judicaret eum negat  
Fidem suam, & aliam sectam amplexum, sed posse  
putare vel dubitare, an non ad alium finem tali sig  
no vel veste utatur: ut sunt vexilla & insignia pro  
pria Turcarum, vel Hæreticorum: aut certa vestit  
alioquin usualis, instituta tamen ad profitendam te  
lem sectam: & tunc omninò probabile est ob gra  
vissimam causam (eòq; graviolem, quò magis habet  
speciem negationis veræ Fidei) v. g. mortem, aliud  
ve gravissimum malum evitandum, ad justam victo  
riam de hostibus Fidei obtinendam, licere uti tali  
signo, vel veste. Qua ratione Sanchez cit. defendit  
Christianos, vel Catholicos, qui pugnantes contra  
Turcas



Turcas, vel Hæreticos utuntur signis turcicis, vel hæreticorum, ad commodius invadendum hostem, & jactam victoriam reportandam. Item si Princeps hæreticus instituisset certum genus vestis alioqui non usualis gestandum à subditis in signum protestativum Sectæ suæ, Catholicus peregrinus transiens ob similem gravissimam causam, licite eam uterentur ad se occultandum. Qui enim nossent eum antea Catholicum fuisse, non ideo statim judicarent eum Fidem negare, sed potius occultare tantum.

*Signa quarti generis.*

**A**lia denique sunt signa non tantum protestati-<sup>36</sup>va falsæ Sectæ, sed etiam continentia actualem cultum auctoris illius Sectæ: ut imago idoli Apollinis, Mahometis, Hæresiarchæ, Lutheri, Calvinii &c. gestata in collo, clypeo &c. Quorum usum ullo unquam tempore aut casu licere negant DD. communissimè. Aliqui adhuc excusant. Puto ego cum *Lug. cit.* posse adhiberi eandem prædictam distinctionem, si enim illorum signorum nullus sit usus alius, quam significare talem falsum cultum, sine dubio mortaliter illicita erunt; si verò posset esse alius usus, ob similem causam gravissimam uti liceret. Sic imaginem idoli, Mahometis, Lutheri &c. è collo gestare semper illicitum est; ibi enim non habet alium usum, quam cultum illum falsum. At verò gestare in clypeo, vel vexillo ad decipiendum hostem, probabiliter defenditur: quia hæc ibi non tantum significant cultum auctoris falsæ sectæ, sed etiam armaturam talis generis. Unde de his loquens Layman, *cit. c. II. n. 4. ad finem* dicit: *Hanc*  
*pro-*

92 *Tract. II. In I. Præcept. Decal. Cap. II.*  
professionem falsi cultus generatim non cogimus  
gnoscere, cum etiam apud Christianos ejusmodi  
na, puta Mercurii &c. tanquam fabulosa, orna  
gratia adhibeantur: ideoque non damnari mil  
nostros, si illis, tanquam indifferentibus, insidiam  
causâ in bello uterentur &c. Sic Layman.

§. IV.

*Simulando factô vel opere.*

**F**idem interpretativè negat, & gravissimè  
cat, quisquis voluntariè exercet opus vel ac  
nem, quæ ex natura sua, ex institutione, aut  
ex circumstantiis loci, temporis personarum,  
fam Fidem, Sectam, hæresin manifestant,  
significant, ut exemplis communioribus patet  
explicatione.

*I. Sacra Gentilium.*

37 **F**lectere genu coram idolo, thus adolere, fa  
ficare, si voluntariè fiant absque violen  
physica, etiam ex quocunque metu vel peric  
mali cujuscunque, peccatum mortale est. Ho  
nim actiones ex natura & institutione sua exhib  
coram idolo cultum idololatriæ designant.  
perpetuus sensus Ecclesiæ: & illustrissima exe  
pla Martyrum, & in defectu S. Marcelilni Pa  
Neque obstat exemplum Naamon Syri 4. Reg.  
Qui ab Elisæo sanatus, & ad veram Fidem, c  
tümque veri Dei conversus petiit, ut liceret  
ex officio cum Rege suo intrare templum idoli,  
cum eo genu flectere inquit: *Et illo invito*  
*super manum meam, si adoravero in templo Ro*  
*mon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscatur*

*Dominus servo tuo pro hac re; qui dixit ei, vade in pace.* Non enim ibi permisit Elisæus, ut idolum adoraret, neque actio illa seu genuflexio fuit signum protestativum, seu actus idololatriæ, sed solum fuit actus politicus & ceremonia aulica, exhibita Regi Syriæ, cujus mos fuit in adoratione idoli sustentari manu primi Principis aulæ, qui proin necessario cum Rege genuflectente, & ipse genuflectere debebat: quod officium seu famulatus aulicus tunc ad illum Naaman Syrum spectabat. *Ita communis DD. & Interpretum.*

### II. Hæreticorum.

**S**ine dubio mortaliter peccat contra professionem Fidei, quisquis Profanæ hæreticorum cœnæ communicat: intellige tamen formaliter, quatenus sacra eorum cœna habetur; nam ex circumstantiis cœremoniarum determinatur ea cœna ad profitendum cultum Religionis. Cæterum cessante scandalo, nemine vidente maximè, eos panes comedere, vel vinum epotare materialiter tantum, res esset indifferens: ut ex communi notat *Layman* supra. Itémque mortale est hæreticorum exercitiis cooperando assistere, ministerium aliquod ad eorum Sectam spectans exercere: hæretico ministro parvulum solemniter baptizandum offerre: coram hæretico Ministro Matrimonium contrahere &c. Hæc enim omnia ex natura vel institutione sua professionem & approbationem falsæ Sectæ, adeoque abnegationem veræ Fidei præferunt. Attamen in Germania, ubi hæretici tolerati cum Catholicis permixti sunt, subinde audire conciones hæreticorum,

rem,

rum, assistere Baptismo eorum pro Patrino, in  
 tiis paranympum agere, funus comitari, etiam  
 lugubri habitu, imò, ubi non adest Parochus Cat  
 licus, ita permittente vel dissimulante Ordine  
 etiam parvulos baptizandos Ministro hæretico  
 ferre, ut in multis locis fieri vidi, non habetur  
 signo protestativo falsæ Fidei, & seclusò scandalo  
 vel periculò subversionis, licitè fiunt. De quop  
*rac. sequenti*, cum de communicatione Catholi  
 rum cum hæreticis & infidelibus.

*111. Frequentare Ecclesias hæreticorum.*

39 **S**ine dubio mortaliter peccat, & Fidem impli  
 tènégare censetur quisquis ordinariè, & sine  
 gitima causa hæreticorum templa, conventus  
 conciones frequentat, ut meritò intuentibus vide  
 tur tanquam unus ex illis. Quod adeò veru  
 est, ut etiam si Rex, Princeps, vel Magistratus hæ  
 reticus publicò edictò sub gravissima pœna præ  
 cipiat subditis, ut omnes hæreticum conventuum  
 exercitium accedant, peccet mortaliter Catholicus  
 accedens; ut bina responsione declaravit Pius  
 ad Anglos Catholicos apud *Sanchez cit. c. 4.*  
 27. Cum enim tale edictum directè & ex propo  
 sito tendat ad augmentum Religionis hæreticæ  
 & Catholicæ destructionem, atque ut inter Ca  
 tholicos & hæreticos distinctio appareat, certum  
 omninò est, Catholicum non posse obedire absque  
 peccato contra professionem externam Fidei, &  
 apertæ simulationis hæresis; & quidem in re gra  
 vissima, unde & Religionis vilipensio, & scandalo

lum proximorum pendet; ubi maximè obligat præceptum externæ confessionis Fidei. Quod verò aliqui asserant, tale scandalum, & peccatum evitari posse, si quis publicè protestetur, se ad eorum conventum & exercitium accedere, non ut eorum Religionem profiteatur, sed solùm ut Magistratui politicè obediat, insufficientis est: nam talis protestatio inutilis erit ad pœnam evadendam, neque omnne scandalum, & propriæ salutis periculum auferret, ut latè prosequitur, & declarat Sanchez l. cit. Dixi autem: *Ordinarie & sine legitima causa*. Qui enim semel, aut iterum ex curiositate interesset: aut ex rationabili causa, utpote, ut errores Prædicantis annotet, & confutet, vel confutandos alteri referat; aut ut Dominum suum ex officio comitetur, ut Naaman ille Syrus suprà: vel aliâ simili ratione, aut venialiter tantùm, aut nullo modo peccabit.

*IV. Comedere carnes die prohibito.*

**C**ertissimum est, non licere comedere carnes die<sup>40</sup> prohibito, quando comestio carnis habetur pro signo protestativo Sectæ falsæ: ut si hæretici die jejunii cum Catholicis in hospitio confidentes, vel convivantes, ad eorum Fidem explorandam dicant: Qui Evangelicus, vel Papæ inimicus est, ex hoc ferculo carniùm, ex hoc caupone, anserè, &c. comedat (idem est, si Catholico propinent in sanitatem hostium Papæ & Religionis Catholicæ, isque respondeat) peccabit mortaliter comedens nulla usus protestatione contraria, utpote, hoc non oportere, esse signum explorandæ Religionis cum etiam Catholicis diebùs jejunii ob certas causas carnes edere

dere liceat: alioquin enim comedens verè inter-  
 tativè Fidem negaret. Item mortaliter peccat  
 & implicite saltem Fidem negare censetur, quis  
 ordinariè, & sine omni justa causa aliis nota,  
 hæreticis carnes comedit; etenim comedere  
 nes etiam feriâ sextâ, ex se est indifferens, &  
 Catholico causâ necessitatis vel infirmitatis  
 tum: Quia tamen abstinere à carnibus feriâ  
 est observantia communis & propria Religio  
 Catholicæ, & oppositum hæreticorum; hæc  
 sine legitima & omnibus manifesta causa ab  
 reticis invitatus, vel inter eos vivens per simu-  
 nem & insolentem libertatem passim carnes  
 comedit, censetur omninò Fidem Catholicam  
 terpretativè negare, & peccare mortaliter:  
 etiam inter Catholicos id sapiùs actitans  
 censetur suspectus de hæresi, & pœnas de  
 suspectorum incurreret juxta *communem D.D.*  
*Sanchez. Layman. Lugo cit. sect. 8. §. 2. Dis-*  
*rùm: Ordinariè & sine justa causa.* Nam qui  
 non urget præceptum confessionis Fidei, nec  
 nes appositæ sunt ad explorandam Fidem, nec  
 riculum gravis scandali imminet, vel subest  
 tum est Catholico, etiam inter hæreticos, qui  
 comedere, non tantum ab intrinseco, puta infir-  
 tatis vel necessitatis causâ; sed etiam ab extrin-  
 utpotè ad occultandam Fidem suam, ob mortem  
 vel aliud grave damnum vel periculum evadentem  
*Communißima.* Talis enim non peccabit contra  
 Præceptum Ecclesiæ, quod in tali necessitate  
 obligat; nec contra Præceptum confessionis Fidei

Quod hic & nunc non urgere supponitur ; & quia  
 esus carniū de se non est protestativus hæresis,  
 sed ad hunc finem, scilicet Fidei professionem,  
 certis diebus interdictus est ab Ecclesia : Et licet  
 hæretici indè colligere soleant, talem, v. g. feriā  
 sextā carnes comedentem, non esse Catholicum,  
 hæc tamen eorum deceptio ob gravem causam,  
 qualem semper supponimus, permitti licitè potest.  
*Ita Sanchez. Azorius. Becanus.* aliisque citatis Laym.  
 l. 2. t. 1. c. 11. n. 5. Monent tamen DD. si Catho-  
 licus sit apud hæreticos in hospitio, apud quos  
 nullum grave periculum, sed solum irrisio & jocus  
 timeri posset, si quis inter eos à carnibus abstineat  
 (idem est de signo Crucis, aliisque exercitiis pro-  
 priis Catholicæ Religionis sub præcepto obligan-  
 tibus) tali causâ abstinendum esse, & Legem Ec-  
 clesiæ servandam. Simile iudicium esto de aliis  
 similibus actionibus, etsi ex se bonis vel indiffer-  
 entibus, tamen ex instituto, consuetudine, vel usū  
 hæresis appropriatis, ut orare in templis hæreti-  
 corum, canere Psalmos Davidicos &c. more hære-  
 ticorum, aliàsve cantilenas hæreticis proprias, præ-  
 fertim contra Religionem Catholicam blasphemias  
 &c. quæ exercere non licet Catholico aliis viden-  
 tibus, vel audientibus, quia eo ipso, quo hæreticis  
 specialiter propriæ sunt factæ, significant hæresin  
 saltem exterius cum periculo detrimento Religio-  
 nis & scandalò.

## COROLLARIUM.

**E**X dictis denique sequitur, eum, qui quoquò  
 modo negavit Fidem cum gravi detrimento

Religionis, vel scandalo, teneri, si potest, & p  
desse videtur, ad revocationem verbo, vel sc  
sub mortali; quia qui causam mali dedit, tene  
eam tollere, quantum potest. Quomodo aut  
abnegans Fidem fiat Infidelis, Hæreticus, Apo  
ta, jam jam videbimes *cap. sequenti.*

### CAPUT III.

#### De Infidelitate, & peccatis contra Fidem.

##### SECTIO I.

#### Infidelitas generatim quid & quomodo duplex?

##### SUMMARIUM.

1. Infidelitas purè negativa est carentia Fidei in homine  
pro tunc non apto habere illam.
2. Infidelitas privativa est carentia Fidei in homine  
habere illam.
3. Dubium in Fide est suspensio mentis inter assensum  
dissensum &c.
4. Deliberatè dubitans dubio positivo, seu positivè judi  
rem esse dubiam vel minus certam, peccat mortaliter  
& accedente pertinacia est formalis hæreticus.
5. Dubitans rerò negativè tantum, suspendendo  
prorsus judicium, esto peccare possit mortaliter contra  
præceptum tunc obligans, non tamen sit hæreticus.
6. Nisi voluntas imperet talem suspensionem ex motivo  
ficultatum oppositarum ab intellectu.
7. Non verò si illam suspensionem imperet ex alio motivo.
8. Quid sit infidelitas positiva, materialis, formalis.
9. Quid Paganismus, seu Gentilismus, & quæ commu  
catio cum eis prohibita?



20. Quid Judæismus: & que communicatio cum eis prohibita?

21. Quid & quotuplex apostasia?

### ASSERTIO I.

**I**nfidelitas generatim dicitur peccatum vel defectus contra Fidem: Et sic latissime sumpta dividitur in negativam, & positivam, vel distinctius, in negativam, privativam, & positivam, Explico breviter.

#### §. I.

*Infidelitas negativa: Ignorantia.*

**I**nfidelitas purè negativa dicitur carentia veræ Fidei in homine pro certo statu non apto habere Fidem ob impotentiam vel ignorantiam, prout est in carentibus usu rationis, pueris & amentibus &c. invincibiliter, vel etiam vincibiliter ignorantibus. Huc ergò spectat ignorantia tam invincibilis, quàm vincibilis credendorum. Ignorantia invincibilis & inculpabilis credendorum, aut est credendorum necessariorum ad salutem necessitate medii, ut unius veri DEI, & in communi sententia Christi, Mediatoris. ac SS. Trinitatis: & ob hunc homo etsi nihil peccet, tamen necessariò damnatur ob defectum medii necessari ad salutem: aut est credendorum necessariorum ad salutem necessitate Præcepti tantum; & hæc à peccato excusat, cum sit omninò involuntaria, nec salutem impedit, cum non tollat medium necessarium ad salutem. E contra ignorantia vincibilis, & culpabilis credendorum necessariorum ad salutem semper peccatum mortale est, simplex  
 G 2 quidem

quidem in plebeis & subditis; duplex verò in  
 storibus, Prælatibus &c. quorum officium est  
 in Fide, & necessariis ad salutem erudire. De  
 inquam: & quia ipse nescit necessaria contra  
 ceptum scientiæ credendorum: & quia sic  
 pabiliter non præstat suum officium contra  
 tiam. Hæc omnia probata & declarata sunt  
*præced. Sect. 1. & 2. per totum.*

## §. II.

*Infidelitas privativa: Incredulitas &c.*

**E**st carentia Fidei actualis in homine ap-  
 here, seu qui posset & deberet habere.  
 Utpote, cui credenda seu Articuli vere  
 sufficienter propositi sunt; etsi positivè non  
 sentiat, vel assentiatur contrario: Et sic dicitur  
 propriè *incredulitas*, ad quam proximè ad  
 dubium in Fide. Incredulitas ergo est negati-  
 luntaria assensûs prædicti præstandi rebus ve-  
 ticulis Fidei sufficienter ad credendum propo-  
 absque contradictorio vel contrario assensu.  
 quidem, si absit pertinacia, simplex peccatum  
 mortale contra præceptum affirmativum exer-  
 di actum internum Fidei in casibus, in quibus  
 ejusmodi præceptum obligat. Ut latè declaratum  
 est *c. præced. Sect. 3. & 4.* Quòd si verò ejusmodi  
 incredulitas conjuncta sit cum pertinacia, in  
 quis nolit assentiri pertinaciter Articulis Fidei  
 cienter ab Ecclesia ad credendum propo-  
 tunc revocatur ad infidelitatem positivam, ut  
 si incredulitas universalis sit, & quoad omnia  
 credenda.

credenda, ad Paganismum; si verò incredulitas particularis sit, & quoad aliqua credenda, pertinet ad hæresim. Aliquo ejusmodi incredulitatis genere (etsi aliqui excusare conentur) peccavit Thomas Apostolus, aliis Discipulis & SS. mulieribus oculatis testibus tam perleveranter attestantibus, & omnino sufficientissimè proponentibus Resurrectionem Christi, tamen noluit credere dicens: *Nisi videro &c. non credam*, Et audivit à Christo: *Noli esse incredulus, sed fidelis.*

## §. III.

*Dubium in Fide*

**E**st suspensio mentis inter assensum & dissensum 3  
 eade re vel Articulo ad credendum sufficienter proposito: adeoque dubius dicendus est omnis, qui propositâ sibi sufficienter Fide, vel Articulo aliquo Fidei, voluntariè & deliberatè suspensus manet, & de ejus veritate in seipso disputans nec illi, nec ejus opposito assentitur; si enim assentitur illi, jam non erit dubius, sed Catholicus: si assentitur oppsito, jam non erit rursus dubius, sed hæreticus.

Hic duæ quæstiones magni momenti resolvendæ sunt. *Prima*: an omnis deliberate in Fide, vel de aliquo Articulo Fidei dubitans peccet? *Secunda*: an etiam sit hæreticus? Ad conciliandas diversissimas DD. sententias, supposita necessaria distinctione dubii positivi & negativi traditâ in materia de conscientia dubia. *Tr. I. c. I. Sect. 4. n. 65.*  
 Respondeo distinctè quatuor dictis.

I. Certissimum est omnem deliberatè dubitan- 4

G 3

tem

tem de quacunque propositione Fidei sufficienter ad credendum propositâ dubio positivo, qui nimirum actu positivo iudicat, res Fidei ab Ecclesia propositas ad credendum dubias esse, incertas & ambiguas, de quibus merito dubitari possit, veræ sint, peccare mortaliter, & accedente pertinacia (*Sequit. sequent. explicandâ*) esse formaliter hæreticum; & hoc solum volunt DD. satis communiter indistinctè affirmantes dubitantem in se de esse hæreticum. Apud Azorium *l. 8. c. 9.* Toletum *l. 4. c. 4.* Laym. *l. 2. tract. 1. c. 13.* Et significatur c. 1. de hæret. *Dubius in Fidei fidelis est, nec ei omninò credendum est.* Ratio Quia quicumque aliquem Articulum Fidei, ab Ecclesia receptum, in dubium revocat, sine dubio peccat contra Fidem, etsi enim non expressè ipsam Fidei veritatem, tamen ejus firmitatem & certitudinem essentialem tollit, & explicitè negat, consequenter accedente pertinacia, formaliter hæreticus & infidelis est: sed hoc facit dubitans liberatè positivè de aliquo Articulo Fidei, ut terminis patet: ergò &c.

- § II. Dubitans liberatè de Fide, vel aliquo Articulo sufficienter proposito, dubiò negativè tantum, qui nimirum disputans intra se de Fide, aliquo ejus Articulo solum voluntariè suspensus manet inter assensum & dissensum, abque omni iudicio positivo de certitudine vel incertitudine rei, etsi possit peccare mortaliter contra præceptum affirmativum Fidei, nimirum assentiendi *in interno*, rebus Fidei, sufficienter propositis

obligans, eum tamen non fore hæreticum, post alios expressè docej Filiucius *tom. 2. tract. 22. c. 6. q. 7.* Et hoc ipsum volunt alii DD. communiter cum Sanchez. *lib. 2. c. 7. n. 12.* indistinctè asserentes dubitatem in Fide non esse hæreticum. *Et Ratio clara est:* quia hæresis est error positivus, seu assensus falsus & pertinax contra Fidem vel veritatem revelatam: sed solùm negativè dubitans in Fide nullum habet errorem positivum, vel assensum & dissensum suspensus manet: ergò non est hæreticus, consequentur talis dubius, etsi hoc dubium suum exterius proferat, non incurrit hæresin externam, ejusque excommunicationem, sed dicere potest cum D. Augustino: *Errare possum, hæreticus non ero.* Advertunt tamen DD. periculum subesse, ne talis negativè dubitans & voluntariè suspensus manens de re Fidei, acquirat dubium positivum & pertinax, & sic concomitanter fiat hæreticus pertinax. Certè res est delicata & plena subtilis periculi, & mihi quoad hoc ipsum dubium negativum omninò placet necessaria alia distinctio, quam affert Cardinal. de Lugo *De Fide disp. 17. Sect. 5. & disp. 20. Sect. 1. n. 15.* Cum quo ulteriùs dico:

III. Etiam dubium negativum formaliter continet malitiam hæresis, vel infidelitatis, quando voluntas imperat suspensionem assensus in intellectu ex motivo difficultatum oppositarum ab intellectu, etiam per solam apprehensionem oppositarum absque judicio, quasi absterrita & veritatis periculum deceptionis vel falsitatis: eo ipso enim

voluntas implicite & virtualiter approbatæ contra  
motiva contra Fidem, quæ non deberet approbare, & suspensio sic subsecuta in intellectu  
voluntate denominatur mala verâ malitiâ hæresis  
vel infidelitatis, accedente nimirum pertinacia  
quâ quis nolit auctoritate Ecclesiæ induci ad assen-  
sum resolutum illius Articuli.

7 IV. Quando verò voluntas imperat suspen-  
nem assensûs in intellectu, non ex motivo  
modi difficultatum oppositarum, sed propter  
causam, puta, quia vult modò aliis intendere  
quia non vult in re tanta modò fatigare caput  
vult melius inquirere motiva commodius, &c.  
vius assentiendi &c. certè neque hæresis, neque  
ullum peccatum erit. Excepto casu, quo tunc  
geret præceptum affirmativum assentiendi  
Fidei sufficienter propositis, quibus aliquis  
quam assensum præbuisse: semper enim lo-  
mur de rebus Fidei sufficienter propositis  
infra explicando magis, nam quamdiu res vel  
articuli Fidei sufficienter propositi non sunt,  
tunc nemo teneatur assentiri, de iis tam positivè  
quam negativè dubitare fas est.

## §. IV.

*Infidelitas positiva: Paganismus, Judaismus, Hæresis.*

3 **I**nfidelitas positiva est error vel assensus  
contrarius, vel contradictorius veritati  
dei in iis, quæ Divina Fide credenda sunt:  
potest cum quis positive assentitur contrario,

contradictorio alicujus Articuli, vel propositionis à DEO revelatæ, & Divina Fide credendæ. v. g. non dari purgatorium, Christum non esse in Eucharistica. Dividitur in materialem, & formalem. Infidelitas materialis dicitur, quando quis ex sola ignorantia infallibilis veritatis assentitur alicui contrario veræ Fidei. Formalis verò dicitur, quando quis vel ignorantia culpabili & crassa, vel etiam cum sufficiente noticia veritatis, adeoque cum pertinacia assentitur contrario veræ Fidei, ut latius patibit infra in declaratione hæresis.

Infidelitatis positivæ ac formalis communitates à DD. cum D. Thoma 2. 2. q. 10. a. 5. numerantur tres species. *Paganismus*, *Judaismus*, *Hæresis*, scilicet penes diversos modos contrariandi, vel contradicendi veræ Christianæ Fidei. Infidelitas enim: aut contradicit veræ Christianæ Fidei totaliter, & nunquam ullo modo receptæ, & tunc est *Paganismus*, vel *Gentilismus*: quò etiam spectat *Turcismus*, ut supra insinuatum est: aut contradicit veræ Christianæ Fidei etiam totaliter, sed aliquando susceptæ in figura & typo veritatis, non in ipsa veritate expressè revelatæ; & tunc est *Judaismus*: aut denique contradicit veræ Christianæ Fidei in veritate susceptæ, non tamen totaliter, sed particulariter quoad aliquos Articulos; & tunc est hæresis, vel apostasia. Duo priora, cum vix ad praxin faciant in his partibus, strictim hinc tangam.

G 5

Paga-

*Paganismus.*

**E** *St infidelitas ante susceptam Fidem, vel Fidei universaliter contradicens.* Et sic Paganis, maxime Turcæ, in propositionibus materialibus quibusdam credendis cum Christianis conveniant, v.g. Unum esse Deum, esse futurum Judicium &c. non tamen conveniunt in ulla propositione formali Fidei, quatenus scilicet veritas nitens revelata est, sed solum quatenus proprie à suo Mahomete &c. quo differt Paganismus à Judaismo & hæresi. Quoad communicationem cum Paganis breviter habendæ sunt sequentes regulæ.

I. Jure Divino positivo & Ecclesiastico prohibetur fidei communicare cum infidelibus seu paganis, in re quacunque Religionis, ut doctrinis, ritibus sacris, cæremoniis ethnicis sub peccato mortali. 2. Corinth. 6. *Nolite jungi ad communicandum cum Gentibus.* Ratio est; quia talis communicatio præteritativè abnegat Fidem signo, vel facto simulando Paganismum, juxta suprâ generatim dicta.

II. Jure Divino & Ecclesiastico, & ceteris semper prohibetur inire connubium cum infidelibus Fidei, quia Sacramentum esset invalidum ob impedimentum dirimens disparitatem cultûs.

III. Communicare cum infidelibus in actibus civilibus quibuscunque, cessante periculo subversionis, nullo jure prohibetur cum infidelibus, sed cum infidelibus fidei.



## Judaismus.

**E**st infidelitas post susceptam veram Fidem in 10  
 figuris & signis eidem veritati clarè revelata  
 etiam universaliter contradicens. Quoad com-  
 municationem Fidelium cum Judæis tres similiter  
 sint Regulae.

I. Communicatio in Sacris v. g. circumcisio-  
 ne, seu agni paschalis, interdicta Fideli sub gra-  
 vissimo peccato mortali, ob eandem rationem  
 supra.

II. Nulla lege, vel privilegio concessum est  
 Fideli inire matrimonium cum persona Judæa,  
 in Judaica perfidia permanente, etiam sub spe  
 conversionis illius, quia similiter esset sacrilegi-  
 um, & Sacramentum nullum, ob idem impedi-  
 mentum *culius disparitatis*.

III. Omnis conversatio, commercium, con-  
 victus, famulatus Fidelis cum Judæis inducens  
 vel modicum periculum subversionis in Fide, vel  
 moribus, sub peccato mortali vitanda sunt Fideli.  
*Ratio:* Quia periculum, quod reverà est modi-  
 cum in conversatione ordinaria Fidelis cum alte-  
 rius Sectæ hominibus, grave est in conversatione  
 cum Judæis ob eorum perversitatem, perfidiam,  
 invidiam, ac innatum quasi odium contra Chri-  
 stianos, & ipsum nomen Christi. Unde tot Le-  
 ges Ecclesiasticæ & civiles prohibentes omne com-  
 mercium Fidelium cum Judæis: *Ne* (ut ait S.  
 Ignatium Mart. Epist. ad Philipp.) *fieri videamur*  
*participes & socii eorum, qui Dominum occide-*  
*vunt, & Apostolos ejus.* Et Concil. Basileense  
 Sess.

*Sess. 19.* ob id præcipit, ut cognantur Judæi  
 stinctum habitum ferre, & in locis separatis  
 tare. Similia alibi. Et pro putor! melius  
 hodie observantur ab hæreticis, quam à Catho-  
 cis. Denique licet ex dissimulatione Ecclesi-  
 Magistratum hodie commercia cum Judæis  
 mittantur Fidelibus, certissimum tamen est  
 ges illas in vigore manere, & sub mortali ob-  
 re, ubicunque subest vel modicum pericu-  
 subversionis, vel scandali in Fide & moribus  
 rationem datam.

*Hæresis.*

De hæc seorsim *Seçt. sequenti nota.*

*Apostasia.*

**II** *L* Atinè idem ac *discessio*, vel *defectio*: qui  
 plex communiter assignatur à DD. à  
 gione: à Sacro Ordine: ab Obedientia: & co-  
 um gravissima, à Fide.

Apostasia, à Religione definitur: *Criminosa*  
 & *mortifera*, *discessio à Religiosi Ordinis in-*  
*sine animo revertendi*. Apostasia, à Sacro Or-  
 cum quis à statu Clericari, quem in manu Ep-  
 pi edito continentia voto assumpserat, ad  
 Matrimonii, & laicæ conversationis prop-  
 etoritate se transfert. Apostasia ab obedien-  
 alia est particularis, cum quis justis præceptis  
 periorum suorum se opponit: alia universa  
 cum quis ab obedientia Summi Pontificis &  
 clesie universalis se subtrahit, & dicitur præ-  
 nomine *Schisma*, de quo alibi. Verùm hæc  
 nia non sunt hujus loci.

Apostasia à Fide, est discessio à vera fide in Bap-  
 tismo assumpta explicitè professà. Unde Pagani,  
 Judæi; ac etiam Hæretici ab infantia semper hæ-  
 resin professi, non sunt Apostatæ, sed ille tantum,  
 qui baptizati Fidem veram Catholicam semel pro-  
 fessi sunt; & postea ab illa discesserunt. Dupli-  
 citer autem considerari potest apostasia à Fide. I.  
 Secundum terminum à quo, seu quatenus est di-  
 scessus à vera Fide, & sic essentialiter non differt  
 ab hæresi, sed solum accidentaliter tanquam ma-  
 jus à minore, extensus à minus extenso; nam  
 apostata simpliciter dicitur, qui Christum & Fi-  
 dem Christianam, quam susceperat, penitus ab-  
 negat: hæreticus autem non omnino negat totam  
 Fidem, sed solum quoad aliquos Articulos. Un-  
 de omnes poenæ in Jure in hæreticos decretæ etiam  
 incurruntur ab apostatis, & insuper plures, ut  
 docet Canonistæ in c. 1. De Apostatis: & Theo-  
 logi communiter. II. Apostasia considerari po-  
 test secundum terminum ad quem; ad quamnam  
 scilicet Sectam se transferat Apostata à Fide tota,  
 utpotè ad Judaismum, vel Paganismum, vel omni-  
 modum Atheismum: ad quas species infidelitatis  
 respectivè pertinebit apostasia, utique in confes-  
 sione respicientis necessariò explicanda. Quòd si  
 apostata à Fide Catholica transferat se solum ad  
 aliquam Sectam hæredicam, Lutheranam &c. erit  
 solum Apostasia à Fide particulari, & idem una-  
 mero peccatum cum hæresi assumpta. Iterum ta-  
 men in confessione explicanda erit circumstantia  
 discessionis à Fide vera aliquando professà: eam  
 id

110 *Tract. II. In 1. Præcept. Decal. Cap. II.*  
id valdè augeat malitiam hæresis, saltem in  
muni & tutiori sententia.

## SECTIO II.

*Hæresis materialis, & formalis cum  
Excommunicatione, & pœnis.*

### SUMMARIUM.

12. *Differentia inter ignorantem, errantem, & hæreticum.*
13. *Quid sit hæresis generatim?*
14. *Quid sit hæresis materialis? in ea triplex est gradus  
seu triplici modo potest quis esse hæreticus materialiter.*
15. *Hæresis formalis quid? constituitur formaliter  
materialiter per pertinaciam.*
16. *Quando quis dicatur hæreticus pertinax.*
17. *Pertinacia triplex gradus ex parte personæ.*
18. *Pertinacia triplex gradus ex parte objecti.*
19. *Tres resolutiones corollariæ.*
20. *Hæresis formalis est peccatum gravissimum, gravissimum  
in Christianismo, & Judaismo.*
21. *Ut quis incurrat excommunicationem in hæresis  
hæresin latam, debet esse 1. hæreticus formaliter  
(liter in hoc examinandus)*
22. *2. Internus, & externus simul.*
23. *Scilicet hæresin internam voce vel actione manifestans  
mala exterius distinctè ac assertivè manifestans.*
24. *Quando, seu quibus casibus fiat, vel non fiat hæresis  
formalis, & excommunicationem incurrat  
non incurrat?*
25. *Recensentur aliæ pœnæ huic excommunicationi  
nexæ.*

12 **N**Ota in materia Fidei multum differre  
ignorantem, errantem, & hæreticum.  
Ignorans in materia Fidei dicitur, qui ex mera  
ignorantia veritatis assentitur errori alicui seu proprio

Seft. II. De hærefi materiali & formali. III

ioni erroneæ contra Fidem absque eo, quod ratione aliqua vel argumento moveatur; & non assensurus, si veritas ei constaret, vel proponeretur. Cujusmodi sunt innumeri, etiam inter Catholicos. Hi planè neque hæretici dici possunt, neque errantes propriè, cum non formali & positivo erroris motivo, sed merâ ignorantia rei ducantur. *Errans* propriè dicitur, qui alicui errori seu propositioni erroneæ contra Fidem assentitur, & adhæret ob rationes quasdam sibi apparentes, cum imaginatione veritatis, vel etiam pietatis, paratus tamen corrigi, si ei veritas proponeretur: ac proinde neque hi hæretici sunt formaliter, defectu pertinaciæ. De his utrisque eleganter D. Augustinus Epist. 162. *Quis nescit illo tempore. (Arianorum) obscuris verbis multos pauci sensu fuisse deceptos &c.* Et *Qui sententiam suam quamvis falsam atque peruersam pertinaci, animositate defendunt, præsertim quam non audacia sua presumptionis pepererunt; sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt: Querunt autem contra sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum inveniunt, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.* Hæc D. Aug. Hæreticus denique propriè dicitur homo baptizatus Christiani nominis errori alicui contra veram Fidem voluntariè & pertinaciter adhærens, ac correctionem excludens, ut mox latius. Et hinc communissima definitio est hæresis in materialem & formalem.

ASSER-

## ASSERTIO II.

**H**æresis materialis est hominis baptizati, *Fidem professi erroneus assensus contra quam veritatem Fidei ex sola ignorantia, errore proveniens, absque pertinacia voluntatis persistendi.* Hæresis formalis verò, est hominis baptizati, ac Christianam Fidem professi voluntarius, ac pertinax contra aliquam veritatem Fidei: Peccatum mortale gravissimum vius Paganismo, & Judaismo. Communis Theologorum.

Jam advertisti in utraque definitione, nus, in quo conveniunt hæresis materialis & malis; simul ac differentiam utriusque. plico.

## §. I.

*Hæresis generativa.*

131. **E**st hominis baptizati. Hinc excluduntur Paganismus ac Judaismus hominum baptizatorum, ac Fidem Christi nunquam fessorum.

II. *Ac Christianam Fidem professi.* Excluduntur etiam baptizati; ac Christi Fidem nunquam amplexi, vel professi, utpote post baptismum in infantia susceptum, deinde educati semper infideles, Turcas, Judæos. At quid de Catholicis; qui ante Baptismum susceptum Fidem Christianam amplexi & professi sunt, & errori alieni contra Fidem pertinaciter assentiuntur? Eos hæreticos affirmant multi. Plures negant; sed lis est de nomine.

Hi enim etsi in conscientia & fide DE I contra-  
hant peccatum hæresis contra susceptam veram  
Fidem Christi, in foro tamen Ecclesiæ, & in or-  
dine ad censuras ac pœnas Ecclesiasticas propriè  
hæretici non sunt; hæreticus enim propriè dici-  
tur, qui ab Ecclesia, cujus membrum erat, con-  
traria in Fide sentiendo se segregat; ut propterea  
subjectus sit pœnis Ecclesiæ. Catechumenus, au-  
tem ante Baptismum licet per Fidem susceptam  
inchoativè membrum Ecclesiæ factus sit, non  
tamen formaliter & completè, cum Fidem in  
Baptismo solemniter professus non sit (est enim  
Ecclesia Christi congregatio hominum Fidem  
Christi solemniter professorum) consequenter  
nondum subjacet censuris, vel pœnis Ecclesiæ.

III. *Contra aliquam veritatem Fidei*, seu ve-  
ritati Fidei ex parte repugnans. Nam error con-  
tra totam Fidem Christianam non hæresis, sed  
Paganismus vel Judaismus erit, aut apostasia ad  
illos, aut denique Atheismus perfectus.

IV. *Erroneus assensus*: seu error positivus,  
nimirum assensus intellectus contrarius, vel con-  
tradictorius veritati fidei. Excluditur omnis in-  
fidelitas negativa tantum ignorantia, incredulitas,  
dubium negativum, modo tamen explicato. *Seçt.*  
*præced.* Quæ licet peccata sint contra præceptum  
affirmativum Fidei de sciendis & credendis Arti-  
culis Fidei, quia tamen Fidei veræ positivè non  
contrariantur, vel contradicunt; hæresis esse non  
possunt. Excluditur quoque hæresis, vel infidelitas  
positiva externa tantum, quâ quis intus in animo

veram Fidem retinens absque assensu in confessione  
 um, solum exterius verbo, signo vel factore assensum  
 Fidem negat, & falsam Sectam provitetur. Hæresis  
 enim quis interius assentiat & iudicet, vel  
 Christum non esse in Eucharistia: etsi vero qui per  
 facto exterius ita significet, v. g. non genitiam  
 etendo, non caput aperiendo, & consequens sunt:  
 mortaliter peccet contra præceptum negantur.  
 non negandi Fidem contra virtutem Religionis  
 hæreticus tamen simpliciter non est: etsi replican  
 sumptivè talis censi possit in foro Ecclesiæ legem  
 infra de excommunicatione hæreticorum in res ri  
 bitur. Atque in his terminis velut genere hæreticis  
 potius materiali conveniunt hæresis *materialis* & *duca*  
*formalis*; & si in his terminis sistetur, & de &  
 accedat pertinacia voluntaris re ipsa erit hæresis  
*materialis*. Itaque

## §. II.

*Hæresis materialis*

44 **E**st ejusmodi erroneus assensus contra aliquam  
 Fidei veritatem ex sola ignorantia, & potissimum  
 rone proveniens absque pertinacia voluntaria, & for  
 eo persistendi, contra auctoritatem Ecclesiæ. Et quos r  
 ignorantia illa, vel error potest esse aut incultus  
 lis, aut culpabilis & vincibilis, eaque vel hæresis  
 vel lata, crassa, supina, vel denique etiam affectiva  
 & directè voluntaria. Ideò triplicis gradus hæresis  
 qui possunt hæretici materiales.

*Primi gradus* hæretici materiales sunt Catholicis  
 stiani, sive aliâs illam veram Fidem Catholicam



in confite sectam falsam & hæreticam professi, qui  
factore assentiuntur alicui errori contra veritatem Fidei  
retur lex invincibili omninò & inculpabili ignorantia,  
licet vel errore, adeoque absque omni pertinacia:  
si vero qui proinde non tantum à crimine hæresis, sed  
non generatim ab omni peccato contra Fidem immunes  
consequuntur: & nisi aliunde deficient, salutem non exci-  
negant. Tales sunt plurimi, maximè rudiores,  
Religionem tantum inter Catholicos, præsertim in ex-  
: etiam applicandis rebus Fidei sub recordibus Pastoribus  
ecclesiæ legentes, sed etiam inter hæreticos: nam om-  
orum hæreses ritè baptizati, sive à Catholicis, sive ab hæ-  
enere hæreticis, postea verò inter hæreticos vel infideles  
materialiter educati & continuò conservati, ubi de vera Fi-  
, & de Religione Catholica, aut omninò nihil au-  
erit hæretici, aut audiunt solum confutando, irriden-  
do, blasphemando referri, aut non audiunt, nisi  
absurda & infanda, ut Papam esse Antichristum,  
bestiam, idolum, ut Deum adorari, adeoque ve-  
ra invincibili ignorantia veræ Fidei Catholicæ la-  
porant. Hi sanè retinent habitum Fidei in Ba-  
ptismo infusum, qui non nisi per actum infidelita-  
tis formalis amittitur: Deinde eas Fidei veritates,  
quos nobiscum communes habent, unde de SS.  
Trinitate; Verbi Incarnatione, aliisque mysteriis  
Symboli, Fidei divina & supernaturali credunt.  
Certè nisi aliunde peccent, à salute excludi mini-  
mè possunt. Lege *D. August.* supra cit. Epist.  
*relata c. 126. dixit Apostolus 24. q. 3.*

*Secundi gradus* hæretici materiales sunt Ca-  
tholici illi, qui scilicet Fidem Catholicam Ro-  
manam

manam profitentur, atque Catholicæ Ecclesiæ  
fallibilem Authoritatem in rebus Fidei propo-  
dis agnoscunt, & tamen ex ignorantia vincunt  
& culpabili, etiam quantumvis crassas, lata,  
na, opinionem aliquam contra Fidem veram  
nent, eo ipso tamen, quo universaliter veram  
dem profitentur, & Catholicæ Ecclesiæ Aucto-  
ritatem in rebus Fidei agnoscunt, non pertinaces  
sed parati se corrigere, si contra Ecclesiæ  
& definitionem esse sciant. Hi nimirum  
culpabilem & crassam ignorantiam voluntarie  
rantes in rebus Fidei mortaliter peccent  
virtutem Fidei, quia tamen pertinaces non  
hæretici tormales non sunt, neque ex com-  
municationes & pœnas hæreticorum incurrunt.  
presè. *D. August. Epist. 162. Turrecremata  
nus Alphonsus a Castro: alii que congestis  
lib. 2. c. 7. n. 20. Vasq. 1. 2. disp. 1. 26. c. 2. Lay  
lib. 2. traët. 1. c. 13. n. 2.* Ratio mox infra dabitur.

*Tertii gradus hæretici materiales esse possunt  
iisdem Catholicis contra aliquam Fidei veritatem  
errantes ex ignorantia etiam affectata, non  
pertinaciter contra Authoritatem Ecclesiæ  
solum ob tædium discendi, metum scrupulorum  
vel similem causam. Addit Lugo de Fide  
20. sect. 6. n. 190. & seq. etiam ac liberius etiam  
in Fide: etiam non sine aliquo maligno in-  
fiam vel Pontificem affectu, secluso tamen  
temptu Ecclesiæ quoad Auctoritatem, nimirum  
adhuc parati se corrigere; fide contraria, mea  
propositione Ecclesiæ constaret. Sis non erit*

resis formalis, sed peccatum infidelitatis negativæ contra primum Fidei præceptum affirmativum de scientia credendorum necessariorum ad salutem.

*Ratio omnium est:* quia quamdiu aliquis erga Catholicam Ecclesiam rectè affectus est agnoscens ejus infallibilem Authoritatem res Fidei proponendi, & paratus ab ea corrigi, tamdiu se non opponit pertinaciter Ecclesiæ, aut ab ea se separat, consequenter formalis hæreticus non est: Sed qui ex ignorantia culpabili crassa, vel etiam affectata ob dilcendi tædium, vel similem causam tenet errorem aliquem contra Fidem; v.g. non esse purgatorium, vel infernum ante extremum Judicium, eum utique derelicturus, si intelligat Catholicæ Ecclesiæ repugnantem esse, talis adhuc Catholicæ Ecclesiæ rectè affectus est; consequenter nec pertinax, rebellis, nec hæreticus est. Esset autem, si ignorantia esset affectata sic, ut novet veritatem inquirere, quia auctoritatem Ecclesiæ minoris æstimat, contemnit, liberè in rebus Fidei errare vult, ut de se patet. Quandocunq; ergo ignorantia affectata est ex maligno in Ecclesiam affectu, & contemptu Ecclesiæ quoad Authoritatem, ex falsa nimirum opinione de Authoritate ejus fallibili in proponendis rebus Fidei, atque ita ad liberiùs errandum, ut ita mente affectus, sit ut, etiamsi constaret de mente Ecclesiæ contraria, tamen nollet à sua opinione erronea recedere, tunc sine dubio erit hæresis formalis & positiva infidelitas, etiamsi talis ignorans alioquin Fidem

H ;

Ca-

Catholicam profiteretur: unde eos, qui cum affectatu, vel crassa ignorantia Fidem vel falsam profitentur esse veros formales hæreticos, mox dicam inferius. Ita cum alii *Lugo* citatim sic explicans *Sanchez*, *Vasquez*, & alios communiter indistinctè asserentes esse hæreticam, quando ignorantia affectata est ex proprio in Ecclesiam affectu, vel ad liberius credendum in Fide.

## §. III.

*Hæresis formalis.*

**E**st ejusmodi hominis baptizati & Christiani Fidem professi contra aliquam Fidem tatem assensus erroneus, vel error voluntarius pertinax. Hic exprimitur ratio formalis constitutiva hæresis & hæretici formalis, & cluduntur omnes hæretici materiales tantummodo supra assignati.

Debet ergò hæresis formalis esse error voluntarius non tantum voluntario communi, quod ne peccatum debet esse voluntarium, sed voluntario aliquo speciali & pertinaci oppositi Fidei: nam sicut ad Fidem requiritur pius voluntatis inclinantis intellectum ad assentiendum veritati Fidei obscurè revelatæ; ita ad hæresim formalem requiritur prava affectio voluntatis assentiendum contrario, vel contradictorio, & pertinaciter contra Authoritatem Ecclesiæ proponentis talem veritatem: in qua pertinacitate consistit ratio formalis constitutiva hæresis formalis, & differentia essentialis ab hæresi

materiali tantum & cum sit tres gravissimi momenti, accuratus explicanda est ea,

*Pertinacia.*

**P**ertinax hæreticus dicitur, cum quis sciens suam sententiam vel Sectam esse contra Ecclesiæ Catholicæ Definitionem, nihilominus eam retinet, nimè paratus corrigi ab Ecclesiæ Autoritate, nisi forte evidenti ratione convictus, quacunq; te causa id faciat, sive ex contemptu & odio Ecclesiæ, sive ex superbia, vel contradicendi libidine; sive ex alio respectu vel affectu quocunq;: talis enim putat iudicium Ecclesiæ non esse sufficiens motivum credendi, suamque opinionem Ecclesiæ universalis Autoritati præfert, quæ est verissima pertinacia. Ita DD. communiter cum Layman. cit. lib. 2. tract. 1. cap. 13. Seu ut cum aliis brevius explicat. Coninch. hic disp. 18. dub. 7. à n. 78. quando quis etsiam si ei veritas Fidei sufficienter & credibiliter proponatur, ita ut de ea prudenter dubitare non possit, contrarium tamen iudicat, à quo nollet avelli quavis auctoritate, nisi evidenter convictus.

Unde valdè hic notandum 1. Ad pertinaciam hæresis minimè requiritur mota temporis, cum instanti fieri possit talis voluntarius & pertinax assensus contra Autoritatem & propositionem Ecclesiæ. 2. Nec requiritur, ut quis talem sententiam erroneam mordicus teneat contra factum admonitionem ab Ecclesia in foro conscientiæ, in ordine ad peccatum hæresis & excommunicationis poenam incurrendam; licèt id requiratur in foro

externo, & in ordine ad externas pœnas afflic-  
 das, ut notat communis *DD.* sententia *Valentia*, aliisque cit. Lugo eadem *disp.* 2. *se-*  
*n.* 157. 3. Neque requiritur ad pertinaciam haereticis,  
 ut quis cognoscat oppositum suæ sententiae  
 esse verum, aut proponi ab Ecclesia infallibilis  
 Authoritatem in rebus Fidei proponentis haereticis  
 te; id enim ordinariè non agnoscunt hæretici:  
 impossibile est tenere actu contrarium simul  
 mel, si quis actu agnosceret oppositum et  
 rum, aut ut verum propositum ab Ecclesia  
 libilem Authoritatem habente, ut cum aliis  
 Lugo *cit.* n. 165. sed sufficit, quod alicui  
 sita veritas & Ecclesiae infallibilis Authoritas  
 cienter proposita vera sit, ita ut de ea ampli-  
 tionabiliter dubitare non possit, juxta dicta  
*sect.* 3. §. 2. Unde ulterius 4. Pertinacia haereticorum  
 immediatè, directè & explicitè non est contra  
 ritatem, aut veracitatem DEI, nunquam enim  
 lunt agnoscere vel fateri hæretici se agere vel  
 re contra veritatem revelatam, verbum, aut  
 veracitatem Dei, quin potius contendunt suos  
 res esse veritates revelatas à Deo per ipsum pu-  
 putum verbum Dei; sed immediatè & directè  
 pertinacia est contra Authoritatem & propo-  
 nem Ecclesiae, quam possent & deberent ag-  
 scere, tamen agnoscere pertinaciter nolunt,  
 tamen quia revera Ecclesia Catholica defacto  
 fallibiliter sufficienter proponit veritates reve-  
 à Deo prima Veritate, quod ipsi possent & de-  
 rent agnoscere; eo ipso tunc pertinaciter repug-



lica Ecclesiæ, idè tamen errores suos nesciunt, quia veræ Fidei argumenta & rationes dubilitatis cognoscere culpabiliter omittunt, contemnunt, neque Ecclesiæ Catholicæ in Eidei proponendis infallibilem Authoritatem noscere volunt, siue deinde agatur in genere tota Religione, siue in particulari de hoc vel illi titulo Fidei. Hi sunt & manent verè hæreticæ males, ac hæreticorum pœnis subjecti: qui ipso, quo Sectam contradicentem Ecclesiæ Catholicæ palam profiteri pergunt, & in sua culpa crassa vel affectata ignorantia verum inquirere cognoscere culpabiliter omittunt, veræ Ecclesiæ se pertinaciter opponunt, & formales hæretici sunt. Communis DD. quos generatim loquitur rectè explicat Layman *cit. c. 12. n. 3. & c. 14.* disertè docet D. August. lib. 4. de Bapt. contra Donatum c. 16. inquit; *Constituamus duobus modis: unum eorum sentire id de Christo, v. g. Photinus opinatus est, & in ejus hæresi baptizari extra Ecclesiæ Catholicæ communionem. Alii verò hoc idem sentire, sed in Ecclesiæ Catholicæ baptizari, existimantem ipsam esse Catholicam: istum nondum hæreticum dico nisi manifestè sibi doctrinam Catholicam Fidei resistere maluerit, & illud, quod terebat, elegerit; Quod antequam fiat, manifestum est, illum qui foris baptizatus est, priorem. Itaque in hoc sola falsa opinio; in illa verè etiam ipsa divisio corrigenda est: Sed in nostro ipsorum Sacramenti veritas repetenda.* Hæc S. Doctor.



Secundus, isque communis gradus hæresis formalis ac pertinacis est sentire contra Authoritatem & Definitionem Ecclesiæ, *veritate sufficienter proposita*, at nunquam adhuc agnita: tales sunt communiter hæretici in nostris partibus, saltem prudentiores & rerum periti. Habet enim Ecclesia Catholica pro se tot & tanta motiva, ut ejus notitia se ingerat etiam nolentibus, ut volentes nolentes sæpè farentur hæretici suam fidem esse quidem meliorem in vita, at nostram meliorem in morte; quare in mortis articulo eam facillè amplectuntur, re ipsa comprobantes se non veritatis studio, sed alio terreno affectu vel respectu duci ad hæresin amplectendam. Tales ergò quamvis sciant opinionones suas esse contra Authoritatem Ecclesiæ sibi sufficienter propositam, tamen velut oculis clausis avertentem intellectum ad sua motiva contraria, Ecclesiæ judicio stare nolunt, quòd eam, ejusque in rebus Fidei proponendis infallibilem Authoritatem agnoscere nolint, sed sua sapientia & rationibus nixi, sententias suas Catholice Ecclesiæ Definitionibus præferre audent, simulantes se velle corrigi, cum tamen re ipsa corrigi nec velint, nec possint, quamdiù Judicem superiorem in Fidei rebus agnoscere, & Ecclesiæ sensui & definitioni stare nolunt. De quibus S. Augusti. lib. de utilitate credend. c. 18. dicit: *Nimis amando sententiam suam, & invidendo melioribus, usque ad hæresis sacrilegium pervenire diabolica presumpcio est.*

Tertius gradus supremus ac pessimus, non tamen

men

men adeò communis, hæresis formalis ac nacis est sentire contra Authoritatem & pro- tionem Ecclesiæ, etiam *veritate jam agnita* te eorum, qui sciunt etiam convincibiliter ex- pruræ rationibus, & alijs motivis suam senten- esse falsam. sententiam verò Ecclesiæ veram hilominus odio Ecclesiæ vel Papæ, superbi- malitiâ excæcati, contra propriam scientiam conscientiam suam contrariam docete & conantur. Tales fuerunt Hæresiarchæ Lutherus Calvinus &c. & modò ferè sunt ministri hæ- qui licet quotidie in Scripturis versentur, & ptura, maximè accedente ratione, & SS. PP. & tiquæ Ecclesiæ universalis consensu eos con- cat, suâ tamen malitiâ Scripturâs contorquent, vas falsasque interpretationes comminiscunt, sive ut docti appareant, sive ut populum sub- vinciant. Hos meritò principaliter hæreticos finit S. August. l. c. *Hæreticus est, ut mea fertur sententia, qui alicujus temporalis commodi, & maiori glorie, principatusq; sui gratiâ novas & falsas sententias gignit, vel sequitur, sciens utique, esse falsas.*

Dices: Si veritas Catholica ipsis sufficienter proposita sit, & maximè etiam cognita, quomodo possunt dissentire? & si sciunt suas opiniones falsas, quomodo possunt iis assentiri? Respondetur, quia facta quacunque positione, etiam agnitione veritatis, & suæ falsitatis, ob- nata tamen voluntate ex causis indicatis, im- etum mox avertunt à consideratione motivorum veritatis, ac velut eorum oblitæ, motivis lucis

errorum toti incumbentes manent æquè ac magis obstinati in suis erroribus. Certum autem est, dum actu agnoscunt veritatem Catholicæ Ecclesiæ, & falsitatem suæ fidei, non posse tunc simul & semel aut veritati dissentire aut falsitati assentiri, quousque præfato modo intellectum à motivis veritatis avertant, & ad contraria motiva tota vi convertant. Quæ benè nota.

Aliter ex parte objecti crediti triplex potest assignari gradus hæreticorum formalium ac pertinacium. *Primus* est eorum, qui sentiunt contra veritatem aliquam, quam defacto sciunt ad Ecclesiam esse definitam, & ad credendum propositam, & oppositum esse damnatum, præfato modo agnoscere nolunt. *Secundus* est eorum, qui etiam ante definitionem Ecclesiæ adeò firmiter & tenaciter adhærent alicui opinioni suæ, ut positivè concludant, quòd etsi Ecclesia contrarium definiret, tamen acquiescere nollent: hoc ipso pertinaces contra Ecclesiam, & hæretici, etsi non contra veritatem illius Articuli v. g. Beatissimam Virginem esse non vel esse immaculatè conceptam, qui potest esse verus, tamen contra Articulum universalem, nimirum Ecclesiæ Authoritatem in rebus Fidei proponendis esse infallibilem. Tales etiam esse possunt inter Catholicos, v. g. in disputatione de dicta immaculatâ Conceptione Beatissimæ Virginis. *Tertius* est eorum, qui erroneè credentes aliquam sententiam esse de Fide definitam oppositam tamen tueri volunt: hi sunt formaliter hæretici, quod nimis sufficit, & non materialiter, cum re-

vera res non sit de fide, & definita ut error  
putant. Denique de pertinacia ad hæresin re-  
fita universaliter loquitur D. August. *Sapientia*  
Epist. 162. *Qui in Ecclesia Christi moribus*  
*aliquid pravumque sentiunt, si correcti, ut*  
*rectumque sapiant, resistant contumaciter, sicut*  
*pestifera, & mortifera dogmata emendare non*  
*sed defendere persistent, hæretici sunt.*

## COROLLARIUM.

19 **E**X dictis patet solutio unius, & alterius  
questionis hic proponi solitæ. *Prima:* An  
gans propositionem, vel conclusionem Theo-  
gicam, scilicet ex una præmissa de Fide  
altera lumine naturali nota deductam v.g.  
conclusionem hujus Syllogismi. *Omnis homo*  
*rationalis: Christus est homo: ergo Christus*  
*rationalis.* Hanc, inquam, conclusionem negat  
an ideò sit hæreticus? *Affirmat Canus, Valerius*  
*supra q. 11. n. 1.* At rectius negant alii  
communiter cum *Layman cit. cap. 13. num. 7.*  
ratio est: quia talis vel agnoscit veritatem  
missarum, & bonitatem illationis, aut non  
agnoscit? Si cognoscit, non potest negare con-  
clusionem: si non cognoscit, non est ei sufficiens  
proposita conclusio, consequentur eam negare  
non potest dici hæreticus, nisi ita pertinaciter  
negaret, ut facta quacunq; propositione etiam  
Ecclesiam universalem, nollet tamen admittere.  
*Secunda questio.* An revelationi divina  
privatim factæ aliquis pertinaciter dissentiens  
hæreticus? *Negant* aliqui apud Sanchez lib. 1. c. 1. n. 1.

moral. c. 7. n. 13. Ipse verò cum aliis affirmat  
 indistinçtè. Sed placet respondere distinçtè cum  
 Layman cit. lib. 2. c. 13. n. 6. talem verè forma-  
 liter & positivè esse infidelem; nam sicut omnis  
 ille, qui ob Authoritatem Dei revelantis tanquam  
 unum formale credendi motivum, veritatem  
 aliquam prudenter & piè credit, verè fidelis est,  
 fidei Divinæ actum exercet: ita huic oppositum  
 formalem actum infidelitatis exercet, quisquis  
 revelationi divinæ sibi factæ imprudenter & per-  
 tinaciter dissentit. 2. Talem essentialiter non vi-  
 deri differre ab hæretico: quia revelationem rei  
 credendæ à Deo fieri publicè & privatim, non est  
 essentialis, sed accidentalis tantum fidei, vel in-  
 fidelitatis differentia. 3. propriè & in rigore lo-  
 quendo talem non esse hæreticum formalem, nec  
 hæreticorum pœnis subjectum: hæresis enim  
 propriè est error contra fidem Catholicam, & ille  
 propriè hæreticus dicitur, qui in dogmatibus  
 fidei Ecclesiæ universali contumaciter resistit:  
 talis non est in proposito; ergò &c. Hæresis ergò  
 formalis & pertinax hæcenus explicata est

§. IV.

*Peccatum mortale gravissimum, gravius Paga-  
 nismo, & Judaismo.*

**C**ertum apud omnes. Docet imprimis ipse  
 Christus Matth. 18. *Sic autem Ecclesiam non  
 audierit, sit tibi sicut Ethnious & Publicanus.* Ubi  
 licet de correctione proximi delinquentis sermo  
 sit, constat tamen nullos esse magis incorrigibi-  
 les,

les, atque Ecclesiæ monitionibus & doctrinâ in Ec-  
belles, quàm hæreticos. 2. Petri 2. Hæreticorum  
cuntur, *superinducere sibi celerem perditionem cand*  
*portare adversum se execrabile iudicium.* Sic e-  
perditionis, quibus caligo tenebrarum repleta  
est in æternum: Et addit disertè Petrus v. 17. *Circum-*  
*anim refugientes coinquinationes mundi in*  
*tionem Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi.*  
his rursus, implicati superantur, facta sunt  
posteriora deteriora prioribus. Melius enim dicitur  
illis non cognoscere viam Fidei, quam ac a  
agnitionem, retrorsum converti aliquod illud mun-  
ditum est sancto mandato. Ex quo facilis serv-

Ratio est: Pejus facit, qui Christo Salvatori ni pe-  
cognito, ejusque sancto mandato & Fidei exco-  
pta post agnitionem veritatis, & justitiæ fingit  
sum revertitur, quàm qui Christum Salvatorem pron-  
& viam justitiæ nunquam agnovit: atque prof-  
ticus baptizatus, & Fidei Christi instituta i. c.  
Fidei & justitiæ recedit, cujus veram notitiam alii  
nunquam habuit Paganus, vel Judæus: man-  
error hæretici pejor, graviusque peccatum ad h-  
quàm Pagani vel Judæi. Unde Paulus ad Timotheum  
v. 10. statuit: *Hæreticum hominem post unam*  
*secundam correptionem devota, sciens, qui*  
*versusest, qui ejusmodi est, & delinquit,*  
*est proprio iudicio condemnatus.*

Atque hinc vi potestatis à Christo collata  
tro, ejusque Successoribus Principibus Ecclesiæ  
Matth. 16. v. 19. *Quodcunque ligaveris super*  
*terram, erit ligatum & in cælis.* Antiquissimus  
U  
eus,  
tion  
inc

in Ecclesia semper fuit, graves & obstinatos peccatores, sed specialiter hæreticos, excommunicandi, jam à tempore Apostolorum usurpatus. Sic enim Paulus I. ad Timoth. testatur, se Hymenæum, & Alexandrum tradidisse Sathanæ, quia circa Fidem naufragaverunt. Et hinc est.

ASSERTIO III.

**O**mnis hæreticus formalis internus, atque externus, qui scilicet hæresin animo conceptam voce vel actione mortaliter mala externis distinctè ac assertivè manifestat, ipso facto incurrit excommunicationem lata sententia, Papa soli hodiè reservatam, nec non alias pœnas excommunicationi per se, vel per accidens annexas. Hæc est prima excommunicatio Bullæ Cœnæ sic dictæ, quod singulis annis feriâ V. Cœnæ Domini publicè promulgetur Authoritate Pontificia, quam ex professo explicant Navarr. c. 27. n. 55. Tolet. lib. I. c. 19. Suarez De censuris disp. 21. sect. 2. & alii plures apud Sanchez lib. 2. moral. c. 9. Layman cit. c. 14. n. 1. Conditions autem requisitæ ad hoc, ut hæreticus incurrat eam excommunicationem in Assertionè expressæ, nunc explicandæ sunt.

§. I.

*Omnis hæreticus formalis.*

**U**T quis incurrat eam excommunicationem, requiritur, ut sit verus & formalis hæreticus, juxta definitionem hæresis formalis Assertionè præced. §. 3. latè explicatam. Minimè verò incurrunt eam hæretici materiales tantùm, qui

scilicet errorem aliquem contra veram Fidem  
 nent ex sola ignorantia crassa, supina, affectu  
 absque tamen pertinacia contra Authoritatem  
 clesie juxta dicta ibid. §. 2. Quales plerum  
 sunt homines plebei & rusticani, rudes & simp  
 ces apud hæreticos educati: Quos malè Confe  
 rii vel Parochi inscii, aut laborem subterfugien  
 statim remittunt ad alium habentem potestatem  
 absolvendi ab hæresi, non sine eorum confitenti  
 & errore: sed ipsimet prius examinare debent  
 si solum errantes vel ignorantes, adeoque ma  
 riales tantum fuisse hæreticos deprehendant  
 necessariis Fidei instruere, & confessos absol  
 debent. Istud autem faciliè deprehendunt ita  
 minando.

I. Quàm diu est, ex quo de Fide nostra cogitavit  
 & saltem dubitare inceperis de Fidei nostræ  
 tate, & tuæ falsitate? Si nunquam ita cogitavit  
 vel dubitavit, aut licet cogitaverit, vel dubita  
 rit, veritatem tamen inquirere non potuit de  
 instructionis veræ, cujusmodi plures sunt  
 hæreticos & Lutheranos; simpliciter erit  
 rans invincibiliter, adeoque hæreticus materia  
 tantum primi gradus supra explicati, & sic  
 necessariam instructionem absolvendus à qua  
 Confessario approbato à reliquis peccatis.

II. Si verò ita cogitavit & dubitavit de sua  
 dei falsitate, & nostræ veritate, quære ulterius  
 an veritatem inquirere vel cognoscere studuerit  
 vel culpabiliter neglexerit? Si ex tunc veritatem  
 inquisivit, eaque utcunque cognitâ ad te accedat



vel à te primùm veritatem cognoscere petit, habes rursus innocentem hæreticum materiale. Instrue ergò, & absolve. Sin verò veritatem inquirere culpabiliter neglexit; quære, ex quo motivo? Si solum ex tædio discendi, ob affectus & respectus humanos, ad liberiùs errandum vel peccandum &c. paratus tamen corrigi ab Ecclesia, si veritas proponeretur: rursus manebit ignorans, vel errans, etsi culpabiliter, ignorantia crassa vel affectata, non sine gravi peccato morali contra præceptum affirmativum Fidei de scientia credendorum, non tamen hæreticus formalis, sed materialis tantum secundi & tertii gradus supra explicati: ideòque adhuc post instructionem competentem, & confessionem, à quovis Confessario approbato absolvendus. Si verò neglexit inquirere veritatem ignorantia crassa vel affectata ex odio & contemptu Ecclesiæ, ejusque Authoritatis, cujus judicio stare noluit, jam erit hæreticus formalis primi gradus supra explicati, ideòque remittendus ad facultatem habentem.

III. Tandem quærat: an non subinde reverà agnoverit veritatem nostræ Fidei, & suæ Sectæ fallitatem, saltem sibi sufficienter proponi ad credendum, & tamen in sua Secta quacunq; de causa affectu vel respectu permanserit? Si sic: en habes hæreticum omninò formalem consummatum secundi aut tertii gradus supra explicati, ac proindè, si facultate eum absolvendi careas, necessariò remittendum.

*Internus simul & externus.*

22 **H**æresis potest esse aut interna tantum, aut externa tantum, aut interna & externa simul.

I. Hæresis interna tantum est error voluntarius & pertinax in Fide, sed intus reservatus in corde, & nullo modo, vel non sufficienter verbo vel signo externo manifestatus. Et licet talis hæresis interna verus & formalis hæreticus sit coram Deo, & in foro conscientiae, non tamen talis est in foro externo Ecclesiae, neque excommunicacionem, aut alias poenas spirituales ab Ecclesiasticis inflictas incurrit. *Ratio est:* quia Ecclesia non iudicat de merè occultis: quare talis hæreticus internus, qui hæresin suam nullo modo non sufficienter manifestavit exterius, à quo Confessario approbato absolvi potest & debet, ad alium remittendus, nisi fortè pro plenioribus instructione.

II. Hæresis externa tantum dicitur error contra fidem, externo tantum signo, verbo, vel signo ostensus, servata intus veritate Fidei: ut qui pressè vel interpretativè verbo, signo, vel signo falsam Sectam hæreticam profitentur, vel tantum simulant, prout latius explicatum est in *ced. §. 4.* Et eiusmodi hæretici externi tantum licet revera coram Deo, & in foro conscientiae neque hæretici formales, neque excommunicati sint, sed simpliciter peccato mortali peccent contra præceptum externae confessionis Fidei.

quolibet legitimo Confessario absolvi possunt, per se loquendo: in foro tamen externo Ecclesiæ & pro hæreticis, & pro excommunicatis habentur, & pœnis Ecclesiasticis subjacere coguntur; quia Ecclesia judicat secundum exteriora, atque ex actibus externis propriis hæreseos, meritò præsumit actus internus hæresis, & punit, nisi oppositum aliundè constet & probetur. Et si talis pro hæretico & excommunicato publicè declaretur, tanquam talis & vitari deberet, & absolvi non posset, nisi Ecclesiæ reconciliatus.

III. Hæresis interna & externa simul est error pertinax contra Fidem, & intus animo conceptus, & foris verbo, signo, vel facto sufficienter manifestatus. Et ejusmodi hæretici interni & externi simul, ultra peccatum mortale gravissimum, incurrunt excommunicationem latæ sententiæ in ipso puncto, quo hæresin mente conceptam exterius verbo, signo, vel facto manifestant, & profitentur, sive in publico coram Communitate, & tunc dicuntur hæretici publici: sive in privato coram paucis, & tunc dicuntur hæretici occulti, clancularii, æque perniciosi, & excommunicati; per accidens enim est, tunc à nemine audiri. Hinc dicitur ulterius:

§. III.

*Hæresin distinctè & assertivè manifestat.*

**N**imirum qui hæresin verò animò conceptam<sup>23</sup> voce vel actione externa distinctè significa-

cativa, & mortaliter mala, clariùs assertive  
 festat, & profitetur. *Ratio*: quia Ecclesia  
 nem excommunicat ut hæreticum, nisi pro  
 peccatum mortale hæresis externum ac sensu  
 non potest autem peccatum mortale hæresis  
 externum, nisi quis hæresin internam animo  
 ceptam, 1. exterius distinctè & determinatè  
 nificat: utpote verbo vel scripto, signo vel  
 vel omissione facti sive ex natura sua, sive ex  
 stitutione, sive ex consideratis circumstantiis  
 sonarum, loci, temporis, hæresin internam  
 stinçte & determinatè significantibus. 2. E  
 dem affectivè, seu animo asserendi ac profes  
 suam hæresin, & non habeat aliam intentionem  
 ut mox patebit: alioquin eo ipso non erit  
 tum hæresis externæ, & consequenter. 3. *ne mortaliter mala*: quippe ab hæresi  
 profecta vel imperata. Ita DD. passim cum  
 chez lib. 2. c. 8. num. 7. & 17. Layman lib. 2. c. 14. num. 3. Quibus benè percipi  
 est intelligere casus, quibus quis incurrat  
 non incurrat eam excommunicationem. Nam

I. Non fit hæreticus externus formalis, &  
 excommunicationem incurrit, qui suam  
 sentem hæresin internam aperte manifestat  
 festariò vel alteri solam consilii & instructio  
 gratiã: quia talis manifestatio, cum non fit  
 mo asserendi, vel profitendi hæresin, sed  
 veritatem inquirendi animo, non est actus  
 lus, sed bonus, adeoque ab Ecclesia puniri

na, præsertim tam gravi, non potest. *Communis cum Sanchez. Layman. cit.* Item non incurrit excommunicationem, qui hæresin internam manifestat in somno, vel plena ebrietate, esto quis in ebrietate occidens hominem puniri possit, & etiam excommunicationem incurrat. Dispar ratio est; quia hæresis consistit & completur in intellectu, & per verba externa solum significatur; non possunt autem verba significare hæresin, nisi præsentem, & consequenter prolatio hæretici dogmatis non potest esse peccatum externum hæresis, nisi ab interno peccato hæresis directè procedat, & impetur: neque hîc sufficit voluntarium indirectum, licet enim sciat quis, se in ebrietate solere disputare de Fide, & hæreticas suas opiniones effutire, quia tamen ea prolatio in plena ebrietate à præsentem peccato hæresis non procedit, nec consequenter præsens peccatum hæresis significat, non est formalis hæresis externa, ut ex se patet. At verò homicidium, etsi præsupponat voluntarium internum, tanquam causam moralem, tamen consistit & completur in externo opere, & ideò est verum peccatum externum homicidii, etsi indirectè tantum & in sua causa sit voluntarium in ebrio: qui nimirum sciens se in ebrietate solere rixari, contendere, percutere &c. se inebriando voluntariam causam posuit homicidii secuti, ideòque in utroque foro, & conscientiæ, & externo homicidii poenis ac censuris utpote excommunicationi & irregularitati &c. subjacet.

II. Hæreticus formalis externus fit, & excommunicationem incurrit, qui hæresi internam infectus, distinctè & exterius profitetur verbo scripto v. g. dicens, vel scribens Christum non esse verum hominem, non esse verè realiter in charistia &c. At non incurreret, si uteretur verbo vel scripto indifferenti, vel non determinante v. g. si actu sentiens Christum non verum Deum, solum diceret exterius: non est verè Deus: vel caput concuteret &c. aut episcopus internam hæresin scriberet signis aliis ignotis sibi soli cognitis; talis enim reverà non manifestat suam hæresin, sed occultam tenet male Sanchez. *c. 8. n. 8. & 10. Layman hic c. 14.* plures apud ipsos. Item non incurrit excommunicationem, qui apertè asserit se aliquando hæresin Lutheri sectatum esse, aut habere propositum sectandi: talis enim non manifestat, vel præsentem hæresin, sed solum præteritam, vel propositam futuram, cum quo stat, ut interea tamen Fidem in animo retineat. Sanchez *cit. n. 22. Azorius, alii cum Layman cit.* addentes talem justè puniri posse. Item non incurrit excommunicationem qui dum scribit, disputat, legit, dicitur &c. pronuntiat hæresin, quam etiam ipse tenet interioriter ipse tunc solum pronuntiat ut hæresin aliorum nihil ad se referendo. Quemadmodum etiam si disputes de tali hæresi, quam reverà interioriter tenes, ita tamen ut ex tua disputatione non appareat, te verè ex animo & propria mente asserere vel approbare velle talem hæresin, sed solum

putativè loqui, non eris hæreticus externus, nec consequenter excommunicatus, ut etiam notavit Tamburin. cit. lib. 2. in Decal. c. 1. §. 4. n. 7. & 8.

III. Hæreticus formalis externus fit, & excommunicationem incurrit; qui suam actualem hæresim internam exterius *distinctè significat* signò vel factò, ex natura sua, ex institutione vel circumstantiis personarum, loci, temporis, hæresim significantibus, utpote, qui intus hæreticè credens Christum non esse in Eucharistia, Sacram Hostiam pedibus conculcasset, conspuerit, dum elevatur, vel transfertur, vel dum transit, genu non flecteret, caput non aperiret, ita quidem, ut appareat id fieri deliberatè, & non possit præsumi factum ex inadvertentia &c. Ut notant DD. communiter. Item qui hæresi Lutherana infectus interiùs, ordinariè frequentat eorum conventus, conciones, & maxime eo ipso, quo communicaret eorum cœnæ, coram eorum ministro matrimonium contraheret: Item qui nunquam aut rarissimè accederet Ecclesiam Catholicorum, statim temporibus Missam audire, communicare &c. negligeret, nisi adessent tales circumstantiæ, ut ejusmodi omissiones oblivioni, vel justæ causæ in foro externo adscribi possent. *Azorius, Toletus, alii cum Sanchez, & Layman cit. n. 4.*

IV. Idem omninò dicendum de eo, qui hæresi Lutherana, jejunia Ecclesiastica reprobante, infectus, diebus ab Ecclesia interdictis, carnem

comedit passim, sapius aut etiam semel  
 tum, ita tamen, ut non appareat vel iusta, vel  
 habilis causa excusans, vel saltem levitas,  
 am Catholici quandoque jejunia violare  
 illicite solent; sed ex indiciis ac circumstantiis  
 evidenter appareat, eum nullâ aliâ causâ, quâ  
 perversâ mente & hæretica id facere. Vide  
*preced. sub finem. Sanchez cit. n. 17. hoc*  
*dicens: Si quis motus hæresi interna, qui*  
*licere esum carniû diebus prohibitis, tanquam*  
*carniû ederet, ut esus ratione parvitas tantum*  
*veniale esset, non fore hæreticum, & excommunicatum;*  
 Sicut leviter & vix  
 ter tantum percutiens Clericum, excommuni-  
 catus non est. Sed rectè notat *Layman cit. n. 4.*  
 limitationem non esse universaliter in omni  
 veram, cum possint quandoque tales circumstan-  
 tiæ concurrere, ut etiam exigua comestio  
 sufficiens sit protestatio hæresis: utpote si  
 sa intentione explorandi ac discernendi  
 publicè apponantur carnes, ut ex iis comedere  
 discernantur à Catholicis: hic hæreticus  
 us sine contraria protestatione, vel modico  
 iis comedens, etiam peccet venialiter tantum  
 tra Ecclesiasticam legem, ex Temperantia  
 vo latam, tamen mortaliter delinquit, & ex-  
 municationem incurrit, quatenus hæresim  
 internam sufficienter manifestat, & protestatur.  
 Ubi discrimen adverte esse inter peccatum  
 num hæresis (quod solum consistit in signifi-  
 catione, & manifestatione hæresis in animo compo-



quæ manifestatio etiam in levi materia sufficienter fieri potest, adeoque peccatum mortale erit) & inter peccatum externum percussio Clerici, quod consistit in executione malignæ voluntatis, qualis executio in levi materia non potest fieri, sufficienter ad peccatum mortale externum: esto interna voluntas percutiendi graviter peccatum mortale fuerit, & in Confessione explicandum sit, minime tamen excommunicationem inducit: quippe quæ fertur in percussioem externam mortalem, & non in solam malam voluntatem internam. Vide Navarrum in explicatione *Bulle cas. 1. n. 3.*

§. IV.

*Omnésque pœnas excommunicationi per se vel per accidens annexas.*

**P**œnæ excommunicationi per se annexæ, & 28  
velut intrinsecæ sunt. 1. Seperatio à Corpore Christi & Ecclesiæ quoad meritum & quoad numerum. 2. Privatio usûs omnium Sacramentorum activè & passivè, excepto Pœnitentiæ. 3. Privatio suffragiorum Ecclesiæ communium omnium. 4. Privatio omnis confortii Fidelium, excepto casu necessitatis. 5. *Traditio Sathana in interitum carnis*, 2. Corinth. 5. Nam olim in Ecclesia primitiva excommunicati statim à dæmone vexebantur. 6. Exclusio à Regno cælorum, quod enim *ligatum est in terris, etiam ligatum est in cælis*, nisi per veram contritionem cum voto absolutionis, in foro Dei absolvatur.

Pœnæ excommunicationi maximè hæretico-

rum

rum per accidens annexæ, Ecclesiasticæ Irregularitas seu incapacitas ad sacros Ordines suscipiendos, & in susceptis ministrandum, & Privatio omnis Beneficij, Jurisdictionis, & Potestatis Ecclesiasticæ. 3. Privatio Ecclesiasticæ Libertatis. Pœnæ verò hæreticorum Politicæ sunt. 1. Confiscatio omnium bonorum. 2. Excommunicatorum subditorum à juramento Fidelitatis. 3. Pœna capitis. De quibus, ad nostrum nihil spectantibus, consulendi Juristæ & Legum Doctores. De pœnis autem excommunicatorum in communi, ex professo agitur in materia de Censuris.

### SECTIO III.

#### *Communicatio Catholicorum cum hæreticis in crimine, Sacris, Matrimonij Politicis.*

##### SUMMARIUM.

26. Mortaliter peccant, & excommunicantur communicantes cum hæreticis in ipso crimine hæresis, ut sunt hæretici.
27. I. Eis in hoc credentes.
28. II. Eorum fautores.
29. III. Receptores, & defensores.
30. In causa hæresis: non autem in alia causa.
31. Quomodo, aut qualiter liceat, vel non liceat communicare in sacris, v. g. concionibus, excommunicatione, Baptismo &c.
32. Matrimonia Catholicorum cum hæreticis sunt valida, mortaliter tamen illicita ob varia peccata.
33. Nisi rationabili causa excusentur.
34. Etiam quævis communicatio cum eis politica peccatum subversivum inducens est sub mortali prohibitione divino, & naturali.



*Credentes*

27 **H**æreticis dicuntur, qui eorum erroribus quo modo assentiuntur, saltem impudenter & in confuso, v. g. dicendo vera esse, quæ ab illis hereticis contra Ecclesiam Catholicam docuit, vel dixit, etsi in partibus eorum errores vel ignorent, vel iis non advertant, cujus credulitatis signa sunt, si veritas heretici Fidem præbeas, eum de sua heresim libenter audias, approbes, ejus doctrinam apud alios laudes &c. Quamvis autem tales credentes ordinariè sint veri formales interni heretici (sicut formalis verus Catholicus est, qui Fidei Articulos implicite credit, credendo, quidquid Ecclesia credit,) adeo ipsa excommunicatione hereticorum feruntur, quia tamen ex istis actibus non potest ad hanc heresim conclusi, & res disputationi non potest, ne quis de horum hereticis credentes excommunicatione dubitare posset, eorum excommunicatio facta est in Bulla, cum tales ex natura sua pessimi, & saluti animarum, que Ecclesie perniciosissimi sint. Vide Navar. c. 27. n. 55. Toletum lib. I. c. 19. Sanchez c. 10. n. 2.

*Fautores*

28 **H**æreticorum dicuntur, qui aliquo favore præstant, quo eorum heresim immunis permaneat, aut illam liberius credere possint, exercitia sua hæretica, convicia, aut alia quæque ad heresim promovenda

peccantia exercere valeant. Ubi maximè peccant, & excommunicationi subjacent Principes, & Magistratus Catholici, qui hæreticos in suis terris grassari sinunt, non puniunt, cum sciunt, & possunt, non denuntiant, imò ad munia Reipublicæ promovent. Excepto ubi publica auctoritate ob gravem necessitatem, etiam inter Catholicos, sub Magistratu Catholico, hæretici tolerati debent, ut nunc est in pluribus locis Germaniæ.

*Receptores, defensores.*

**R**eceptores hæreticorum dicuntur, qui hæreticos domo, vel alio loco recipiunt, & abscondunt, ne hæretici ob hæresin legitimè inquitantur: qui hæreticos ad domos suas admittunt, cum sciunt eos hæresin spargere, & diffundere, etiam sub mensa & inter pocula, maxime cum ad id quomodolibet cooperentur.

Denique *Defensores* hæreticorum dicuntur, mortaliter peccant, & excommunicationem incurrun, qui hæreticos in vel extra judicium quomodolibet defendunt, excusant, impediunt quacunque ratione, ne cum eis justitia fiat. Ubi gravissimè & dupliciter peccant ipsi Magistratus Catholici, & omissione justitiæ, & commissione favoris hæreticis exhibiti in perniciem animarum, & Reipublicæ Christianæ. Quæ omnia, quia in Germania, ubi hæretici tolerati sunt, rarè praxi videntur, obiter indicasse sufficiat. Latè videre poterit, qui volet, apud *Azorium*, Sanchez cit. c. 10. n. 4. & alios.

*In causa haeresis.*

30 **N**am extra causam haeresis quoad aliam re, favere, recipere, vel defendere haeresis ex his titulis, culpa non est. Comprehensio ergo solum credentes, fautores, receptores fautores haereticorum formaliter, quatenus haeretici sunt, sive ut haeresin suam impunitius tenere, docere, ac diffundere possint explicant DD. communiter cum Navarro *77. n. 5.* Ad hoc tamen non requiritur formalis & directa intentio propagandi haeresin, sed tantum indirecta & interpretativa, ita ut per excommunicationem incurrant, qui haeresin in causa haeresis favent vel auxilio sunt, sed non directa intentione promovendi haeresin, sed alio motivo: e. g. amicitiae, utpotè si Judex, testis, & debet, non capiat, non puniat haeresin, sive ex affectu amicitiae, vel consanguinitatis, vel ex tadio laboris &c. Sylvester *V. haeresis. Fautores.* Layman *cit. n. 5.* Item qui amicum vel consanguinitatis ergo haeticum recipiunt in domo in causa est, ne capiatur, vel puniatur. *let. Lib. I. c. 19. Tertium est.* Sylvester, *cit.* Et si contra sentiant Sanchez *cit. de haereticis. lib. 1. c. 1. §. 6.* requirentes formaliter favendi, ac fovendi, vel promovendi haeresin: quia alioquin non faveret haeticum amico, & consanguineo &c. ex alia obligatione humana: & per accidens est, quod reddat favorem haeresis. Sed hoc minus probatur. Sic enim vix essent ulli fautores, vel receptores

hæreticorum excommunicationi subiecti, nisi etiam ipsi sint formales hæretici, sicque illa specificatio Bullæ verè esset frustranea. Illud verò probabile, receptorem personæ conjunctissimæ, ut potest patris, filii, fratris, ne in manus iustitiæ deveniat, etsi peccare possit, tamen excommunicationem non incurrere: quia personam ad eam conjunctam, & quasi eandem cum illo non defendere in tanto periculo, valde difficile. Ita *Vindaldus, Azorius* apud *Layman cit.* omninò probabiliter.

Magis adhuc probabile est, quod docet ipse *Sanchez c. 10. num. 9.* & ex eo *Layman c. 14. in fine.* Hæretici factorem, receptorem &c. non incurrunt censuram, nisi malus effectus vel eventus sequatur, sed requiri, ut ex tali favore vel auxilio præstito hæreticus v. g. liber evadat, hæresin liberius & latius effundat. *Ratio est:* quia quando in Canonibus Ecclesiæ fautor alicujus rei principaliter, & omnes cooperatores accessorie excommunicantur, hi excommunicationem non incurrunt, nisi effectu secuto, juxta communem DD. at qui hac prima excommunicatione Bullæ principaliter excommunicantur ipsi hæretici, accessorie verò solum eorum fautores, receptores defensores, ergò isti non incurrunt excommunicationem, nisi ex favore sive auxilio præstito sequatur malus effectus hæresis defensionis, & propagatæ. Contrarium tamen rursus probabilius censent *Sayrus lib. 3. c. 4. Castropalaus*, aliisque citatis, *Tamburinus §. 6. n. 7.* Quia talis ex parte sua posuit

totam protectionem: ergò simpliciter fa-  
receptor fuit, ideòque censuræ subiectus  
priorem sententiam in conscientia tutam cen-

## §. II.

*In Sacris &c.*

31 **C**ommunicantes cum hæreticis in sacri-  
ticis, utpote in signis, ritibus, ca-  
niis, & quibusvis aliis hæreticorum propri-  
pote eorum conventiculis, concionibus,  
&c. ordinariè & quasi uni ex ipsis assistentibus,  
ordinariè & quasi uni ex ipsis assistentes &  
divino peccant mortaliter, & possunt in-  
excommunicationem: hoc enim proprie est  
*communicare operibus eorum malignis*, quod  
pere prohibet D. Joannes infra citandus.  
abundè patet ex dictis. Nam tales ita com-  
cantes in profanis eorum sacris, aut revera  
sunt infecti hæresi, aut saltem credentes  
tores hæreticorum: & tunc, cum suam  
internam, vel pravum in hæresim affectum  
vorem opere externo solemniter & proprie  
nifestent, præter peccatum mortale, in-  
excommunicationem Bullæ, ex modò dictis  
denique licèt animo nullo modo sint affecti  
resim, sed Fidem illibatam servant, tamen  
lemni actu falsam sectam simulando, gra-  
peccant, contra professionem externam  
in foro externo pro hæreticis, & excommu-  
habentur, ac pœnis hæreticorum subiacere  
tur, ut jam sæpiùs dictum.

Dixi autem: *in sacris hæreticis*; nam in



atholicis per fe licet Catholicis communicare  
m hæreticis toleratis, feu non vitandis, uti funt  
ftri in Germania: licitè enim admittuntur ad  
nciones, exequias &c. modò abfit periculum ir-  
verentia, irrifionis, fcandali &c. idque maxi-  
è, quando fperatur fructus & effectus aliquis  
nus, prout fæpius compertum fuit. At verò  
illo modo licet citra mortale cum eis communi-  
re in Sacris Catholicis activè, ut eis aliquo mo-  
o cooperentur; imò peccat mortaliter Catholi-  
is, qui ad Baptifmum, vel Confirmationem ad-  
beret, nedum Miniftrum, fed Patrimum hære-  
cum, cum enim officium fit Patrini infantem vel  
verum fulceptum quandoque, cum opus fuerit,  
Fide enutrire, & confervare, fi hæreticum pa-  
inum adhibeas præter fcandalum inde oriri foli-  
am, eo actu cenferis perfidia illius confentire, &  
tio tuo obligationem quandam ad hæreticum ac-  
uiris. *Communis DD. apud cit.* Maximè verò  
peccat mortaliter Catholicus Clericus, vel fæcu-  
aris hæreticum excommunicatum admittens ad  
participationem Sacramentorum, quia coopera-  
ar, vel confentiret eorum peccato & facrilegio, &  
hæreticus effet non toleratus, Clericus admit-  
ens eum ad Sacra incurrit excommunicationem  
aris communis.

§. III.

*In Matrimonio.*

**M**atrimonia Catholicorum cum hæreticis, 32  
etfi fecundum Leges Ecclefia facta valida  
K 2 fiant

fiant. (de quo alibi) tamen jure Divino & mat-  
 riastico illicita sunt sub peccato mortali, nisi  
 in aliquibus causis excusentur. *Ita omnes* Omnia  
 Ratio sumitur primò ex jure Divino, quo traha-  
 tur homo sub mortali tenetur devitare pro peccato  
 cula proxima peccatorum, salutis suæ: & con-  
 matrimonii Catholicorum cum hæreticis. Illi-  
 citè pericula proxima, & multiplicia peccatorum  
 & salutis. *Nam* rum

I. Est periculum maximum subvertendi  
 Fide conjugis Catholici; sic enim in qua-  
 versatione familiari cum hæreticis tantum  
 tur periculum, ut jure Divino vitari de-  
 bet. mox dicetur, quantò majus erit periculum  
 fo matrimonio cum hæreticis, ubi sunt dissen-  
 sione una, quàm facile, uxor violentiâ viri, hoc n-  
 leoncini uxoris in Fide pervertetur; hoc d-  
 quidem periculosius. Unde Deus in veteri  
 specialiter Hebræis prohibuit conjugia  
 minis gentilibus ob evidentissimum  
 subversionis. Deut. 7. v. 4. *Quia seducunt e-*  
*tuum, ne sequantur me, & ut magis ser-*  
*alienis.* Et 3. Reg. c. 11. *Certissimè enim*  
*corda vestra, ut sequamini Deos earum.*  
 peritus nimium mortalium sapientissimus.  
 Et hic maximè urget præceptum Apo-  
 Corinth. 6. *Nolite jugum ducere cum*  
 Et: *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab e-*

II. Gravissimum est periculum sub-  
 prolium, quæ alterutro parente hæretico  
 potestate paterna Patris hæretici, aut

divino & matris hæreticæ, vix fieri potest, quin pervertantur, aut saltem inficiantur. Sacrilegum autem actum est, si persona hæretica cum Catholica con-  
tra, quo trahat ea lege, ut filii in Fide sequantur patrem  
pro hæreticum, filia verò matrem Catholicam, vel  
sua: contra.

III. Tertium periculum est, aut condescen-  
sionum perversæ charitatis, aut gravium dissensio-  
num: aut enim ejusmodi conjuges, conabuntur  
servare charitatem & pacem, & quid non faciet,  
vel tolerabit contra conscientiam maritus catho-  
licus in gratiam uxoris hæreticæ? Et quid è con-  
tra uxor Catholica ob gratiam & metum viri hæ-  
retici; aut uterque conjux conabitur tueri consci-  
entiam zelo Fidei & Religionis suæ: & quomodo  
hoc moraliter fiet absque frequentissimis & gravi-  
bus dissensionibus, rixis, scandalis mutuis, aliis-  
que peccatis, juxta illud D. Ambros. lib. I. de Ab-  
raham c. 9. *Quomodo potest congruere charitas, si  
desit Fides?* Ergò Jure divino & naturali illicita  
sunt ejusmodi conjugia de se loquendo.

VI. Accedit Jus Ecclesiasticum frequenter in  
Conciliis & Canonibus prohibens ejusmodi con-  
jugia. Concilium Laodicense cap. 14. inquit:  
*Non oportet cum hæreticis universis nuptiarum fœ-  
dera celebrare, aut eis filios dare, vel filias, sed  
magis accipere, si tamen Christianos se fieri promit-  
tant.* Et in Concilio Elibertino canone 16. de-  
finitur: *Hæreticis, si se transferre noluerint ad Ec-  
clesiam, nec ipsis dandas Catholicas puellas.* Con-  
cil. Chalced. can. 14. *Non oportet cum homini-  
bus*

150 *Tract. 11. In 1. Praecept. Decal. Cap.* Cath  
*bus haereticis miscere connubia, & vel filie* Elibe  
*filias dare, sed potius accipere; si tamen p* nis I  
*tur Christianos se esse futuros & Catholicos* IA  
prohibet latè Stephanus Papa Epist. ad Fr  
Regem c. 46. Bonifac. VIII. c. *Decretum* Reg  
*ret.* Et alibi, vide Laym. *lib. 5. tr. 10. p. 1.* verli

33 Dixi autem per se loquendo: *nifiration* satio  
*causis excusentur.* Matrimonium ergo sitas  
catholicæ, ut & validum & licitum sit, retic  
necessariò requiruntur. 1. Ut fiat secun perfo  
ges Ecclesiæ: videlicet secluso impedim nis,  
rimente etiam juris Ecclesiastici tantum evit  
Parocho & testibus, de quibus suo loco: redi  
post Concil. Tridentinum receptum n har  
nium esset nullum. 2. Requiritur, ut ab In h  
tum fieri potest, excludatur periculum Cat  
nis in Fide expresso pacto, ut conjugii fem  
liceat securè & quietè in sua Fide permanerio.  
que securitas salutis, & salus animæ pra  
est omni incommodo temporali, aut etiam  
modo. 3. Requiritur pactum expressi  
educatio prolium in Fide & moribus man  
conjugem catholicum, saltem usque a  
pubertatis & emancipationis. Et quia h  
bus stantibus revera adhuc subsunt mort  
cula suprâ enumerata, propter quæ ju  
& Ecclesiastico prohibita sunt ejusmodi  
monia. Hinc 4. requiritur insuper causa  
bilis excusans, qualis potissimum triplex est  
1. Utilitas spiritualis, utpote si conjux ha  
promittat, vel certè magna spes sit illum

Catholicam amplexurum. Ita expressè Concil.  
 Elibertinum, & Laodic. suprâ allata, & commu-  
 nis DD. cum Layman *cit. lib. 5. tract. 10. p. 4. c.*  
 14. Marchant. *tom. 2. tract. 2. sect. 3. q. 11. in*  
*append.* Qui huc refert connubia cum hæreticis  
 Regibus & Principibus, si inde speretur con-  
 versio Regnorum, protectio Catholicorum, ces-  
 satio persecutionum. 2. Moralís quædam neces-  
 sitas, utpote dum quis habitat in Regionibus hæ-  
 reticorum prædominantium, nec facilè reperit  
 personam catholicam suæ qualitatis & conditio-  
 nis, cui honestè nubere possit. 3. Gravis damni  
 evitatio, utpote quia aliàs esset periculum exhæ-  
 reditationis, proscriptionis, ruinæ totius familiæ,  
 hæreditatis totius ad hæreticos devolendæ &c.  
 In his & similibus casibus permittuntur connubia  
 Catholicorum cum hæreticis, consultò tamen  
 semper, cum fieri potest, Pontifice vel Ordina-  
 rio. Attamen *Azorius, Sanchez, alii apud Lay-*  
*man. cit.* rectè addunt in Germania & cæteris lo-  
 cis, ubi hæretici tolerati cum Catholicis permixti  
 sunt, id licere ex consuetudine, dummodò adsint  
 conditiones quatuor enumeratæ.

§. IV.

*In Politicis.*

**O**mnis communicatio politica seu quæcunque  
 conversatio, commercium, convictus cum  
 hæreticis, unde imminet periculum subversionis  
 Fidei, vel morum, Catholico Jure Divino & na-  
 turali sub mortali est prohibita. *Omnes.* Ratio da-  
 tur, & fundatur in ipsa Lege Divina, & naturali;  
 K 4 quia

quia quilibet sub mortali tenetur vitare omnia  
 rricula peccati & subversionis in via salutis, litica  
 periculum maximè est in communicatione lum  
 versatione, convictu cum hæreticis. Unde ubi  
 S. Scriptura tam graviter prohibetur. Ad  
*Hereticum hominem post unam & secundam*  
*reptionem devita scdens, quia subversus est*  
 Timoth. 2. prohibet Apostolus omnem con-  
 tationem & colloquium cum hæreticis dicens  
*fana & inaniloquia devita, multum enim*  
*ciunt ad impietatem, & sermo eorum, non*  
*er serpit, ex quibus Hymeneus & Philetus*  
*qui à veritate exciderunt.* Et alibi. *Sed*  
 adhuc dilectus discipulus Joannes Epist. 2. *Et*  
*venit ad vos, & hanc doctrinam non affer-*  
*lite enim recipere in domum, nec AVE estis*  
*tis, qui enim ei dicit AVE, communicat*  
*eius malignis.* Unde idem S. Joannes ad  
 Cerinthum hæreticum in balneis, exclamavit  
*Fugiamus, ne ruina domus opprimendo*  
*veniat, uti refert Irenæus lib. 3. contra hære-*  
 Peccant ergò graviter quicumque absque  
 gitima causa continuis commerciis, conversati-  
 one cum hæreticis assuescunt: nam, licet non  
 minò pervertantur, tamen eorum mores  
 dos, errores &c. imbibunt, approbant, Ar  
 & mores veræ Fidei aut obliviscuntur, aut  
 æstimant, vel vilipendunt. Et execrandus est  
 parentum, qui filios ad partes hæreticorum  
 nant educandos, & consequenter necessarios  
 quo modo inficiendos in Fide, vel moribus,

textu addiscendæ mercaturæ , conservationis po-  
salutis, liticæ, studiorum &c. Cæterum ubi abest pericu-  
lacione lum subversionis in Fide vel moribus , maximè  
Unde ubi permixti vivunt hæretici cum Catholicis, nul-  
r. Ad illa culpa erit communicare cum hæreticis in poli-  
secunda tics aliàs indifferentibus. Ubi maximè excusan-  
erfus et tur opifices juniores , qui artis suæ causâ in civi-  
nem con- tatibus Imperii operas suas locant , alioquin parvi  
s dicent æstimantur ; excepto semper ( quod in his terris  
um enim raro evenit ) nisi esset hæreticus excommunicatus  
rum, nominatim denuntiatus ; adeoque non toleratus ,  
& Ple- talis enim jure Ecclesiastico sub excommunicatio-  
ibi. ne minori quoad omnem communicationem evi-  
dist. 2. tandus est , extra casus Jure expressos , & hoc ver-  
in affert fu contentos.

*Utile, Lex, humile, & res ignorata, necesse.*

De quibus vide Authores passim in materia de Censuris.

COROLLARIUM.

**C**onfessarius ergò advertens pœnitentem suam  
ex conversatione cum hæreticis adire pericu-  
lum Fidei, morum & salutis, debet ei injungere,  
nec potest absolvere, nisi promittat devitare, vel  
abscedere, quamprimum absque gravi suo incom-  
modo fieri potest.

SECTIO IV.

*Librorum hæreticorum Lectio, Retentio.*

SUMMARIUM.

35. *Quomodo differant liber hæreticus, liber hæretici, & liber prohibitus.*

K 5 36. Mor.

36. Mortaliter peccant, & excommunicantur  
 37. Quicumque cujuscunque conditionis, sine factis Apostolica scienter legunt, retinent, & tenent Sc. librum hæreticum hæresin continentem  
 38. Atque adeò ad incurrendam hanc excommunicationem debet esse 1 Liber hæretici; non alterius, Turca, Judæi &c.  
 39. II Debet esse Liber. Ubi: qua censeantur, & apprehendantur nomine libri?  
 40. Debet esse Liber hæresin continens (Quinam)  
 41. IV. Aut de fide vel Religione tractans  
 42. V Debet quis scire esse talem librum: unde tantum ignorantia invincibilis, sed etiam error crassa, & probabiliter etiam affectata excuset ab excommunicatione.  
 43. IV. Debet etiam legere intelligibiliter. Ubi: quis moraliter sic censeatur legere, per se, vel alium, ipsum auscultando?  
 44. Quæ quantitas requiratur, & sufficiat in tali ad peccatum mortale & incurrendam excommunicationem?  
 45. Quando nam ita peccent, & pœnam excommunicationis incurrant retinentes tales libros?  
 46. Quando nam eos imprimentes?  
 47. Aut defendentes?  
 48. Altorum librorum sub mortali prohibitorum tenentes.

35 **L**iber hæreticus, liber hæretici, & liber bitus differunt sicut magis & minus patens. Liber hæreticus propriè dicitur & dicitur qui Religionis materiam tangens in toto, aliqua sui parte hæresin, vel contrariam Orthodoxæ sententiam continet, & ex merito hæretici docet; à quocunque sit compositus. Liber hæretici verò latius patens dicitur omnis



compositus & editus est ab hæretico in quacunque materia, sive Fidei & Religionis, sive alia. Liber prohibitus adhuc latius patens, dicitur omnia ille, qui in Indice Romano, Concil. Tridentino annexo, prohibitus designatus, vel adhuc legitime designandus est, à quocunque sit compositus, sive ab hæretico, sive à Catholico, & de quacunque materia tractet, sive Religionis, sive alia perniciofa, de quibus omnibus patebit.

ASSERTIO V.

Quicumque hæretici librum hæresin continentem, aut de Fide & Religione tractantem absque Apostolica Sedis Authoritate, scienter legunt, retinent, imprimunt, vel quomodolibet defendunt, jure naturali Divino & Ecclesiastico peccant mortaliter, & insuper incurrunt excommunicationem lata sententia Summo Pontifici reservatam. Omnes.

De peccato mortali constat *in primis* jure Divino naturali, quod sub mortali culpa prohibet omne periculum proximum peccandi, maximè in Fide & Religione, adeoque etiam prohibet legere libros hæreticorum, saltem hæresin apertè docentes ob gravissimum periculum subversionis: nam si teste Apostolo hæreticorum sermo serpit ut cancer, & venenum diffundit, sanè eorundem sermo in libris scriptus, quo intimiùs penetrat lectus, eò magis inficit, & velut serpens in silentio mordet. II. Jure verò Ecclesiastico idem sæpiùs & severissimè prohibetur sub excommunicatione, aliisque pœnis solis peccatis mortalibus debitis di-

ver-

versis constitutionibus Pontificum Pii IV. *constituit. 77.* Sixti V. *constituit. 74.* Clement. VIII. *constituit. 36.* quas lege in Bullario Romano Canonum. denique Bulla Cœnæ prima excommunicatione librorum hæreticorum, consequenter etiam fulminat legentes eorum libros. Illius Bullæ sic habet; *Excommunicamus hæreticos libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes sine Authoritate nostra, & Seais Apostolicis scienter legentes, aut retinentes, imprimis seu quomodolibet defendentes ex quavis parte publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel modo.* Hæc Bulla, distinctè satis exprimens conditiones requisitas ad incurrendam hanc excommunicationem, & nunc breviter explicandas.

## §. III.

37 *Quicumque sine facultate Sedis Apostolicæ*  
 Cujuscunque conditionis, dignitatis, & conditionis, probitatis existat, atque, ut loquitur Bullæ Pontificum, quacunque dignitate, & auctoritate, etiam Episcopali, vel Archi-Episcopali fulgeat. Quamvis enim respectu alicujus particularis personæ, doctrinæ, probitate, & constantiâ, præditæ nullum esset periculum, quod ejusmodi libros hæreticos, quia tamen Ecclesia advertit sub tali prætextu quemlibet posse præsumere, & sic plurimos seduci, sicque populo Christiano gravia pericula subversionis comminere, hinc rectè universaliter, doctis personis, & indoctis lectionem librorum hæreticorum prohibuit, præter personas idoneas à Sede Apo-

lica specialiter deputatas, vel deputandas. Ratio fundatur in communissima sententia DD. quod nimirum cessante fine adæquato legis in una particulari persona, non ideo cesset lex eam obligare, quia lex principaliter fertur propter bonum commune totius communitatis, & non propter bonum privatum hujus vel illius: ut si Magistratus præcipiat, ne quis denotum arma portet propter periculum rixarum, homicidiorum, etiamsi quis ob senium, vel mores pacatissimus, esset extra omne periculum rixarum, adhuc obligatur lege ob dictam rationem; eadem ratio à fortiori est in proposito. Insuper tamen fatear non improbabilem esse sententiam multorum DD. nominatim *Diana*, variis locis apud *Tamburin. cit. c. 1. n. 38.* nimirum quando cessat totus finis adæquatus legis in una persona particulari, tunc in illa cessare obligationem legis: saltem in foro conscientiae: esto ita in aliis: at in proposito nostro vix unquam potest cessare finis adæquatus legis prohibentis lectionem librorum hæreticorum (moraliter loquendo) nam præterquam, quod difficile videatur cessare omne periculum subversionis in lectione illorum librorum: reverà periculum subversionis non est totus adæquatus finis illius tantæ prohibitionis: est enim etiam 1. hæreticorum contemptus ex exterminatione eorum librorum enascens: est 2. evitatio, quantum fieri potest, omnis communicationis cum illis etiam in scriptis; est 3. ut ipsi, cum videant sua scripta à Fidelibus non legenda, à scriptione cessent. *Accedit*

cedit obedientia & reverentia tam severis  
 cilioꝝ & Pontificum Decretis debita: quæ  
 gò nunquam cessat finis adæquatus illius  
 bitionis, non est aperienda janua, quæ ejusmodi  
 bros impunè evolvere possit, etsi putes, (conce  
 quandò vel quis certus erit?) te in pericula  
 non lapsurum. Verùm quia nulla ex sine Episcopo  
 nulla regula sine exceptione. Ex sententia Pontificum  
 ehant. Tribunal. parte 2. tract. 2. Sect. 4. Pontificu  
 dub. 1. probabilissimâ epichia excipiendi  
 Archiepiscopi, & Episcopi in locis, ubi  
 Apostolica aliter provisum non est, quibus  
 ex officio competat autoritas legendi, contem  
 di, condemnandi errores & libros hæreticos  
 siquidem Apostolus ad Titum 1. inter  
 nes Episcopi maximè requirit, *ut possit ex  
 in doctrina sana, & eos, qui contradicunt  
 guere: Quomodo autem arguet eos, qui con  
 dicunt, si non licet eorum doctrinas falsas legi  
 Idem ibidem in generali regula etiam probabi  
 mâ epichia excusandum censet Theologum,  
 fessarium, vel Concionatorem ab omni peccato  
 & consequenter etiam ab omni censura incul  
 da, si ob rationabilem causam, utpote ad examina  
 dam citationem hæreticam, ad satisfaciendam  
 bio justè interrogantis, ad convincendum hæ  
 cum ex proprio suo, vel sui hæresiarchæ lib  
 specialiter quando speratur inde vincere, & in  
 moram non patitur, nec patet recursus ad  
 qui habet licentiam legendi ejusmodi libros  
 maximè si inde speretur bonus effectus ad*

severis versionem alterius errantis, ut meritò lex Charitatis  
 debita: quibus debeat vincere legem Ecclesiasticam, legat,  
 quantum ad id opus est, librum hæreticum. Lay-  
 nan antem *lib. 2. tract. 1. c. 15.* epychiam hanc  
 concedit cuilibet viro docto & prudenti in Ger-  
 mania legendi in libro hæretico, locum quæren-  
 do ad alium convincendum, si certò speret inde  
 convertendum. Neque obstat, quòd Bullæ Pon-  
 tificum prohibeant ejusmodi libros legere *quavis*  
*causa, quovis ingenio, vel colore:* nam præter-  
 quam, quòd causæ allatæ non sint coloratæ, sed  
 veræ & reales, ac in Charitate fundatæ, istæ par-  
 ticulæ potiùs ad defendentes, quam ad legentes li-  
 bros hæreticos referendæ sunt. Ut monet *Mar-*  
*chant. l. 6.*

## §. II.

*Hæretici librum haresin continentem, vel de*  
*Religione tractantem.*

**A**D incurrendum ergò hanc excommunicatio-  
 nem ex parti libri lecti requiritur. 1. Ut  
 hæretici sit. 2. Liber sit 3. Hæresin contineat.  
 4. Aut saltem de Religione tractet, etiamsi hære-  
 sin manifestam non contineret. Percurramus bre-  
 viter singula.

## 1. Hæretici &amp;c.

**S**eu ab hæretico compositum librum. Non enim hic comprehenduntur libri Infidelium, Turcarum, Judæorum, & quorumlibet non baptizatorum, quantosvis errores continentem con-

tra Fidem, quia non sunt liberi hæretici multò minùs libri Catholicorum hæreses res tantùm, imò hæresin continentés, etiã hæreticorum scholiis, & magnis quidem, imò adhuc enim absolute sunt libri Catholicorum. Cuius summa D. Thomæ simpliciter est eorum copiosissimas annotationes ipso corpore non inseruerit Cajetanus. Non ergo excommunicationem incurrunt, qui in libro auctoris Catholicus ei v. g. *Bellarmini, Becani* &c. hæreticorum extrinsecas ad verbum relatas legit, etiã præsentatione vel affectu hæresin discendi. Juxta munem DD. Navarr. c. 27. num. 56. *Sicut cit. num. 27. Azor. Layman. lib. 2. tr. 1. c. 1. alii.* Ratio est: quia lex Canonica non prohibet lectum, sed factum legendi librum hæreticis autem non legit librum hæretici, sed Catholicus, adeoque non incurrit censuram, si mala intentione peccet graviter. Idem dicitur de illis, qui in libro alicujus S. Patris, S. Patris Catholicus, vel quovis alio, alias non prohibet legit adjecta scholia, vel annotationes hæretici, ut sæpè occurrit: quia similiter liber simpliciter non est hæretici, sed Catholicus modò antea dictum; *ita cit. ex communibus licet liber alicujus Catholicus etiam ex more theoris hæresin contineat, legens tamen non incurrit excommunicationem ob eandem rationem, ut ex communi cum aliis notat Layman. c. 1. specialiter opera Origenis & Tertulliani in se pertas hæreses contineant, tamen ob*

doctrinam, & quia modò illarum hæresum non est periculum, ab Ecclesia omnibus, saltem prudentibus & intelligentibus permittuntur.

## II. Librum.

**E** Animirum quantitate compositum, ut verè censetur liber, sive magnus, sive parvus, dummodò verè liber sit prudentis iudicio. Decem foliorum magnitudinem requirunt aliqui apud *Tamburin. cit.* sive totus simul compactus, sive solùm pars libri seorsim legatur: imò ut ex communi rectè monent *Sanchez & Layman, cit.* etiam si solùm legatur præfatio ad lectorem, seu epistola dedicatoria, aut index annexus libro hæretico, saltem totas propositiones continens; sunt enim veræ partes libri, & mentem authoris hæretici, ac totam summam libri continent, & sæpè perniciosiores lectu, quàm magna aliqua pars corporis ipsius libri. Adde etiam: sive impressus illè liber sit, sive manuscriptus, dummodò sit per modum operis completi, & per modum libri typis mandari soliti. Ita cum pluribus *Suarez disp. 30. De Fide sect. 2. Sanchez lib. 2. moral. c. 10. n. 35.* Quia etiam manuscripta hominis, libri vocantur, & æquè perniciosa sunt. Quamvis de hoc disputet *Tambur. cit. §. 14.* satis benè suadens, legentes talia manuscripta hæreticorum non incurere hanc excommunicationem latam in legentes libros hæreticorum; fatemur tamen incurere alias excommunicationes Pontificum, latis in legentes libros prohibitos, sed in praxi perinde

est. at quid de legente solum brevem scripserit  
 epistolam vel concionem hæretici v.g. apud  
 alicujus revocationem solemnem, seu ut  
 professionem, impressam seorsim, quæ  
 pars alicujus libri hæretici, nec in forma  
 cujus libri, vel tractatus redacta, saltem  
 rem 10. foliis, ut determinarunt aliqui  
*Tamburin. supra. Suarez. proximè, cit. cent.*  
 lem incurrere etiam censuram, eò quòd  
 hibitio sit favorabilis Fidei, ideòque exten  
 non coarctanda ad propriè dictum librum,  
 maximè quia eadem ratio periculi militat  
 opusculis minutis hæreticorum, quæ in  
 libris. Sententia planè tutior. Sed miti  
 cendum cum *citt. Sanchez, Layman, Mar*  
*Tamburin.* quamvis certum sit talem jure  
 naturali posse peccare, & sæpè peccare  
 periculi, cui se moraliter exponit, proba  
 tamen non incurrere excommunicationem.  
 tior è contra est: quia licèt illa lex prohibens  
 rabilis sit Fidei, absolutè tamen odiosa est  
 libertatis humanæ, & per consequens strictè  
 pretanda intra rigorem verborum & restrin  
 da ad propriè dictos libros: atqui una talis  
 va scripta epistola, concio hæretica &c. quæ  
 non est liber, nisi fortè ad quantitatem decem  
 liorum accedat: ubi tamen benè notandum  
 lia legentem, etsi non incurrat excommunicationem,  
 nem, latam in legentes libros hæreticos,  
 tamen incurrere excommunicationem ejus  
 Bullæ, ut latam in credentes, faventes vel de



entes hæreticorum; si nimirum ejusmodi scriptis credant, consentiant, faveant, eam vel eorum auctorem defendant, idque exterius exprimant, juxta dicta supra.

III. Hæresin continentem : &c.

Nimirum ex mente Authoris hæretici expressè tractantem : idque etiamsi exigua sui parte hæresin contineat, cætera bonas materias tractet. Imò Sanchez *sup. n. 35.* censet, quòd nemo quis habeat talem librum hæretici, in quo solum legatur una vel altera hæresis, etiamsi illas omnino deleat, eradat, vel elaceret, non possit tamen deinceps legere, sed adhuc sub censura prohibita debere existimari : quia particularis expunctio non tollit communem libri prohibitionem. Dubium tamen est de ejusmodi libris hæreticorum, quorum principale & totale argumentum bonum est, tamen obiter & per accidens hæreses & errores continent, ut sunt verè libri Historici hæreticorum, utpote maximè *Censuratiorem Magdeburgerium, Aventini, Sleidani, Münsteri &c.* Unum præcipuum illorum intentum fuisse videtur statim Ecclesiasticum & Mönasticum convellere & denigrare; ideoque prohibentur sub mortali in Indice 2. classis. At an etiam comprehenduntur in Bulla coenæ sub excommunicatione reservata? Sanè valde conformiter verbis Bullæ affirmant Suarez *part. 3. tom. 5. disp. 21. Sect. 2. n. 10.* Sanchez *lib. 2. c. 10. n. 34.* & alii : Bulla enim disertè sub disjunctio-

prohibet libros hæreticorum, qui aut hæretici  
 continent, aut de Religione tractant: ergo & c.  
 men Germanus Moralista Layman *cit. c. 11*  
 censet in nostris partibus Bullam cum tantum  
 re non esse receptam: & opposita praxis est  
 proborum, qui tales libros sine scrupulo  
 & retinent; quare cessante periculo excusantur  
 non tantum à censura Bullæ, sed etiam à pro-  
 hibitione Indicis & peccato.

*IV. Ant de Fide, & Religione tractantem & c.*

**41** **U**tpote Sacram Scripturam interpretantur  
 Commentariis, Postillis, Concionibus, & c.  
 stiones Theologicas disputando, de Fide,  
 Dei, & Sanctorum, Justificatione, Sacramentis  
 stata Clericorum &c. Etiam si contingeret  
 tum sit, in tali libro nullum errorem contra  
 Orthodoxam concludi, nihilominus Ecclesiam  
 gravissimè prohibet sub mortali & excommunicatione,  
 tionem hæreticorum, quod nolit filios in illa  
 illa turbida aqua bibere, & putrido luto  
 garitas colligere; partim etiam ob periculum  
 remotum, & omnem occasionem lapsus  
 dendam; hæretici enim semper sunt hæretici  
 quamvis in aliquo libro apertè hæresin non  
 ceant, semper tamen venena stillant, & ipsi  
 si & modo loquendi legentis animum  
 escant, ut aut in persona hæretici sibi  
 ceant, aut ad alias doctrinas & libros hæreticos  
 animum apponant, undè gravissima sæpè per-

incautis eveniunt. Cæterum hæresiarcharum & hereticorum, qui nominatim damnati sunt, ut Lutheri, Calvini, Zwinglii, omnes omnino libri prohibentur Regulâ 2. Indicis, sive de hæresi, vel Fide aut Religione, sive de quacunque materia tractent. Sed de alia materia indifferenti, ut sunt libri hæreticorum Philosophici, Juridici, Medici, Grammatici, qui nec hæresin continens, nec de Fide vel Religione tractant, omnibus permissi, vel saltem prohibiti non sunt. De libris prohibitis universim dicam seorsim inferius in fine.

§. III.

Scienter legunt.

I. Scienter.

UT pote duplici scientiâ seu notitiâ, & Juris, 4<sup>ta</sup> scilicet esse prohibitum legere ejusmodi libros hæreticorum; & facti, nimirum hunc esse alicuiusmodi hæretici prohibitum. Excusat ergo omnis ignorantia opposita juris vel facti, prout docetur in materia de Legibus. Nimirum 1. Excusat ignorantia juris vel facti invincibilis vel culpabilis, sicut ab omni peccato, ita consequenter à pœna excommunicationis. 2. Omnis ignorantia culpabilis levis excusat à mortali, consequenter etiam excusat ab excommunicatione, quæ non potest infligi, nisi propter peccatum mortale. 3. Omnis ignorantia culpabilis etiam crassa, supina, etsi non excuset à mortali, excusat ab excommunicatione incurrenda propter istam particulam scienter, revera enim

L 3 non

non legunt *scienter*, qui quantumvis crassam ignorantiam, hunc librum esse hæreticè prohibitum. Secus censet communis de ignorantia affectata, eò quòd ignorantia affectata æquiparetur scientiæ, & sic tales æquivalenter legant *scienter*. Tamen dubium & tutum est, etiam ignorantiam affectatam excusare ab excommunicatione ratione prædicta *scienter*, dummodò non sit cum ingentibus peccatis conjuncta, ut cum Sanchez cit. Bonacina Stropalao docet Tamburin. cit. lib. 2. c. 1. n. 27. Et ego alibi tract. 1. c. 2. De actib. hæreticis n. 38. Ratio bona est: quia quando leguntur sub hujusmodi terminis: *qui scienter* solummodo *temerarie, ausu temerario hoc fecerit* non videtur solum requirere ipsam meram transgressionem legis ad incurrendam pœnam, sed etiam contemptum aliquem & contumaciam, quod saltem verisimillimum est in censuris finaliter & principaliter feruntur ad frangendam contumaciam: atqui talis contemptus & contumacia non potest stare cum ignorantia, nunquam, etiam affectata: nam in rigoribus *scienter*, & consequenter contumaciam facit, qui ex quacunque etiam affectata ignorantia facit: ergo &c.

## II. Legunt &amp;c.

43 **U**tique moraliter & intelligibiliter. **U**l. non legit moraliter, nec consequenter hujus prohibitionis pœnam incurrit, qui percipit sensum libri, utpote sola voce legens.

alieno idiomate ignoto; at verò legit moraliter, qui gnarus idiomatis solo visu & mœe librum hæreticum percurrit, ideóque excommunicationi subiacebit; quia ad moralem in dropriè dictam lectionem non est necesse, ut verba ore tenùs proferantur. II. Non legit maliter, qui alterum legentem librum hæreticum ipsum solum auscultat, ideóque non incuit censuram latam in legentes libros hæreticorum, quia reverà ipse nullo modo legit, quamvis peccet mortaliter, quatenùs se eidem cum gente periculo subversionis exponit, & possit currere excommunicationem ejusdem Bullæ latam in credentes, vel faventes hæreticorum, quando nimirum doctrinæ hæreticæ audæ serió complacet, favet, assentitur. At contra III. verè legit moraliter, qui alteri famulo .g. vel puero, sive intelligenti, sive non intelligenti tradit librum hæreticum legendum coram se, ut ipse audiat, verè, inquam, legit moraliter, etsi per alterius ministerium: nam quòd quis per alium facit, per se facere censetur. Nec dubium est, Ecclesiam & Pontifices etiam hos comprehendere voluisse in censura; nam aliàs quilibet in fraudem legis ageret, censuramque subterfugere facillimè posset: atqui secundum Jura & Canones *c. ult. de Regul. Juris in 6.* casus, per quem lex eluderetur, semper censetur prohibitus per ipsam legem, seu per illius dispositionem comprehensus: non quidem casu unà cum præcipiente, etiam spontè legens & intelligens excommunicationi subiacet,

cebit, notat DD. communiter, me... f.  
annes. Contra rursus IV. Non legit mor...  
nec consuetur incurrit hanc excommuni...  
nem lata in legentes libros hæreticorum...  
alteri tradendum librum hæreticorum...  
mittens, iam suadens vel mandans, ut pro...  
gat: quia pena vel censura lata in facientes...  
comprehendit mandantes, suadentes, confes...  
tes, &c. nisi exprimantur, cum lex penal...  
estè interpretanda sit. Attamen talis ma...  
potest incurri, & plerumque incurrit ex...  
communicatio, ut lata in fautores vel de...  
fores hæresis, scilicet, maligno affectu...  
res, præcipiat, et suadeat alteri legere pe...  
tem librum.

III. Legunt &c.

44 **U**tique in quantum aliqua etiam...  
moraliter, & sufficiente ad peccatum...  
le, tantamque consequentem poenam: nam...  
ctione librorum hæreticorum legentem a pe...  
mortalis, & consequenter ab excommunic...  
incurrenda excusari ex parvitate materia...  
apud omnes in confesso est. At quænam...  
feri debeat materiae parvitas? Quænam no...  
tans? notabilis? hoc opus, hic labor est.  
Sanè regulariter intolerabilis est sententia...  
letilib. I. c. 19. n. 4. & aliorum asserentium...  
etiam vel alteram lineam legere scienter in...  
hæretico sufficere ad incurrendam cen...  
eò quòd perfecta hæresis etiam in uno verbi...  
tineri possit. Sed rectè respondet Layman

§. f. in lege præsertim pœnali spectari id, quod communiter, non quod rarò contingit: communiter autem non imminet grave periculum ex tam modica libri hæretici lectione. Dicit autem *regulariter, communiter*; nam rectè observat Tamburin. *cit. n. 35.* quòd si pauca lineæ vel versiculi continerent totam doctrinam hæreticam, propter quam liber fuit proscrip-tus, certò non posse liberari à peccato & censura, qui illum locum scienter, deliberatè, & consultò legeret; cùm enim illæ pauca lineæ sint tota causa prohibitionis tam gravis libri, inobedientia non levis, sed gravis cen-teri deberet, ideòque etiam censuræ obnoxia. Econtra generaliter nimis laxè *Sanch. Rodrig. Sa.* aliique apud Dianam *part. 5. resolut. 42.* integram paginam majoris voluminis hæretici pro parva materia à mortali & censura excusante admittunt.

Principaliter ergo ratio habenda est finis præcepti sub excommunicatione prohibentis lectionem librorum hæreticorum, nimirum ad cavendum periculum subversionis in Fide. Piacet judicium nostri Patris *Marchantii Trib. tom. 2. tract. 2. q. 2. concl. 1.* non esse hic attendendum materialem parvitatem penes numerum linearum, vel paginarum magnitudinem, sed morale periculum subversionis ex materia, quæ legitur contra finem præcepti: v. g. aperit quis librum hæreticum, & primo statim intuitu, in primo vel altero §. advertit hæresin, vel errorem contra Fidem, & nihilominus, sive ex malitia, sive ex curiositate, vel

levitate pergit, hic legens etiam paucis  
 omninò peccat mortaliter, & anathematizatur  
 quia & periculo se se expoluit, & contra vo-  
 nem legis processit. At verò talis advertit  
 teriam esse indifferentem, Catholicis con-  
 præsertim historicam, politicam sine hære-  
 errore, etsi pergat legere unam, alteram, vel  
 paginam, *post factum* non est condemnandus  
 cati mortalis, nec consequenter excommu-  
 tionis incursum; quia revera respectu totius  
 & finis præcepti materia parva est, cum  
 periculum subsuerit. Dico tamen *post factum*  
 non enim suadendum est uti hæc licentia  
 ro propter periculum, quod subesse facile  
 nam ut ex Apostolo iteratò inculcatum: *Hereticorum sermo serpit ut cancer.* Quod si  
 quis in libro hæretico à principio quidem  
 ret legere multum, vel totum opus, & *post*  
 facto tantum legeret parum intra limites præ-  
 materiae modo definitæ, quacunque de ca-  
 terius non perexerit, peccasset quidem mor-  
 ea modica lectione, ratione internæ inter-  
 mortalis, seu in affectu; at non peccasset  
 literatione executionis externæ, seu in ex-  
 ideoque non incurreret censuram; quia  
 non punit intentionem internam malam, seu  
 cutionem, & lectionem externam, secundum  
 mnes. Verum

*IV. Legunt &c.*  
 45 **U**Tique rationabili *epichia* excipiendi  
 casus urgentis necessitatis, vel gravissimæ



litatis, prout de Episcopo, Confessario, Concionatore innuit. §. 1. in fine.

§. IV.

*Retinent, imprimunt, vel quomodolibet defendunt.*

**P**ost ipsos legentes etiam excommunicantur ii, qui juxta haftenus clara dicta, *librum haereticum haeresin continentem, vel de Religione tra-* *stantem scienter.*

*I. Retinent.*

**O**mnis enim persona singularis absque aucto-  
ritate Pontificis librum haeretici retinens, non tantum formaliter ad lectionem & usum sui, vel aliorum, suo vel alieno nomine, sed etiam materialiter tantum, v. g. ad ornatum, ob antiquitatem, vel aliam quamcunque causam, adeo ut Sanchez lib. 2. moral. c. 10. à n. 32. neque excuset aromatarios, librarios &c. qui similiter libros minimè ad legendum, sed ad involvendum aromata, libros vel alias merces retinent. Sed nunquid etiam tetinentes pro usu à posteriori? credo Sanchez dictorum, quòd sic, nisi fortè ita dilaceret totum, ut nullus sensus indè legi possit. Sed credo Germanos non admittere tantum rigorem. *Ratio est:* Quia Ecclesia & Pontifex simpliciter prohibet asservare tales vel illos libros volentes illos penitus aboleri, cum eorum asservatio semen quoddam sit, & conservatio haereticae Fidei, & continuatio occasio praesentibus & posteris eos legendi cum periculo lapsus. *Communis D. D.*

Sax.

*Sanchez, Layman. alii cit.* Interim tamen  
 missa semper parvitate materiae excusante,  
 sanè majori in retentione, quàm in lectione,  
 longè minor si culpa retinere, quàm legere  
 culat enim parvitas moræ, vel temporis in  
 nendo, imò etiam longior mora justa, dum  
 Etatur tempus opportunum tradendi Inquisitor  
 Ordinario, vel Confessario, vel Superiori  
 ecclesiastico. Denique quibus Auctoritate Apo-  
 stolica licitum est legere libros hæreticos, un-  
 quam licere debet eos libros retinere, saltem  
 que illa licentia durat, quæ moderno stylo  
 non solet concedi, nisi ad quinquenium,  
 ptis semper pestilentibus libris *Nicolai Ma-*  
*velli, & Caroli Molinei, & tractatibus de*  
 logia judiciaria: quo elapso & ipsi jubentur  
 libros extradere, nisi nova licentia impetrata  
 Sed hoc intellige de personis privatis: nam in  
 mania ob permixtionem hæreticorum tolerari  
 rum licet in Collegiis, Conventibus, Monasteriis  
 eos libros seorsim asservare, etiamsi actu non  
 esset, qui habeat licentiam eos legendi, dum  
 dò subinde adesse soleat, ut observat *Layman*  
 sæpè cit. Unde notanter dixi initio: *omnis*  
*sona singularis.*

*II. Imprimunt.*

46 **P**Eccant hi, & excommunicationem in-  
 runt quomodolibet ad impressionem libri  
 retici scienter propinquè cooperantes. Ut  
 qui librum imprimendum tradit. 2. Typo-  
 graphus qui librum accipit. 3. Qui typos ordi-  
 nat. 4. Qui

4. Qui imprimit. 5. Corrector, qui corrigit folia, ut emendata prodeant, nam & hic censetur imprimere, dum ad emendatè imprimendum concurrit, præterquam quòd jam legat, si intelligat, librum hæreticum, vel partes. *Communissima apud Sanchez cit.* Cæterùm qui solùm expensas facit ad impressionem, qui describit exemplar ad imprimendum, qui characteres, atramentum & similia facit, ut ferat impressoribus, etsi hi fautorum hæreticorum censuram incurrere possint, non tamen ut imprimentes; cum remotè satis concurrant ad impressionem; idemque à fortiori dicendum de Bibliopegis & Bibliopolis ejusmodi librorum jam impressorum; nam nullo modo imprimunt, sed solùm ut retinentes, vel hæresifaventes censuram incurrere possunt.

III. Quomodolibet defendunt.

Utpote qui librum ejusmodi hæreticum ut talem, seu quatenus opus hæretici est, commendant, laudant, defendunt, tuentur verbo, scripto, facto impediendo, ne in manus inquisitoris tradatur, comburatur &c. uti explicant *Tolet, Sayrus, Suarez, Sanchez, alii.*

APPENDIX.

De Lectione aliorum librorum prohibitorum.

Libri in Romano Indice sub peccato mortali (quippe ob periculum subversionis in Fide & moribus, ceu causam gravissimam) prohibiti sunt triplicis classis

I. Pri

## §. I.

*Primæ classis* prohibiti sunt libri omnium hereticorum de Religione tractantes, ac hæreticos continentés (illi ipsi, de quibus hæctenus vel de his si publice suspecti, eò quòd contineant propositiones, seu doctrinas: 1. *Hæresin sapienter Male sonantes*, quæ licet in sensu Catholico ligi possint, sæpius tamen in sensu hæretico solent. 3. *Temerarias*, seu insolentes communem rationem & auctoritatem. 4. *Calumniosas*, seu causam erroris, vel lapsus in Fidei, & morum præbentes. Hi omnes hereticorum editi, & in posterum edendi prohibentur sub peccato mortali, & excommunicantur reservata summo Pontifici, idque proprie auctores hæreticos; damnato enim auctoritate certo genere, puta Religionis damnata cetera omnia ejus scripta in eodem genere, scilicet de Religione tractantia, quam Regulam tradit Gregorius. c. *Fraternit. de hereticis*.

## §. II.

Secundæ classis sunt certorum; & tertie incertorum Auctorum etiam Catholicorum libri prohibiti ob contentam doctrinam hæreticam, suspectam, periculosam in Fide & moribus Fidelium. Hi ergo libri prohibentur non propter auctores, sed propter errores contentos tantum; aliqui absolute & perpetuo: aliqui conditione & restrictione, donec expurgati prohibentur sub mortali. Sed tunc & illi tunc

qui in Indicem relati sunt, vel fuerint, prohibentur etiam sub excommunicatione non reservata, à qua quivis Confessarius absolvere possit. Notat tamen Layman *hic c.* 15. n. 18. Indicem illum apud nos in Germania non esse cum tanto rigore receptum, quantum ad excommunicationem.

§. III.

Ulterius prohibentur absque omni dubio sub mortali omnes libri de magia tractantes, *Regul. Indici.* Item libri omnes tractantes de astrologia judiciaria. *Clem. VIII. constit. 20. Urban. VIII. const. 13. & 14. in Bullario.* Item omnes libri cujuscunque authoris res obscenas & lascivas ex professo tractantes *Reg. 7. Indici*, uti sunt *Aureus Asinus Apulei, Ameristus &c.* Permittuntur tamen libri Poëtarum Ethnicorum ejusmodi materiam continentes ob sermonis elegantiam & proprietatem, ita tamen ut pueris non prælegantur, vel præbeantur, nisi purgati: quod hos tamen libros legentes nulla extat censura excommunicationis, sed solum contrahitur peccatum mortale, si materiae & periculi gravitas addit.

§. IV.

**R**egulâ quartâ etiam prohibetur sub mortali ne fideles laici legant Biblia vulgari idiomate sine Episcopi, Inquisitionis, aut alterius Superioris licentia. Item ne legant controversias contra hæreticos vulgari lingua editas. Item ne disputent publicè vel privatim cum hæreticis; quod etiam sub pena excommunicationis prohibetur jure communi.

communi c. quicumque Tit. de hæreticis  
 rum licet hæ prohibitiones æquissimæ sint  
 iis parum vel nihil utilitatis, multum autem  
 culi subsit laicis, tamen in his nostris Regi  
 receptæ minimè, maximè quoad lectio  
 bliorum, ut meritò dixerit Serrarius in  
 menis Biblicis c. 20. q. 3. *Non puniuntur  
 laudantur, qui in Germania nostra nullam  
 peticâ facultate, Biblia vulgata & vernaculâ  
 quâ Eckii & Dierenbergii legunt. Sic ille  
 versionibus Lutheri, Calvini, aut aliorum  
 eorum intelligendum, quæ ob corrupte  
 quam libri hæreticorum in 1. classe, & sub  
 municatione reservata prohibitæ manent.*

## CAPUT IV.

### *De Spe Theologica, & peccatis positis.*

**S**pes apud Philosophos significat motum  
 passionem virtutis appetitivæ tendentem  
 num absens, ut arduum assequendum.  
 Theologos proportionaliter Spes significat  
 tem illam Theologicam, quâ voluntas tendit  
 bona supernaturalia, maximè verò in ipsa  
 tudinem, ipsùmque Deum, quatenus est  
 mum Bonum nostrum, utique arduum  
 assequendum. Dividitur ut cætera virtutes  
 habitualem, quæ est habitus infusus di  
 inclinans ad sperandum bona supernaturalia

rum per accidens annexæ, Ecclesiasticæ Irregularitas seu incapacitas ad sacros Ordines suscipiendos, & in susceptis ministrandum, & Privatio omnis Beneficij, Jurisdictionis, & Potestatis Ecclesiasticæ. 3. Privatio Ecclesiasticæ Libertatis. Pœnæ verò hæreticorum Politicæ sunt. 1. Confiscatio omnium bonorum. 2. Excommunicatorum subditorum à juramento Fidelitatis. 3. Pœna capitis. De quibus, ad nostrum nihil spectantibus, consulendi Juristæ & Legum Doctores. De pœnis autem excommunicatorum in communi, ex professo agitur in materia de Censuris.

### SECTIO III.

#### *Communicatio Catholicorum cum hæreticis in crimine, Sacris, Matrimonij Politicis.*

##### SUMMARIUM.

26. Mortaliter peccant, & excommunicantur communi-  
cantes cum hæreticis in ipso crimine hæresis, ut sunt
27. I. Eis in hoc credentes.
28. II. Eorum fautores.
29. III. Receptores, & defensores.
30. In causa hæresis: non autem in alia causa.
31. Quomodo, aut qualiter liceat, vel non liceat  
communicare in sacris, v. g. concionibus, ex-  
communicatione, Baptismo &c.
32. Matrimonia Catholicorum cum hæreticis sunt  
valida, mortaliter tamen illicita ob varia peccata.
33. Nisi rationabili causa excusentur.
34. Etiam quævis communicatio cum eis politica  
quæ ad subversionem inducens est sub mortali prohibita  
re divino, & naturali.

communi c. quicumque Tit. de hæreticis  
 rum licet hæ prohibitiones æquissimæ sint  
 iis parum vel nihil utilitatis, multum autem  
 culi subsit laicis, tamen in his nostris Regi  
 receptæ minimè, maximè quoad lectio  
 bliorum, ut meritò dixerit Serrarius in  
 menis Biblicis c. 20. q. 3. *Non puniuntur  
 laudantur, qui in Germania nostra nullam  
 peticâ facultate, Biblia vulgata & vernaculâ  
 quâ Eckii & Dierenbergii legunt. Sic ille  
 versionibus Lutheri, Calvini, aut aliorum  
 eorum intelligendum, quæ ob corruptelam  
 quam libri hæreticorum in 1. classe, & sub  
 municatione reservata prohibita manent.*

## CAPUT IV.

### De Spe Theologica, & peccatis positis.

**S**pes apud Philosophos significat motum  
 passionem virtutis appetitivæ tendentem  
 num absens, ut arduum assequendum.  
 Theologos proportionaliter Spes significat  
 tem illam Theologicam, quâ voluntas tendit  
 bona supernaturalia, maximè verò in ipsa  
 tudinem, ipsumque Deum, quatenus est  
 mum Bonum nostrum, utique arduum  
 assequendum. Dividitur ut cætera virtutes  
 habitualem, quæ est habitus infusus di  
 inclinans ad sperandum bona supernaturalia



actualem, quæ est ipsa actualis expectatio bonorum supernaturalium. Unde tam variè accipitur in Sacra Scriptura Spes. 1. pro habitu Spei 1. ad Corinth. 13. Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas, tria hæc, major autem horum est Charitas. 2. Pro actu sperandi, ad Roman. 8. Spe salvi facti sumus. 3. Pro ipso objecto materiali Spei ibid. Spes qua videtur, non est Spes 4. Pro ipso Deo, cujus promissioni & auxiliis innititur Spes, tanquam objecto formali Ps. 21. Tu es spes mea. Et alibi sæpissimè Thren. 3. Spes mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabam eum.

SECTIO I.

Spei definitio, & actus.

SUMMARIUM.

1. Definitio spei habitualis, & actualis.
2. Explicatur spes habitualis.
3. Objectum spei materialis.
4. Objectum spei formalis.
5. Actus spei sunt quinque.
6. Explicatio spei actualis.
7. Spei actus secundarius timor.

ASSERTIO I.

Spes habitualis adæquatè sumpta quoad omnem suum actum, Est virtus Theologica supernaturalis, quæ voluntas fertur in Deum, quatenus est Beatitudo nostra ex promissione Divina per mediâ ordinariâ obtinenda.

Spes autem actualis quoad actum principalem rectè definitur: Certa expectatio futura Beatitudinis ex Dei gratia, & nostris meritis

*ritis. Communis Theolog. cum Magistro  
Scoto dist. 36. ibid. D. Thom. 2. 2. q. 17.  
§. 1.*

## §. I.

*Spes habitualis adequatè sumpta.*

**N**imirum quoad omnes actus ab ipsa  
dependentes circa quæcunque objecta spei  
quæ scilicet supernaturali lumine Fidei pro  
nobis posse credimus, & virtute Spei pro  
speramus. Est.

I. *Virtus Theologica*, quia versatur im-  
circa Deum, ut summum Bonum nostrum  
quam proprium objectum principale. *Spes  
naturalis*: Quia est donum Dei supernatu-  
ralitatis nobis infusum: neque enim sine  
naturalis dono & auxilio Dei speciali possemus  
re æternam Beatitudinem, bonum iam  
arduum, omnemque captum naturaliter  
ascendens. Prout definit *Concil. Trident.  
can. 3.* In his ergò terminis velut generatim  
convenit cum Fide, & Charitate: reliquæ  
cant differentiam desumptam ab actu proprio.

II. *Quæ voluntas fertur in Deum quæ  
Beatitudo nostra* (significatur objectum  
materialium) *per auxilia & media ordinata  
cantur objecta Spei secundaria* ex parte  
*Divina obtinenda* (significantur objectum  
formale, ut mox intelliges amplius.) Omnia  
ergo: quemadmodum objectum materialium  
adæquatam sunt omnia à Deo revelata in  
ad ipsum Deum, qui est præcipuum re-

objectum Fidei principale ; reliqua omnia sunt  
 objecta Fidei secundaria, & revelata velut media  
 dinata ad Deum: objectum verò Fidei formale  
 proximum est revelatio divina; principale verò  
 prima veritas, seu infallibilis Auctoritas Dei in  
 credendo, vel revelando, qui nec falli potest, cum  
 infinite sapiens, nec fallere, cum sit infinite  
 verax: ex qua causa Fides infallibilem credendo-  
 rum certitudinem obtinet: ita planè planissimè.

III. Spei objectum materiale adæquatum sunt  
 omnia bona a DEO nobis promissa in ordine ad  
 finem Deum qui est præcipuum promissum, &  
 objectum Spei principale quatenus est Summum  
 bonum nostrum, Beatitudo, & ultimus finis no-  
 strus; reliqua omnia nobis promissa sunt objecta  
 Fidei secundaria, tanquam media ad Deum ulti-  
 mum finem nostrum consequendum, utpotè  
 gratia Dei per Christum, ejusque merita, auxilia  
 divina, remissio peccatorum, conversio, justi-  
 ficatio, merita nostra, quatenus tamen meritis  
 Christi & gratiæ Dei innituntur. Et generaliter  
 omnia media & bona supernaturalia, ac etiam na-  
 turalia vel temporalia, quatenus ad finem no-  
 strum ultimum necessaria & utilia sunt, quæ o-  
 mnia a Deo nobis proventura, sicut Fidei superna-  
 rali credimus certò, etsi obscurè, ita etiam Spei  
 naturali speramus certò, licet obscurè, pro-  
 missa est enim *Fides substantia sperandarum re-  
 rum, argumentum non apparentium*, adeoque  
 ut Fidei, ita etiam Spei objectum sunt res non  
 apparentes. Rom. 8. *Spes autem, quæ videtur,*

M 2

nob

non est spes, nam quæ videt quis, quid sperat  
autem, quod non videmus, speramus, per  
tiam expectamus.

4 IV. Objectum verò spei formale, seu  
formalis, & motivum formale sperandi,  
num quidem, est ipsa Dei promissio, ob-  
jectum verò & ultimum, est summa Fidelitas  
promittentis, qui quod promisit, potest  
re, cum sit Omnipotens, & vult præstare  
que certissimè præstiturus est, cum sit be-  
nignus & fidelissimus: unde aliàs cummu-  
niter objectum formale Spei esse summam  
bonitatem & benignitatem, atque  
quoque ex causa Spes Theologica constat  
infallibilem firmitatem obtinet, ut pote  
Divinæ promissioni, & fidelitati tanquam  
libili fundamento Ad Rom. 5. Spes  
confundit. Ad Tit. 1. In spem vitam æternam  
repromisit, qui non mentitur, Deus. Ad  
Volens Deus ostendere pollicitationis  
immobilitatem consilii sui, interposuit  
dum, ut per duas res immobiles, quibus  
le est mentiri Deum, fortissimum solati-  
mus, qui confugimus ad tenendum  
spem, quam sicut anchoram habemus  
tam ac firmam. Et ad Roman. 4. extollens  
Abrahæ inquit Apostolus: In repromissionem  
non hesitavit diffidentiam, sed confortatus  
dans gloriam Deo, plenissimè sciens, quia  
que promisit, potens est & facere: Deum  
jectum hoc formale Spei exprimit Scriptura

culis ferè lineis per verba: *Sperate in Deum, in Deo, misericordia, in adjutorio &c.* sperare autem Deum significat objectum materiale.

## §. II.

*Spei adequatè sumptæ actus varii.*

Quinque potissimum sunt: Tres prævii: Quartus principalis: Quintus secundarius & concomitans, scilicet, timor. I. Spei actus prævii sunt. 1. Amor DEI, ut Summi Boni nostri, quo scilicet voluntas affectu concupiscentiæ fertur in Deum ut summum Bonum nostrum apprehensum absolutè. 2. Desiderium simplex, quo voluntas fertur in Deum ut summum bonum nostrum, apprehensum ut absens, quod cuperet esse præsens. 3. Desiderium efficax, seu intentio efficax, quo voluntas fertur in Deum summum bonum nostrum, ut assequendum per media opportuna. Quid verò illud bonum assequendum sit maximè arduum, nec in nostra potestate possumus. Hinc

II. Quartus & principalis actus Spei est expectatio certa, quâ scilicet voluntas tendit, & firma cum fiduciâ fertur in Deum, ut Summum Bonum nostrum assequendum per gratiam & auxilia divina, ac media nobis promissa: ut elegerant docet *D. Thom. 2. 2. q. 17. a. 1. 5. & 6.* articulo quinto sic habet: Spes respicit arduum alterius auxiliò assequendum; nam sicut omnis spes versatur circa bonum arduum, quod scilicet consequendi difficultatem habet, & tamen per media opportuna, sive nostræ, sive alterius potestatis

statis assequendum iudicatur: ita Spes  
ca versatur circa Deum & Beatitudinem  
ut Bonum arduum, tamen per media  
ex gratia & auxiliis Dei consequendum.

III. Cum ergo Spes quoad omnes  
dictos tendat in Deum, ut Bonum nostrum  
Beatitudinem & ultimum Finem nostrum  
consequendum, affectu concupiscentiæ  
Spes dicitur amor concupiscentiæ: Quod  
differt, & imperfectior est charitate,  
amor amicitiae, tendens in Deum, ut  
Bonum in se, & propter seipsum super  
amatum, prout rursus eleganter exp  
Thom. 9. 17. 4. 8. Perfectus amor est,  
quis secundum se amatur, puta, cum aliq  
dum se vult alicui bonum, sicut homo  
cum. Imperfectus amor est, quo quis  
quid non secundum se ipsum, sed ut bon  
sibi proveniat, sicut homo amat rem,  
cupiscit. Primus amor pertinet ad Char  
quâ homo inhæret Deo secundum se ip  
Spes pertinet ad secundum amorem,  
qui sperat, aliquid sibi obtinere intendit  
*S. Doctor.*

IV. Hinc intelliges, quare objectum  
& motivum Spei dicatur aliquando sum  
Bonitas erga nos, aliquando summa Dei  
utrumque verum est diversa ratione: Spe  
quatenus includit amorem concupiscent  
Deum actibus illis potissimum praviis,  
formaie est summa Dei Bonitas erga nos,

Deus ut summum Bonum nostrum: Spei verò quatenus actu principali continet certam expectationem æternæ beatitudinis, objectum formale & motivum est summa Fidelitas Dei promittentis auxilia congrua ad illam consequendam: ut mox patebit amplius.

## §. III.

*Spes actualis, seu actus principalis Spei*

**E**t expectatio æternæ Beatitudinis. Rursus significatur objectum materiale primarium Spei, quod est ipsa Beatitudo æterna, tum objectiva, quæ est ipse Deus summum Bonum nostrum nobis æterna beatitudine fruendus, & nunc sperandus: tum formalis, quæ est clara ac beatifica Dei visio ac fruitio.

II. Expectatio *certa*: nimirum ob certitudinem motivi formalis, quod est summa Dei Fidelitas promittentis nobis auxilia sufficientia, & efficacia ad æternam Beatitudinem consequendam, ut §. I. indicatum, hæc solâ differentiâ, quod Spei sic acceptæ quoad actum primarium objectum formale proximum sit ipsum auxilium divinum; mediatum sit promissio divina; ultimum & principale sit dicto Dei promittentis Fidelitas summa: nam ideo certò spero Beatitudinem, quia auxilia promissa scio: & ideo spero auxilia, quia Deus promisit; & ideo fido promissioni Divinæ, quia est summè & infinitè fidelis in promittendo, potens & volens præstare, quod promisit, quia omnipotens, & summè, erga nos bonus ac benignus est. Hoc

M 4

nimi-

nimirum sensu David in Psalmis passim  
suam collocat in auxilio, adjutorio, gratia  
misericordia DEI dicens: *DEUM* adjuvans  
Spei sua; *DEUS* auxilium meum, & spes mea  
*DEO* est. Et Concil. Trid. Sess. 6. c. 13.  
*I. DEI* auxilio firmissimam spem omnes  
debent.

III. *Ex gratia DEI & meritis nostris*  
eternam beatitudinem sperare debemus  
ex sola gratia DEI sine nostra cooperatione  
meritis, uti sperant hæretici, neque ex solis  
meritis & operibus sine gratia DEI, sed in  
que, ita nimirum, ut gratia DEI sit modus  
principale Spei nostræ, nostra verò meriti-  
tium secundarium, non quidem quatenus  
eise a nobis & nostris viribus sunt, sed quatenus  
& ipsa sunt ex gratia DEI, ac DEI dona,  
dia ordinata ad Beatitudinem. *DEUS* enim  
ait Apostolus ad Philip. 2. *Qui operatur*  
*in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate*  
*Christus* Joan. 15. *Ego sum vitis, vos palmites*  
*quia sine me nihil potestis facere.* Et Concil.  
Sess. 6. c. 16. disertè ait: *Licet bonis operibus*  
*S. litteris tanta tribuantur, absit tamen, ut*  
*Christianus homo in se ipso vel confidat, vel gloriatur*  
*& non in Domino, cujus tanta est erga omnes*  
*omnes bonitas, ut eorum velit esse meriti-  
umque sunt, ipsius dona.* Hæc  
Concil.



## §. IV.

*Spei actus concomitans, Timor.*

**S**pei Theologicæ tendentis in æternam Beatitudinem, ut bonum maximè arduum assequendum per alia Divina, actus concomitans & secundarius est *timor*, ne illo summo Bono excidamus. Et enim spes nostra certissima sit, quantum est ex promissione DEI, quia tamen promissio non est facta nobis absolute, sed requirit nostram cooperationem, merita, & perseverantiam, de quibus nemo certus esse potest: nam ut ait Ecclesiasticus c. 9. *Nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta*: Et Apost. 1. Corinth. 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*: hinc in homine semper conjuncta esse debet & spes firma ex parte DEI, de ejus gratia & auxiliis; & timor humilis ex parte nostra, de nostra sufficiente cooperatione: Inde ne desperemus, hinc ne presumamus: sed ut hortatur Apostolus ad Philip. 2. *cum metu & tremore salutem vestram operamini*. Id ipsum passim hortantur SS. PP. Juvat audire unum & alterum D. Hieronym. Epist. ad Celantiam: *Quamdiu in hujus vite agone versamur; nec peccator desperare debet, cum uno die se justum efficere possit; nec Sanctus (id est, qui nullius culpa sibi conscius est) securus esse debet, ne de prætèrita justitia confidens remissior efficiatur; sed exemplo Apostoli ad Philip. 3. Quæ retrò sunt obliviscens, ad ea, quæ priora sunt, se extendat*. D. August. lib. de corrept. & grat. c. 13. *Propter hujus*

186 *Tract II. In I. Præcept. Decal. Cap. III.*  
utilitatem secreti (ne fortè quis extollatur  
omnes, etiam qui benè currunt, timeant, dan-  
cultum est, qui perveniant) credendum est,  
dam de filiis perditionis non accepto dono per-  
randi usque ad finem, in fide, qua per dilecti-  
operatur incipere, vivere, & aliquandiu fide  
ac justè vivere, & postea credere. D. Ber-  
Serm. 1. in Septuagesima. *Quis potest dicere  
de electis sum, ego de prædestinatis ad vitam  
de numero filiorum? Reclamante Scriptura  
homo, si sit dignus amore, an odio? Certum  
utique non habemus, sed spei fiducia consolatur  
ne dubitationis hujus anxietate penitus  
mur. Hæc Sanctus. Lege D. Bonavent. in  
26, c. 1. 4. s. Spei ergo Theologicæ actus  
palis est sperare & confidere in Deo contra  
rationem; secundarius & concomitans est  
& diffidere de se contra præsumptionem.  
frà patebit ampliùs.*

## SECTIO II.

*Spei Theologica necessitas, & obligatio*

### SUMMARIUM.

8. *Spes necessaria est ad salutem necessitate mediè  
cepti in adulto.*
9. *Præceptum divinum naturale, & positivum obligat  
actum spei.*
10. *Per se, solum sub initium usûs rationis.*
11. *Per accidens autem sæpiùs obligat.*
12. *Sicut & ad eliciendum actum Timoris Dei, quæ  
minet periculum proximum peccandi mortaliter.*

Certum est de Fide, spem esse necessariam ad salutem necessitate medii, & consequenter etiam in potente sperare, necessitate præcepti. Ad Roman. 8. *Spe salvi facti sumus.* Et latè ad Hebr. 10. & 11. *Crederet enim oportet accendentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remuneratior sit.* Ubi cum Fide Spes exprimitur. Ad Coloss. 1. *Si tamen permanetis in Fide fundati & stabiles, & immobiles in Spe &c.* Ratio eadem est, quæ supra de Fide: quia ad salutem necessitate medii omninò necessarium est homini adulto tendere in ultimum finem cognitione & affectu, cognitione quidem per Fidem, affectu verò per Spem & Charitatem: Fide enim apprehendimus Deum ultimum finem; Spe expetimus & expectamus eum ut summum Bonum nostrum: Charitate ei conjungimur ut summo Bono in se: ergò &c. Præceptum Spei quadruplex est; duplex affirmativum. 1. De eliciendo actu Spei. 2. De eliciendo actu Timoris, certo tempore & casu exigente: & his opponitur duplex præceptum omissionis, nimirum non sperare, & non timere, quando oportet; & de his dicam *in hac Sectione.* Et duplex negativum: nimirum, de non desperando, & non præsumendo contra Timorem Dei; quibus similiter opponitur duplex præceptum commissionis, nimirum desperatio, & præsumptio, de quibus dicam *Sect.*

3. & 4.

ASSER-

## A S S E R T I O II.

**P** Ræceptum Divinum naturale & positivum ligat ad eliciendum actum Spei, solum quod nus necessarius est necessitate medii sub initiatione rationis: non item postea; per accidens a sapienti, quemadmodum etiam ad eliciendum actum Timoris Dei, quoties imminet periculum proximi peccandi mortaliter. Communissima DD.

## §. I.

*Præceptum Divinum naturale positivum Spei.*

**R** Atio præcepti naturalis est: quia quod est necessarium ad salutem necessitate medii homini adulto, etiam est necessarium necessitate præcepti naturalis, quo homo tenetur tenetur in suam salutem, & finem ultimum per se ordinata: sed Spes actualis Beatitudinis per se ordinata & promissa obtinenda, non est necessaria necessitate medii, ut modò prædictum fuit: ergò præcepto naturali tenetur homo quando exercere actum Spei, saltem quando est necessarius necessitate medii. De præcepto positivo non potest esse dubitatio homini legentibus Scripturas, cum nihil sapientiùs inculcetur in illis ferè paginis, quàm præceptum sperandi in Deo, ut superfluum sit allegare. Certum est enim cum hoc præceptum Spei affirmativum non utique pro semper, sed solum aliquando certo tempore aliquo per se loquendo, & eodem omninò modo, quo præceptum Fidei ad eliciendum

dum assensum rebus revelatis obligabit, Sed claritatis gratiâ brevissimè applico.

§. II.

*Sub initium usûs rationis.*

Cum primùm nimirum homini rationis usum **IO** adeptus Deus & Beatitudo æterna tanquam Finis, in quem bonis actibus & mediis ordinatis tendere debet, sufficienter proponitur, tunc enim non diu saltem differre debet, quin in hunc finem per actum Spei feratur, mora culpabili prudentis judicio æstimanda. *Communis DD.* maximè *Thomistarum* apud Sanchez *lib. 2. moral. c. 39. n. 3.* Quamvis ipse contradicat cum multis aliis, & subdubitent *Scotista*: eò quòd tunc sufficere videatur Spes implicita in pio motu voluntatis in Deum ipsum actum Fidei consequente. Et certè sufficienter confendi sunt eliciisse actum Spei, & præcepto satisfecisse, cum proponant abstinere à peccatis, & Deum non offendere, ne salute excidant. Et quis hominum non sæpissimè elicit hunc actum? Vide, quæ in simili dicam *c. seq. de Charitate*, ubi explicabitur prima propositio inter damnatas sub *Alexand. VII. Pontifice.*

§. III.

*Non item postea: per accidens autem sapiens.*

**H**abito ergò semel actu sive explicito sive **II** saltem implicito Spei, quo necessitati meo factum sit, quando deinceps per se obliget præceptum affirmativum Spei, vana & inutilis

tilis est quæstio; cum ex una parte nullum  
 pus assignari possit, quemadmodum de ipso  
 Fidei, sicut supra suo loco demonstratum  
 e. 2. Sect. 3. Ex altera autem parte moraliter  
 contingere possit, quin homo non desperatus  
 pissimè eliciat actum Spei. Per accidens au-  
 sapiùs obligari potest, & generaliter in dis-  
 casu.

I. Quotiescunque homo gravi periculo vel  
 tatione desperationis affligitur, & urgetur ut  
 ripsi non posse videatur, nisi animum contra  
 ctu Spei Theologicæ confirmet. *Communiter*  
 Tenetur enim tunc homo tentationi resistere,  
 periculum peccati fugere, quantum potest  
 peccato mortali: at non potest resistere tali te-  
 rioni, & evadere periculum, nisi exercendo  
 situm actum Spei, ut supponitur: ergò &c.  
 quidem casu non præceptum affirmativum  
 per se, sed negativum, obligans ad non despa-  
 dum, obligat etiam ad sperandum tanquam  
 dium necessarium ad evadendum desperatio-  
 barathrum sub eodem numero peccato, ut in li-  
 li supra de Fide ostensum est.

II, Præceptum Spei per accidens obligat,  
 tiescunque tenetur homo exercere actum ne-  
 sariò requirentem Spem: utpote actum Ora-  
 nis, Pœnitentiæ, Contritionis, vel Attritionis.  
 Actus enim veræ Orationis, Contritionis  
 simpliciter stare non potest absque formali vel  
 tuali actu Spei de gratia, venia, misericordia  
 vina, ut per se manifestum est; nullus enim

vel petit aliquid à Deo, quod non sperat, & inanis est pœnitentia sine spe veniæ. Item per accidens obligat præceptum, Spei de auxilio divino, quoties imminet tentatio cujusvis lapsus in peccatum, quamvis tunc omissio Spei non sit peccatum distinctum ab illo peccato, v. g. luxuriæ cum omissione Spei perpetrato; ut ex communi notat Layman. *hic c. 2. n. 1. in fine.* Et nos aliquid mox iterum.

§. IV.

*Quemadmodum etiam ad eliciendum actum Timoris Dei.*

**P**Ræceptum timendi etiam frequentissimè inculcatur in S. Scriptura. Ecclesiastici 1. *Timor Domini expellit peccatum: Et qui sine timore est, non potest justificari.* Atque Matth. 10. *Timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.* 1. Petri 2. *Deum timete.* Ad Philipp. 2. *Cum timore & tremore salutem vestram operamini.* Et ratio præcepti est evidens: nam ipsum præceptum obligans ad prosecutionem boni consequendi, hoc ipso consequenter obligat secundariò ad fugam vel timorem mali oppositi incumbendi: atqui præcepto divino naturali positivo obligatur homo ad actum Spei, seu prosecutionis firmæ summi boni, ac beatitudinis per media ordinata consequendæ: ergo simili præcepto divino homo quoque obligatur ad actum Timoris Dei, seu fugam oppositi summi mali, scilicet æternæ damnationis, & omnium, quæ nos à summo Bono abducunt, & ad æternam

nam damnationem adducunt, uti sunt omnia  
 sola peccata mortalia, eorumque propria  
 proxima pericula: & consequenter præcepti  
 timoris obligat per accidens (certè non  
 per se, seclusò periculò labendi). quòries in  
 periculum proximum peccandi mortaliter  
 tues enim tenetur homo cavere peccatum  
 cavet autem peccatum, nisi aliquo conatu  
 more Dei, sive filiali, sive initiali, sive etiam  
 vilitantùm. Timor filialis est, quo homo  
 & refugit peccatum ex amore Dei summi  
 & quasi affectu filiali abhorret offensam De-  
 lestis Patris. Et hic dicitur Timor Domini  
 etus; estque effectus Charitatis. Timor  
 lis dicitur, quo homo timet & refugit peccatum  
 ut est offensam Dei, æternam vel temporalem  
 nienda. Dicitur initialis, quia talis timor  
 tium conversionis, juxta illud Isa. 26. *à timore  
 Domine concepimus, & parturivimus Spem  
 salutis.* Et talis timor est effectus Spei  
 tis in Deum, & Beatitudinem, & summum Bonum  
 nostrum, & consequenter etiam timentis peccatum  
 offensam Dei ab illo summo Bonum  
 rari, est utilis & meritorius. Timor serviliter  
 tum dicitur, quo homo timet Deum & peccatum  
 solummodò ob metum & ex metu poenæ  
 vel temporalis à Deo comminatæ: & hic  
 etsi sufficiat in periculo labendi seu peccandi  
 taliter ad peccatum impediendum, adeoque  
 faciat in periculo labendi &c. præcepti  
 tis Dei tunc exercendi, quia tamen ordinatur



filius amoris proprii, inutilis est, non meritorius,  
 etiam sæpe vitiosus mortaliter, quando nimirum  
 homo ita constitutus est, ut positivè nollet fugere  
 peccatum, sed vellet hic & nunc peccare, nisi il-  
 las pœnas timeret, ut alibi iteratò explicatum est.  
 Denique ex communi, rectè hic concludit *Mar-*  
*chant.* non elicere actum timoris Dei, cum peri-  
 culum peccati urget, non constituit speciale pec-  
 catum distinctum ab eo, quod ob defectum timo-  
 ris Dei omitti committitur, quia nimirum utrum-  
 que præceptum, & de eliciendo actu timoris, &  
 de cavendo quocunque peccato, uno eodèmq̃ue  
 fine determinatur. Etenim præceptum timoris  
 Dei est generale remedium à Deo impositum, &  
 in quolibet præcepto particulari virtualiter inclu-  
 sum, generaliter movens ad cavendum peccatum  
 committendum, & ad recedendum à peccato jam  
 commissò. Ex dictis jam patet de duobus peccatis  
 omissionis contra virtutem Spei: Quæ sunt omis-  
 sio actus sperandi, & omisso actus timendi tem-  
 pore debito. Porro sicut in virtutibus moralibus  
 uni virtuti opponitur duplex peccatum commissio-  
 nis, unum per excessum, alteram per defectum  
 (v. g. liberalitati opponitur per excessum, pro-  
 digalitas, & per defectum avaritia) ita virtuti  
 Spei Theologicæ opponitur duplex peccatum  
 commissionis, desperatio per defectum, & præ-  
 sumptio per excessum, contra duplex præceptum  
 Spei negativum non desperandi, & non præsu-  
 mendi, utrumque ad semper & pro semper ob-  
 ligans.



## S E C T I O III.

*Peccatum desperationis.*

## S U M M A R I U M.

13. *Quid desperatio negativa, privativa, & positivè dicta desperatio?*  
 14. *Desperatio positivè deliberata de beatitudine, & diis ad illam, peccatum mortale; magis tamen minus grave juxta diversa motiva desperandi.*  
 15. *Quatuor viæ & regulae particulares dignoscendæ tatem desperationis.*  
 16. *Desperare de propria virtute non semper est peccatum.*

13 **D**esperatio, sicut infidelitas e. præcedit, accipi potest negativè, privativè, & positivè. Desperatio negativa, sed improprie est carentia Spei in homine, qui non potest non debet habere Spem actualem, ut in peccatis, infidelibus, qui nihil unquam sperant de Beatitudine æterna, ac etiam in infidelibus eo tempore, quo non obligat præceptum sperandi, & sic nullo modo est peccatum. Desperatio privativa etiam improprie dicta, est carentia vel ommissio voluntaria actûs sperandi in homine, qui potest, & hic & nunc deberet habere Spem, eo scilicet tempore, quo obligat præceptum sperandi, juxta supra dicta, & sic, etiam si peccatum mortale contra præceptum affirmativè sperandi, non tamen potest dici proprie desperatio, aut talem hominem desperare, quippe qui Spem nunquam habuit. Ommissis ergo his improprietatibus, positivè & proprie dicta desperatio dicitur: *abjectio positivè voluntaria & deliberata*

omnis Spei consequendi beatitudinem, vel media  
sufficientia ad illam. Cum scilicet voluntas actu  
positivo deliberato deponit, & abjicit omnem  
spem consequendi beatitudinem, vel media ad illam,  
ideòque positivè non vult ampliùs in operando  
tendere in illam: sicut enim ipsius Spei, ita etiam  
oppositæ desperationis objectum primum est  
Beatitudo obtinenda; objecta verò secundaria sunt  
media omnia ad illam consequendam ordinata,  
ut gratia Dei, remissio peccatorum, & emendatio  
vitæ, Justificatio &c. Non enim peccat minùs,  
qui desperat de remissione peccatorum, gratiâ  
DEI, emendatione vitæ, vel quocunque medio  
consequendæ Beatitudinis, quàm qui directè de-  
sperat de ipsa Beatitudine consequenda.

ASSERTIO III.

**D**esperatio positiva, scilicet deliberata & voluntaria abjectio omnis Spei consequendæ Beatitudinis, vel media ad illam, est peccatum mortale gravissimum, magis tamen, vel minùs grave juxta diversa motiva desperandi. Certa apud omnes.

Hoc nimirum est peccatum primum in Spiritum Sanctum, quatenus desperatio procedit ex diffidentia de bonitate & misericordia DEI, Spiritui Sancto specialiter appropriata: & eo ipso, quo desperans abjicit spem Beatitudinis & mediolorum ex DEI gratia, & sua cooperatione præstandorum, Spiritui Sancto omnem prorsus viam & aditum per gratiam in animam suam intercludit. Neque solum desperatio de se gravissimum peccatum

catum est, cum per eam homo totaliter & se avertat ab ultimo Fine, & volens in damnum precipitet, juxta illud D. Isidori *Lib. Summo Bono. c. 14. Perpetrare flagitium anima est, desperare autem est descendere infernum.* Verum etiam est multorum & simorum peccatorum causa. Ad Ephel. *desperantes semetipsos tradiderunt impuri in operationem omnis immunditia &c. Et 18. in persona peccatoris: Desperavimus, temptationes enim nostras ibimus, & uniusque pravitatem cordis sui mali faciemus.* Et sic que ut desperantes de misericordia DEI consequenda, abjecta omni cura Salutis, & omni freno timoris se tradant omnibus peccatis, in justitiis, libidinibus, horrendis atrocitatibus, ut tandem conscientiam scelerum cruciatam, & pertasi sibi ipsis mortem inferant, sequaces post traditionem Domini desperantis, qui laqueo se suspendit. *Dixi esse peccatum & minus grave juxta motiva diversa ad peccatum; pro quo discernendo notentur sequentia.*

*Regula Particulares.*

**15** **Q**uisquis desperat ex eo, ut arbitretur, illum salvare non posse, aut defactorum aut illum defacto positivè reprobasse absque peccatorum praevisione, aut peccata sua irremediabilia esse, aut suam malitiam & operationem gratiam vinci non posse, ut dicat cum improbo *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. prater peccatum mortale desperationis.*

**Crimen** hæresis committit. *Ratio clara est: Omnis enim* voluntariè & pertinaciter adhærens propositioni hæreticæ, est formalis hæreticus: sed omnes illæ propositiones sunt hæreticæ, ut constat ex S. Scriptura, & Definitionibus Ecclesiæ: nullus enim est, quam DEUS salvare non possit, aut nolit, aut positivè damnare velit ante peccatorum, & finalis impœnitentiæ prævisionem; damnatio enim sequitur iudicium DEI: At Jacob. 2. *Misericordia Dei superexaltat Iudicium.* Et Ezech. 18. *Nunquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus, & non ut convertatur à viis suis, & vivat? Isa 1. Lavamini, mundi estote, &c. si fuerint peccata vestra ut coccinum quasi nix dealbabitur.* At quid si DEUS peccatori revelaret suam damnationem? Speculativum dubium consultò rejicio in finem.

II. Quisquis desperat ex eo, quòd credat se non esse de numero prædestinatorum, aut quia diffidit omninò se posse emendare vitam suam cum auxilio DEI, præter peccatum desperationis etiam crimen temeritatis in materia Fidei committit, quia nimirum in materia Fidei de occultis Dei iudiciis judicare præsumit, quæ absque revelatione sciri non possunt: nam teste sapiente Ecclesiast. 9. *Nescit homo utrum amore, vel odio dignus sit: & ideo, juxta Apostoli præceptum, cum metu & tremore quilibet salutem suam operari tenetur.*

III. Qui desperat de misericordia, gratia, auxilio DEI absque errore, vel temeritate in materia Fidei, utpote quia putat Deum defacto sui non

miserturum, non salvaturum, auxilia efficaci  
 præstiturum, &c. aut ex pusillanimitate, ob  
 cultates apprehensas, & infirmitatem sua  
 diu compertam, arbitratur se non perseverat  
 ideoque damnandum, sicque Spem omne  
 titudinis consequendæ abjicit, mortaliter  
 peccat peccato desperationis simplici, tam  
 que peccato admixto hæresis: quia nimirum  
 desperatio nullo errore contra Fidem nititur  
 enim est de Fide credendum, quòd Deus  
 sit tui miserturus, & te salvaturus; sed  
 quòd possit tui misereri, teque salvare,  
 etiam velit, si ex parte tua non deficias: non  
 Fide, quòd tu sis perseveraturus, sed solum  
 cum Divino auxilio perseverare possis,  
 possit, ut quis recta Fide quidem credat,  
 credendum est, nimirum omnes homines  
 tia & auxilio Dei sufficiente per merita Christi  
 vari posse, ipse tamen in particulari ex pu  
 mitate ob apprehensionem difficultatum,  
 becilitatis suæ, se existimet defacto salva  
 non esse, ideoque animo despondens  
 conatum omittere velit. Tota ergò ratio  
 peccati consistit in hoc, quòd diffidat, & de  
 cum tamen confidere & sperare deberet ex  
 pto divino.

¶ 6 IV. Desperatio de propria virtute ex  
 ratione suæ infirmitatis, peccatorum gravium  
 multitudinis, frequentissimorum lapsuum,  
 teratæ consuetudinis, &c. si Spem Divinæ  
 ordiæ & auxilii non excludat, sed retineat.

apprehendat, peccatum non est, quin melioris  
 vitæ incentivum; fieri enim potest, ut homo ex  
 consideratione suæ infirmitatis, gravium & mul-  
 tiplicium peccatorum, sentiens se omni virtute  
 destitui, absolute de se & omnibus suis viribus de-  
 speret, interim in solam DEI misericordiam in-  
 finitam, & omnipotens auxilium animum con-  
 vertat, cum Ipe plenissima in unum Deum, qui  
 illum salvare potest. Et hæc est vera Christiani ho-  
 minis Spes, & fortitudo confirmans ad salutem,  
 tantoperè commendata à Spiritu Sancto in Sacris  
 Litteris. Psal. 31. *Sperantem in Domino miseri-*  
*cordia circumdabit.* Psal. 33. *In Domino spe-*  
*rans non infirmabor.* Isa. 40. *Qui sperans in Do-*  
*mino, mutabunt fortitudinem.* Et eleganter de-  
 pingit Jeremias Thren. 3. *Et dixi: Perit finis*  
*meus, & spes mea à Domino. Recordare pau-*  
*peratis & transgressionis meae, absyntii, fellis.*  
*Memoria memor ero, & tabescet in me anima*  
*mea. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo. Mi-*  
*sericordia Domini, quia non sumus consumpti,*  
*quia non defecerunt miserationes ejus.* Ubi Pro-  
 pheta ex diffidentia & desperatione sui assurgit ad  
 spem in solo DEO collocandam, in quo sanè  
 consistit specialissimum & ferè unicum remedi-  
 um contra desperationem in quantumvis gravi  
 tentatione. Exempli gratiâ: proponit tibi Dæ-  
 mon, vel ipsa mala conscientia tua multa & gra-  
 via peccata, recidivas continuas, pessimos habitus,  
 certam ex peccatis tuis damnationem, &c. pru-  
 denter facis, si omnia concedas, & de viribus

tuis simpliciter desperes: verum admissa in virtutibus imbecillitate & impotentia tua, am-  
 vicia  
 quis  
 bus v  
 sibi  
 pecc  
 17. Pr  
 18. A  
 P  
 19. C  
 20. A  
 R  
 PE  
 dinen  
 benefi  
 Specie  
 stera  
 Justi  
 laxan  
 Sp  
 pecca  
 quam  
 dia d  
 tualite  
 finita  
 virt

converte ad Deum, qui solus te salvare potest  
 qui infinitos peccatores, quorum salus des-  
 fuit, salvavit. Idem tibi præstare posse per  
 & media opportuna, atque ex infinita sua boni-  
 & misericordia, largisque promissionibus  
 velle, firmissimè confide. Itaque totaliter in  
 Bonitati & Misericordiae Divinae, ejusque  
 liis semper paratis, ne anxie apprehendas  
 modam emendationem vitae, & persevera-  
 usque in finem, sed velut dietim, seu de  
 diem vivens cum DEO tuo semper, saltem  
 die propone efficaciter gratiae Dei cooperari  
 facere, quantum potes, crastinum vero  
 quum committens Divinae Providentiae & in-  
 Bonitati, non volenti mortem hominis, sel-  
 tius, ut convertatur, & vivat. *Lege Man-*  
*hic tit. 3. 9. 5.* Et vide etiam dicta in materia  
 Pœnitentia, cum de proposito.

Dicta semper intelligenda sunt de despera-  
 voluntaria & deliberata Beatitudinis & ma-  
 rum ad illam, ut excludantur involuntariae  
 deliberatae tentationes, imaginationes, phan-  
 melancholicæ, hypochondriæ, pro quibus  
 dis Medicus cum pharmacis advocandus  
 Item desperationes etiam voluntariae ex aliis  
 vis, ut ex avaritia, ex libidine, ex intento  
 impudenter appetito, & non consecuto. Ex  
 bus causis multi sibi sæpe mortem inferunt,  
 nefanda non pertinent ad desperationem



virtutem Spei Theologicæ, ut patet, sed ad alia vitia, & homicidium sui ipsius. Quòd si tamen quis ex desperatione Divini auxilii in suis laboribus vel tribulationibus, præ impatientiâ mortem sibi optaret, vel inferret, is utique etiam peccaret peccatò desperationis contra virtutem Spei.

SECTIO IV.

De peccato Præsumptionis.

SUMMARIUM.

- 17. Præsumptio quid, quale & quando peccatum?
- 18. Ad dignoscendum, qualiter peccetur, seu peccari possit peccato præsumptionis, statuuntur quatuor regulæ particulares.
- 19. Corollaria.
- 20. An quis, rebelat a sua damnatione, adhuc sperare possit? Respondetur sub distinctione.

ASSERTIO IV.

**P**ræsumptio generatim est actus voluntatis de-  
 liberatè proponentis ac confidentis Beatitudinem, remissionem peccatorum, aliave dona vel beneficia consequi absq; mediis à Deo ordinatis. Specialiter autem: Præsumptio est fiducia præpostera de bonitate & misericordia excluse rigore Justitiæ, peccatis liberius perpetrandis habenas laxans. Omnes.

Specialis ista præsumptio propriissimè dicta est peccatum gravissimum in Spiritum Sanctum, quam maximè repugnans Bonitati & Misericordiæ divinæ Spiritui Sancto attributæ; quippe virtualiter saltem negans Justitiam Dei, & ipsam infinitam Bonitatem, ac Misericordiam divinam

in occasione peccatorum & malitiæ ac  
 tentiæ anam detorquens grandi blasphemia  
 lis enim ita de Misericordia Divina præ  
 habet hujusmodi iudicium causale : quod  
 Deum summè Bonum , & Misericordem ,  
 catoribus , quantumvis gravibus , propitium  
 ad mortem , facili remedio contritionis ,  
 fionis &c. peccata remittere &c. idèò libere  
 co , peccata peccatis accumulò , poenitentia  
 que ad mortem differo , facile tunc poenitentia  
 acturus , confessurus , gratiam , remissionem  
 catorum , ad salutem impetraturus : idèò  
 tualiter saltem iudicat infinitam Dei Bonitatem  
 & Misericordiam dare occasionem , vel  
 liberius peccandi , quæ gravissima est blasphemia  
 Quòd si tamen ejusmodi fiducia Misericordiam  
 viniæ , confessionis , remissionis &c. non esse  
 sa peccandi , sed solum haberet se concurrens  
 vel consequenter ad peccatum , neque præsumptio  
 de Misericordia Dei , neque peccatum in  
 tum Sanctum dicendum foret , sed verum  
 Spei Theologicæ , quâ quilibet quantumvis  
 vis peccator quovis tempore usque ad mortem  
 Misericordiam Dei sperare tenetur. Vide  
 in simili de Poenitentia. Verùm hic præsumptio  
 nis generatim sumptæ motiva explicanda  
 pro quorum gravitate discernendæ sint sequentia

*Regula particulares.*

181. **Q**uicumque præsumit se gratiam , justitiam  
 ac æternam Beatitudinem ex se ipso  
 solis suis viribus , virtute & industria contem

rum, præter præsumptionis peccatum mortale, etiam crimen hæresis committit. Ideò enim dudum damnata est hæresis Pelagiana contra expressum verbum Dei: *sine me nihil potestis facere*. Eaque præsumptio sæpè damnatur in Scriptura, Judith, 6. *Præsumentes de se humiliat &c.* similiter, qui præsumit de tanta Dei misericordia, ut confidat se æternam Beatitudinem consecuturum absque meritis & cooperatione sua propria: aut remissionem peccatorum sine actibus propriis poenitentiae: aut cum hæreticis nostri temporis credit se sola fide in Christum absque sua cooperatione & meritis justificari, & salvandum esse, adeò, ut quantumvis peccet, & in peccatis perseveret, tamen virtute suæ fidei in Christum præcisè, remissionem & Beatitudinem consecuturum, simul & præsumptionis, & hæresis crimen mortale committit. *Ratio patet*: Hæreticum enim est credere, hominem adultum absque meritis & cooperatione propria salvari posse contra Verbum Dei & Definitionem Ecclesiæ, præsertim Concilii Tridentini. Et notissimum est illud D. Augustini: *Qui fecit te sine te, non salvabit, (vel justificabit,) te sine te*. Quam clarissimam sententiam impostor Calvinus depravavit, additò *signò*? Quasi loqueretur non negativè, sed assertivè. Denique Jacob. 2. *Fides sine operibus mortua est*. Et juxta Apostolum supra: sola illa Fides justificat, quæ per Charitatem operatur.

II. Qui præsumit aut de Misericordia Dei cre-  
dens, quod quantumvis peccet, & in peccatis perse-  
seve-

severet, Deum tamen tandem misericorditer  
 raturum & salvaturum : aut de sua praedestina-  
 tione, credens scilicet pro certo se esse de  
 praedestinatorum, & ideo sibi persuadet,  
 quidquid egerit, tamen opportuno tempore  
 gratia convertendum, & salvandum: aut de  
 propria iustitia, meritis, & donis supernaturalibus  
 etiam defacto habitis, credens se defacto certo  
 perseveraturum, & salvandum, nec gratia &  
 excisurum, praeter praesumptionis peccatum  
 merarius est in materia Fidei, audens scilicet  
 cultis Dei circa se iudicium judicare, & praesumit  
 cum nesciat homo, utrum *amore vel odio*  
*fit.* Et Apostolus tam serio hortetur: *Qui*  
*videat, ne cadat.* Haeresin tamen non con-  
 tit, quia non est de Fide credendum, quod  
 sit convertendus, quantumvis peccet, aut  
 non sit praedestinatorum, aut quod non sit in  
 perseveraturus.

III. Quicumque Beatitudinem, gratiam, deum  
 seu effectum quemcunque à Deo certo ex  
 mediis inordinatis & supernaturalibus, mira-  
 sis, seclusis vel neglectis mediis ordinariis ac-  
 ralis, ultra peccatum praesumptionis, etiam De-  
 tentat. Sic peccant in primis, qui poenitentiam  
 Confessionem, aliaque media ad salutem ne-  
 ria usque ad mortem differunt, credentes, quod  
 Deus in articulo mortis illos non derelinquet,  
 mirabiliter extraordinario modo raro exercet  
 juvabit, uti contigit latroni in cruce. Item  
 absque necessitate, vel gravissima utilitate

rariè se exponunt, vel permittunt evidenti periculo mortis corporalis, vel spiritalis animæ, id est proximæ occasioni peccati mortalis; præsumentes; quòd Deus illos miraculosè eripiet, vel conservabit. Item qui sanitatem corporis, vel quemcunq; effectum similem, vel beneficium, quod naturalibus mediis acquirere possent, & deberent cum ordinario auxilio DEI, neglectis mediis naturalibus intendunt, & confidunt consequi medio extraordinario supernaturali, & per miraculum. Denique omnium pessimà & blasphema est præsumptio, qui precibus, elemosynis, aliis bonis operibus & mediis sacris, ac tandem ipso Sacrosancto Missæ Sacrificio intendunt, & sperant consequi; quæ per se mala sunt, v. g. possessionem bonorum injustorum, causæ, manifestè injustæ, victoriam, injustam de proximo vindictam, amorem illicitum &c. Cùm tamen sciant injusta esse & vetita, quæ sperant & postulant. Hi omnes nimirum præter peccatum præsumptionis iniquæ contra virtutem Spei, quâ donata à Deo per media ordinata sperare debemus, peccant etiam gravissimo peccato tentationis Dei contra virtutem Religionis, Divini Nominis potentia & Bonitate malitiosè abutentes, & inhonorantes. De quo suo loco amplius.

IV. Quicumque spem suam in creatura inordinate collocat, seclusa scilicet vel postposita Spe in uno Deo, ejusque ope & auxilio, etiam peccatum mortale præsumptionis incurrit. De quibus Jerem. 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine,*  
& po-

& ponit carnem brachium suum; qui confidit  
 in verbis mendacii, qui sperant in incertis  
 suarum. Et alibi sæpissimè præsertim  
 Psalmis. Hujus damnabilis spei humane  
 mus est effectus, ut quidam ob amissionem  
 turæ, v. g. amasiæ, pecuniæ &c. mortem sibi  
 tent, & inferant, omni in DEUM abjectâ fide.  
 Dixi tamen, qui *inordinate* collocant: nam  
 posita principali Spe in Domino, ejusque benedi-  
 cto & auxilio, utique etiam licitum est se-  
 cundo sperare in creaturis, tanquam mediis, non  
 ipso Deo ordinatis ad impletionem Spei  
 tam quoad spiritualia, uti speramus in oratione  
 intercessione, & meritis Sanctorum, quam  
 corporalia & temporalia, ut speramus in  
 Principis, in perito Medico, in bono amico,  
 in propria virtute, ope, industria &c. referent  
 semper in beneplacitum & auxilium Divini  
 tanquam primarium motivum Spei nostræ.

*Animadversiones corollaria ad præ-*  
*dicta.*

191. **P**eccata desperationis & præsumptionis  
 formaliter sint actus voluntatis, aut  
 ijcientis omnem spem salutis, aut propo-  
 & confidentis consequi salutem, vel alia bona  
 mediis ordinatis; semper tamen innituntur  
 cui falsitati, seu iudicio erroneo intellectus  
 ponentis voluntati motiva falsa desperandi  
 præsumendi: uti quoad desperationem par-  
 ticulari  
 Caisa Gen. 3. dicentis: *Major est iniquitas*

quàm et veniam merear. Et quoad præsumptionem elegantissimè exprimit Isaias c. 18. in persona impiorum dicens: *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, flagellum inundans, cum transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.*

II. Quoties ergo desperatio, vel præsumptio innititur falsitati, seu iudicio erroneo contra Fidem cum pertinacia, semper adjunctum habet crimen hæresis, & desperans, vel præsumens fit hæreticus saltem internus, ut *utrâque Sect. Reg. I.* ostensum est. Quando verò innititur falsitati, præcisè contra veritatem, quæ non est de Fide Divina, erit peccatum simplex erroneum, vel saltem temerarium juxta reliquas regulas datas.

III. Quemadmodum habitus infusus Fidei amittitur per peccatum infidelitatis positivæ, hæresis, apostasiæ &c. ita etiam habitus Spei perditur per peccatum desperationis positivæ & voluntariæ. Rursus sicut amissa Fide, quæ est fundamentum Spei, seu (ut loquitur Apostolus) *substantia rerum sperandarum*, necessariò semper amittitur habitus Spei (de Charitate per se patet amitti per omne peccatum mortale) ita etiam amisso habitu Spei per desperationem ex motivo hæretico erroneo, etiam amittitur habitus Fidei ob adjunctam hæresin: non item per desperationem ex motivo non hæretico, etsi erroneo vel temerario, juxta dicta.

IV. Peccatum tam desperationis, quam assumptionis licet veniale esse possit ex defectu liberationis, seu imperfectione actus, sicut et alia peccata; semper tamen mortale est in materia: quia directe repugnat infinitæ Bonitatis, Misericordiæ, vel Justitiæ Divinæ (in quibus datur parvitas materiæ juxta dicta suo loco) solum repugnat secundum pravam voluntatis sectionem, sed etiam secundum erroneum intellectus judicium, ut visum est.

*Dubium incidens speculativum.*

20 Quid si alicui revelaretur sua damnatio certo futura, possetne tunc licite desperare? An verò adhuc sperare posset, & deberet? *Dubium speculativum*, quia defacto non potest factam esse alicui talem revelationem, & si accipienda esset in sensu comminatorio, ut poenarum infligendarum comminationes, potest tamen cum minus congruat Bonitati Divinæ, modi revelatio; imò talem revelationem Divinæ Sapientiæ & Bonitati repugnare potest opinatur Bonavent. in I. dist. 24. In expositione. Quamquam in hoc nullam repugnantiam agnoscant ceteri DD. omnes. Posito ergo constare ejusmodi revelationem esse ab absolute & non tantum comminatoriam, respondendum videtur cum distinctione.

I. Si cui reveletur damnatio incurrenda pro peccato jam commissum, cum detegatur omnis etiam sufficientis gratiæ ad poenitentiam



talis utique sperare amplius non posset, sed posset desperare seu non velle prosequi Beatitudinem, aut ad ejus assecutionem contendere, utpote impossibilem, cognitum ut talem; neque enim in hac cognitione esse turpitudine aliqua, quia esset cognitio rei inutili & impossibilis: imò velle eam prosequi esset mahm. Non tamen esset licitum tunc se à Deo avètere, eum abominando, Beatitudinem contemnendo, teneturque vitare nova peccata, quia revelatio ista non præjudicat libertati: desineretque in tali homine ex parte conditionis, quatenus non posset amplius tendere in finem suum, etsi adhuc posset augere suam damnationem.

II. Si cui damnatio revelaretur ob peccatum futurum, vel etiam præteritum incurrenda, unde tamen cum auxilio sufficienti præstando resurgere possit, talis non posset desperare, seu nolle tendere efficaciter, quantum est in se, ad beatitudinem consequendam, sed potius deberet adhuc sperare & contendere ad illam per actus ab habitu Spei elicendos, adeoque deberet confiteri & pœnitere de peccato commisso, ob quod esset damnandus, aliudque nondum commissum, sicut & quævis alia peccata devitare. *Ratio est*: quia damnatio sic revelata ante mortem, est actus Divinæ voluntatis consequentis tantum, ex suppositione nostræ operationis, & finalis impœnitentiæ: qua revelatione ab homine proin nec libertas, nec obligatio ad benè operandum, & peccatum vitandum tollitur: neque ipsa beatitudo impossibilis reddi-

tur: quare adhuc teneretur adhibere media  
 Beatitudinem consequendam, & damnationem  
 impediendam, adeoque etiam non ponere,  
 tollere unicum Beatitudinis impedimentum  
 damnationis revelatæ causam, scilicet peccatum.  
 Nec obstat, quod certò sciatur Beatitudo non  
 futura, sufficit enim, quod sciatur esse possibile  
 ac etiam futura, si media adhibeantur, quæ  
 obstante revelatione damnationis, possunt  
 adhiberi. Cæterum tamen certum videtur  
 talem non posse habere actum Spiritus principis  
 & propriè dictum, qui est expectatio certæ  
 Beatitudinis, adeoque necessario videtur  
 supponere iudicium intellectus de apparen-  
 tem futuritione Beatitudinis, quod sanè non  
 sistit cum opposito iudicio infallibili. Talis  
 desideraret quidem Beatitudinem per actus  
 elicitos, non tamen speraret ut futuram: in  
 sperando peccaret, ac proin posset hac ratione  
 sperare, seu nolle proseguere Beatitudinem, ut  
 simpliciter non futuram in sensu composito, &  
 tendere in illam ut possibilem. Vide

*strum Herincx Tom. 3. tract. 1. d. 3.*

*n. 56. & seq.*



CAPUT V.

De Charitate Theologica.

Quatenus ipsum Deum potissimum respicit.

SECTIO I.

Charitatis definitio, actus, objectum, excellencia.

SUMMARIUM.

1. Charitas definitur esse 1. virtus Theologica 2. supernaturalis. 3. effectiva à solo Deo procedens. 4. ab habitu gratiae realiter indistincta. Exemplar seraphicum.
2. Cujus actus proprius & primarius est diligere Deum propter se
3. Quid sit diligere Deum super omnia, objective, appetitive, & intentione?
4. Quid sit amor concupiscentiae, & amicitiae?
5. Quid sit amor Dei affectivus, & effectivus?
6. Amor Dei affectivus alius est affectu complacentiae (Exemplar Seraphicum.)
7. Alius affectu desiderii
8. Quid amor Dei affectivus, practicus, seu obedientialis? (exemplar seraphicum)
9. Explicatur Mandatum magnum, Diliges Dominum Deum tuum &c.
10. Quid sit diligere ex toto corde, totalitate negativa, & positiva? Exemplar seraphicum.
11. Charitatis objectum materiale, & formale est ipse Deus, ut summum Bonum in se.
12. Charitas est omnium virtutum perfectissima.
13. Et omnium forma, seu anima.
14. Ac radix omnis meriti.
15. Et hinc nullus omnino actus, quantumvis moraliter bonus, est meritorius gratiae & gloriae, nisi sit à Charitate

tate elicitus, vel imperatus, & in Deum actu-  
tute relatus

16. Quid sit actus, seu actualiter actiones suas  
referre? &c.
17. Quid sit, seu quando quis censeatur eas virtute  
tualiter in eum referre?
18. Corollarium notabile.
19. Affertur sententia Suarez volentis actus aliarum  
tum in homine etiam ex charitate non elicitus  
peratos, adhuc esse per se meritorios.
20. Charitatis objectum, & actus secundarius est ipse  
21. Quis intelligatur nomine proximi?
22. Proximus diligendus est propter Deum,
23. Amore scilicet amicitia, propter ejusdem partem  
à Deo bonitatem, ei volendo bona naturalia  
turalia &c.
24. Qui amor amicitia debet esse supernaturalis  
ex parte 1. Principii. 2. motivi. & 3. objecti.
25. Hinc à Charitate Theologica alienus est amor  
proximi. 1. ex motivo tantum naturali. 2. de  
salutem non conducente; & 3. multo magis  
cupiscentia solum.

### ASSERTIO I.

**C**haritas est virtus Theologica supernaturalem  
quâ Deus propter se diligitur, proximum  
tem propter Deum. Definitio est omnium  
paucis verbis, non tamen pauca, facilisque  
lectu. Quatuor comprehendit explicandum  
Charitatis habitum. 2. Charitatis actum  
rium primum. 3. & Charitatis objectum  
marium. 4. Charitatis actum, & objectum  
secundarium.

## Charitatis habitus.

*Est virtus Theologica supernaturalis.*

I. **V**irtus: quia verissimè & omnium virtutum maximè Charitas est bona qualitas mentis, quæ habentem perficit, & opus ejus bonum reddit. Ut abundè patebit in sequentibus. *Theologica*: quia actu suo elicitò immediatè tendit in ipsum Deum, quo velut genere conveniens cum Fide & Spe, jam clara eminentia differt à virtutibus moralibus, atque ipsa virtutum moralium Principe, Religione; Fides enim actu suo elicitò immediatè credit Deum, Deoque primæ veritati assentitur: Spes actu suo elicitò immediatè concupiscit, & intendit consequi Deum, ut Summum Bonum nostrum: Charitas actu suo elicitò, immediatè amplectitur Deum ut Summum Bonum in se. Religio autem actu suo elicitò, scilicet devotione, immediatè vult non ipsum Deum, sed cultum Dei, orationem, adorationem Dei, Sacrificium &c. §. At nonne immediatè oramus, & adoramus ipsum Deum? Ita. Sed Oratio & Adoratio non sunt actus immediatè elicitè Religionis, sed tantùm devotio, quæ est prompta voluntas exequendi ea, quæ ad cultum Dei spectant, orandi, & adorandi &c. Longius à Divino objecto discedunt reliquæ virtutes morales, quàm ut claram differentiam advertere non debeas.

II. *Supernaturalis*, nimirum à Deo per se infusa,

fusa, juxta illud Apostoli ad Roman. 5. *Gras Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis*, Deum cum supernaturaliter attingens, tanquam finem ultimum, supernaturalem maxime. Secundo ergo & excluditur hic omnis amor Dei, seu caritas naturalis & acquisita, quæ nimirum diligit Deum ex principio & motivo naturali tanquam boni, qualis naturalis charitas, & amor utique caritatis. Quemadmodum enim, Deus, factus est unus, primum Ens, & omnium principium finitæ perfectionis, bonitatis &c. naturaliter cognoscibilis, quidni etiam sic naturaliter amatus à creatura rationali naturaliter sit amatus. Attamen non sufficit ad salutem ejusmodi caritas naturalis & acquisita charitas, cum implicet per se ordinem naturale attingi finem adeo supremum & ultimum naturalem: per charitatem enim non tantum attingimus, sed intimè conjungimur ultimo & supernaturali fini nostro. III. Adeo quidem infusus est habitus naturalis, & per se infusus est habitus supernaturalis Charitatis, ut à solo Deo effective in nobis producat: à nobis verò solum acquiratur per se, sitive, vel meritorie, utpote per Sacramenta, cum debita dispositione suscepta, aut extra Sacramenta per suum proprium actum, amorem, contritionem super omnia, aut contritionem perfectam, in qua mel acquisitus augeri potest perpetuo, tum per iterata Sacramenta, tum per actus suos electos, vel imperatos, seu quod idem est, per actus meritorios; ut §. 3. videbimus. De

tur autem solum demeritorie, directe quidem per  
 odium Dei, indirecte autem per omne peccatum  
 mortale, quatenus unionem & amicitiam cum  
 Deo destruit, ut ex dictis de peccato mortali li-  
 quet. Hæc omnia certa apud Scholasticos: hæc  
 summariè annuisse sat sit. Unum tamen adhuc  
 adde IV Suavis & facilis est sententia Antiquo-  
 rum Scholasticorum cum *Magist. in 2. dist. 27.*  
*Scoto vid. q. unica.* Et plurimum RR. habitum  
 infusam Charitatis Divinæ esse eundem realiter  
 cui gratia sanctificante, seu gratum faciente,  
 differre solum ratione, respectu, vel connotato.  
 Ita nimirum ut idem realiter habitus nobilissimus  
 à Deo infusus dicatur Gratia in ordine ad subje-  
 ctum; quatenus scilicet animam vel hominem  
 formaliter sanctum, justum, Deoque gratum &  
 dilectum reddit. Charitas verò dicitur in ordine  
 ad operationem, quatenus nimirum inclinat ho-  
 minem ad operationes sanctas, Deo gratas, &  
 meritorias; seu quod idem est Gratia dicitur qua-  
 tenus hominem Deo, gratum, & dilectum facit,  
 Deum velut inclinat, & movet, imò obligat ad  
 hominem amandum, & tandem salvandum. *Cha-  
 ritas* verò dicitur, quatenus homini Deum red-  
 dit charum & dilectum, illumque inclinat & mo-  
 vet, ut Deum amet, gratisque actibus in eum  
 tendat. *Ratio est:* quia si ullibi, certè hic mili-  
 tare potest Achilles ille Physicus; non sunt multi-  
 plicanda entia sine necessitate; quænam autem  
 hæc necessitas ponendi duos realiter distinctos ha-  
 bitus pro Gratia & Charitate; quin idem realiter  
 O 4 habi-

habitus exercere possit utrumque ratiocinans? Atque ut rectè dicit Scotus *1c. n. 3. cun- que excellentia tribuuntur Grae, & Cæ- rati tribuuntur, utraque enim formaliter equaliter dividit inter filios regni, & dam- nis, 15. de Civitate c. 18. Utraque & etiam ma virtutis, & neutra potest esse infor- que etiam conjungit ultimo fini perfectæ Etione, qualis potest esse in via: & si potest stincta, altera superflueret, quia reliqua- ret. Hæc Scotus. Tu benè pondera. spectantia qualiter nimirum Charitas sit virtutū perfectissima forma, comodius dicitur*

## §. II.

Quâ Deus propter se diligitur.

*Charitatis actus proprius primarius*

**2** Charitatis actus proprius primarius est amicitia sequi Deum super omnia propter se ipsum irreferibiliter. *Omne est: quia Charitatis Theologicæ proprius nus est, hominem aliquo modo pro ratione conjungere cum Deo, ut ultimo Fine, & summo Bono: sed nullus amor conjungit eum cum Deo, ut ultimo fine, & summo Bono, quo amatur Deus super omnia, & propter ipsum irreferibiliter, ita nimirum, ut irreferatur ad aliud, seu ametur propter aliud, cun- que bonum creatum, ut motivum primarium & finale, ut sanè ex terminis constat: nam ipso, quo amatur Deus propter quodcun- que bonum creatum, ut motivum principale &*



jam non amatur DEUS super omnia, sed minus, quam illud aliud bonum: nec consequenter talis amor conjungit nos DEO, ut ultimo fini & summo Bono; sed potius illi alteri bono propter quod amamus Deum. Nam propter quod unumquodque tale, ipsum est magis tale: atqui sic amares Deum, teque conjungeres DEO propter aliquod aliud bonum, v. g. Beatitudinem, vel, quod turpius, propter aliquod bonum, vel beneficium temporale, divinitas &c. ergo magis amares illud aliud bonum, eique magis conjungereris, quam ipsi DEO, consequenter illud aliud bonum esset tuus ultimus finis, & summum bonum, non ipse Deus. Quod ipsum est *velle uti fruendis, & fruendum*, omnis humana perversitas. Ut alicubi acutissime dixit Seraphicus Doctor D. Augustin. De hoc iterum necessario *sect. 4.*

*Amare DEUM super omnia,*

**S**eu magis, vel plus, quam omnia, tripliciter 3  
intelligi & fieri potest: *Objective, appeti-*  
*tive, & intensive.* 1. Amare Deum super omnia  
*objective* est, verò amicitiae affectu velle DEO  
majra bona, quam omnibus aliis: & sic ne-  
cessariò diligitur DEUS super omnia. DEO enim  
velle debemus ipsum infinitum, & omne bonum  
suum, nec alteri velle possumus. Etenim ali-  
quod bonum Divinum DEO proprium eidem  
nolle, vel nvidere, ad odium DEI spectat. Idem  
alicui creaturæ tribuere, ad idololatriam, vel  
hæreticam blasphemiam. 2. Amare DEUM super  
omnia *appetitive, vel estimative,* est affectu  
ami-

O s

ami-

amicitiæ DEUM magis æstimare, seu in  
 majori æstimatione, & quasi pretio habere,  
 omnia alia: ideóque illi per amorem fortius  
 mius, immobiliusque adhærere, quam cum  
 aliis: adeò, ut si opus fuerit, amans mallet  
 omnia alia, & se ipsum potius perdere, quam  
 summum Bonum suum supra omnia  
 perdere, vel amittere, aut offendere, ut  
 doque in mentis excessu factus, aut raptus,  
 universam creaturam in duellum provocat.  
 Apostolo dicens: *Quis nos separabit à Christo,*  
*Christi, &c.* Et sic amare DEUM super  
 ( *Sec. seq.* ) videbimus esse necessarium de  
 cepto, 3. Amare DEUM super omnia intensius  
 intensiori actu, vehementiori motu, tenet  
 atque ardentiori affectu Deum diligere, pro  
 in Deum tendere, ferri, abripi, quam in ullis  
 En perfectiones amoris secundum ordinem.

Prima perfectio amandi DEUM super omnia  
*objective*, affectu benevolentia vult DEUM  
 suum esse, seu ipsum infinitum & omne bonum  
 suum, hoc ipsum vult quarta super omnia  
*intensive*, affectu, sensuque cordis quam intensissime  
 tenerrimo, flagrantissimo.

Alter perfectio, amandi DEUM super omnia  
*appretiative*, affectu concordia vult DEUM  
 & omne velle suum: hoc ipsum vult quarta  
 omnia *intensive*, affectu motuque cordis, quam  
 potest, contentissimo.

Tertia perfectio amandi DEUM super omnia  
*extensive*, vult DEO nos ipsos, omnique velle

operari nostrum, affectu perfectæ tendentiæ. Hoc ipsum vult, & est quarta super omnia intensi-  
ve, affectu conatûque penitus ardente, & multa  
sæpe super vires moliente, uti docebit Assertio. Sed  
tu interim inspice, & jam aspira cum Seraphinis.

Exemplar Seraphicum

DEUS MEUS ET OMNIA.

**O** Quam super omnia intensi-ve. Audi alterum  
Seraphim ad alterum clamantem, & dicen-  
tem. Bonaventura Vit. S. P. N. c. 9. initio. Cha-  
ritatem ferventem, qua sponsi amicus Franciscus  
ardebat, quis enarrare sufficiat? Totus namque  
quasi quidam carbo ignitus divini Amoris flam-  
mâ videbatur absorptus. Subiò enim ad audi-  
tum amoris Domini excitabatur, afficiebatur,  
inflammabatur, quasi pleetro vocis extrinseca  
chorda cordis interior tangeretur. Quid amplius?  
ibid. §. 2. Christus Iesus crucifixus intra sua men-  
tis ubera, ut myrrhe fasciulus jugiter morabatur,  
in quem optabat per excessivi amoris incendium ra-  
talius transformari. Quid amplius? Officium  
SS. Stigmatum lect. 4. Cuius igitur Seraphicus desi-  
deriorum arderibus sursum ageretur in Deum, &  
affectus compassiva teneritudine in eum transfor-  
maretur, cui ex Charitate nimia crucifigi com-  
placuit, vidit quasi speciem unius Seraphim, &c.  
Et quid tandem? ibid. lect. 5. Disparens itaque  
visio post arcanum ac familiare colloquium, men-  
tem ipsius Seraphico interiori inflammavit ardore;  
carnem verò crucifixo conformi exteriori insignivit  
effigie: tanquam si ad ignis liquefactivam virtu-  
tem

tem sigillativa esset impressio subsecuta. Namque in manibus & pedibus eius apparent perunt &c. Jam scis, quid velim.

Totus ergo amor Franciscus, totus ardor ignis, totus incendium, & verbo Hebræo, simpliciter totus SERAPH. o charitatem feruorem illam, Quis enarrare sufficiat? Ecquis cogitatione assequatur, quàm seraphicâ intentione amoris flagrantia flammæ illud pectus, censo corde, per totas noctes evaporat suum: DEUS MEUS ET OMNIA. Conarare, & suspirare.

Aspiratio S. Augustini, Manualis c. 10.

**A**mo te DEUS meus, amo te, & magis magis amare volo. Da mihi Domine speciosè præ filiis hominum, ut desiderem amem te, quantum volo, & quantum immensus es, & sine mensura debes amare. Amor, qui semper ardes, & nunquam quærueris! Dulcis Christe, bone, JESU, Deus meus, accende me totum igne tuore tui, dulcedine tua, dilectione tui, dilectione tui, charitate tua, pietate, & suavitate voluptate & concupiscentia tui, qua sancta & bona, & casta est, & munda, ut tota seraphicæ charitatis tue vaporatus diligam te Domine meum dulcissimum & pulcherrimum ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex totis viribus meis, ex omni intentione mea.

Hic jam ipse actus, & affectus amoris Divini tanquam in proprio loco, diligentius explicatur.

& ad praxin applicandus est. Scripseram quidem de hoc ex professo in meo Seraphino Morali, sed ad paucorum manus pervenit iste libellus. Et rursus nuper in meo Tyrocinio seu Tract. 3. Sacramentali. num. 149. sed incidentaliter, quatenus opus erat ad naturam perfectæ contritionis intelligendam. Meretur nobilissimus actus etiam tertio inculcari, nec leniter remittendus est.

I. *Amor generalis.*

**A**mor generaliter est prosecutio boni apprehensi; seu motus appetitûs in alium, vel aliud, tanquam bonum apprehensum (sicut è contra, odium est fuga mali apprehensi; seu motus appetitûs in malum apprehensum, illud averfando &c.) Duplex est amor, concupiscentiæ, & amicitia. *Amor concupiscentiæ est*, quo alterum amamus, & benigno affectu prosequimur, quatenus nobis est bonus, utilis, delectabilis, &c. proinde eo amore amamus magis nos ipsos & nostrum commodum, quàm illum. *Amor amicitia est*, quo alterum amamus, ac bono affectu prosequimur, quatenus ipse in se est bonus, ac propter ipsiusmet bonitatem propriam, & cum affectu unionis, tanquam aliquid ad nos pertinens: idque duplici affectu: 1. *Complacencia*, de ejus bono habito complacendo, gaudendo, favendo, gratulando quasi de nostro. Sicut econtra de malo ejus tristando quasi de nostro. 2. *Desiderii*, bona, quibus caret & eget, ei desiderando, optando, ac pro posse etiam procurando, mala avertendo &c. Hæc enim

omnia

omnia exigit verus amicitiae amor. Itaque *concupiscentia erga DEUM* est, quo diligimus Deum ut *bonum nobis*; quatenus nimirum benefacit, & benefactorum speratur in hac, tera vita, innumeris, immensisque bonis, ræ, gratiæ, & gloriæ, ac beatitudinis. Est actus Spei Theologicæ, quâ Deum ut *bonum nostrum*, æterna Beatitudine persequimur dum principaliter, & secundariò etiam omnium eum finem consequendum necessaria ac utilia ac media spiritualia, ac temporalia consequi *cupiscimus*, atque ex infinita Dei Bonitate missionibus consequi confidimus; ac certâ fiducia expectamus. Non ergò huc spectat amor, sed ad caput præcedens de Spe Theologica. Vide interim *loco citato Theol. Sacram. parte 3. n. 150. Amor amicitia erga Deum* quo amamus Deum propter se ipsum, quia in se infinite bonus, ac summum Bonum propter suam intrinsecam, infinitam, omnidam Bonitatem, Perfectionem, Excellentiam nimirum & affectu *complacentia* omne bonum habitum complacendo, congaudendo, & affectu *desiderii* bonum extrinsecum Gloriæ & ceteri desiderando, optando; ac pro posse in seipso & aliis procurando, ut mox explicabo latius.

Mihi in ordine ad praxin semper placet facilis, & simplex modus, quo Philosophi communiter amorem distinguunt in affectivum & effectivum, seu practicum. Amor affectivus dicitur, quo affectu & actu interno alteri

vel proximo) bene volumus, de ejus bono habito gaudente, bonum nondum habitum desiderando, &c. Amor *effectivus & practicus* dicitur, qui ex affectu in opus procedit alteri (DEO vel proximo) benefaciendo, bonum procurando, malum avertendo, &c. Sic enim magnus Alceleos Magister D. Ignatius in *Libello Exercit. hebdom. quarta ante contemplationem de Amore DEI*, praestanter dicit: *Imprimis duo notanda sunt. Primum, quod amor ipse ab operibus magis, quam a verbis pendet. Secundum notandum est, quod amor consistit in mutua facultatum, rerum & operum communicatione, puta scientia, divitiarum, honoris, & boni cujuscunque.* Sic Sanctus Ignatius, per verba utique intelligens affectus: atq; hoc ipso, quod dicat amorem magis ab operibus pendere, non vult excludere amorem affectivum, quo in amati bonitate complacet sibi quispiam, &c. sed vult indicare, quod amor affectivus non sufficiat ad perfectionem & salutem, nisi ei etiam amor effectivus & practicus in opus procedens jungatur: nam teste D. Gregorio hom. 3. in Evangelia. *Nunquam est amor Dei otiosus: operatur enim magna, si est: si vero operari renuit, amor non est.* (perfectus intellige.) Et ipse Salvator Joan. 14. Dixit: *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* Habent ergo se amor affectivus & effectivus ad invicem, sicut Fides & Charitas. Ac proinde sicut Fides sine operibus Charitatis mortua est: ita & amor affectivus sine effectivo.

## II. Amor DEI affectivus

I. *Affectu complacentia*

Est, quo DEO volumus, gaudemus, placemus, ac velut gratulamur omnem finitum bonum suum cum affectu unionis. Ut ait D. Thomas 2. 2. q. 27. à 3. *Amor impionem quandam secundum affectum ad amatum quodammodo ut unum sibi se pertinens; & sic movetur in ipsum, aniat.* Utpotè, dum ex consideratione Divinitatis, summæ, infinitæ Bonitatis, infinitæ profectio-  
 nium ejus, mirabilium ejus operum, feriorum, judiciorum, &c. anima inflammatur, ac intimæ amicitie affectu, Deo Optimo mo vult, gratulatur, congaudet, & complacet & infinitum bonum suum: gaudens & exultans esse tantum, quantus est: gestit, jubilat, habere Deum tam infinitè bonum, potentem, excellentem, &c. se suaque omnia fert, & devovet Deo. Optat per impossibile re aliquid tribuendum Deo, quo ipso caret. emplò vulgò decantatò verè Seraphici Doctoris Patriarchæ D. Augustini; idque totum cum unionis in Deum tanquam suum, ad continentem, & sibi intimè uniendum. Hunc affectus unionis optimè exprimit amorosus ille Abbatidovicus Bloisus in *Tabella spirituali* propriè ita scribens. *Beatus sanè esses si toto affectu posses. O quantum bonum possideo! cum tu meus, qui magis est mihi ego, quam ego sum, adeò immensam gloriam, im-*



qui bona possideat! Nam illum revera pro meo magis habeo, ac teneo, quam unquam quidquam habui, ac tenui &c. Et hic amor negativè quidem & quoad prohibitionem excutit longissimè, & excludit damnatissimum peccatorum omnium odium DEI: positivè verò, & quoad exercitium, continet actum amoris divini omnium perfectissimum, excellentissimum, supremum, formosissimum, amorem amicitiae erga DEUM. Affectum benevolentiae vocant: verò Seraphinò opus esset, qui pro dignitate explicaret; Sed quis mortalium caperet explicantem? Simplici & rudi conceptu, ita acciperes iterato.

Amoris divini affectus benevolentiae, quò amatur DEUS super omnia objectivè, reipsa est, velle DEO ipsum suum esse infinitum ac omnium bonum suum, quod est, habet, operatur: num: dum ex consideratione divinæ Essentiae, Bonitatis, ac perfectionis infinitae, ex mirabilibus ejusdem operibus, beneficiis, anima inflammata amore, ac intimo amicitiae affectu, DEO Optimo, Maximo vult, approbat, congratulatur, congaudet, condelectatur infinitum & omnium bonum suum, gaudio velut exultat ac jubilat habere tam infinite bonum DEUM, affectibus nullis verbis explicabilibus: Est enim amor hic verè *mana absconditum*, quod nemo novit, nisi qui accipit: quem expertus mellifluus Bernardus in Jubilo canit: *Nec lingua valet dicere, Nec littera exprimere, expertus potest credere: Quid sit JESUM diligere.*

Atque hunc ajo esse actum amoris divini  
 niumpfectissimum & excellentissimum. Quo  
 admodum enim nullus potest amor major  
 nisi quo DEUS se ipsum diligit, sic amor  
 non potest esse melior atque perfectior, qui  
 sit amori illi divino quam maximè contem-  
 atqui Deus se ipsum amat volendo sibi, &  
 nito modo complacendo, gaudendoque in  
 bonum suum; nobisque dicitur: *Estote perfecti  
 sicut & Pater vester cælestus perfectus est:*  
 perfectiori, quam prædicto actu DEUM  
 non possumus. Et quoniam perfectiori  
 nium, præsertim Philosophorum sensu, amor  
 aliud est, quam alicui *bonum velle*: tanto  
 majorem perfectioremque amorem esse opor-  
 erga aliquem, quanto majus ipsi bonum  
 mus: atqui DEO bonum immensus velle  
 possumus, quam quod ipse est, bonorum om-  
 bonum immensissimum: ergò neque DEUM  
 dentiùs perfectiùsque amare possumus, quam  
 illi bona omnia velle, congaudere, gratulari  
 ctu, quo possumus, flagrantissimo.

Est præterea hic amor gustus quidam & fru-  
 batio futuræ beatitudinis, fruitionisque beati-  
 quâ Beati summo illo & infinito Bono perfru-  
 tur: dum videlicet Essentiam divinam, ejusque  
 que bonitatem infinitam, immensissimam  
 perfectiones beatifica visione clarè intuentur,  
 mox in eandem amore beatifico abrepti, ad  
 eidem congaudent, condelectantur, gratulantur  
 ut totis viribus, & quam ardentissimè velint De-

esse, quod est, tam sapientem, tam potentem, tam misericordem, tam justum, quam est, dignum omni honoris & gloriæ amplitudine ac majestate, exultantes lætitiâ inenarrabili & glorificatiâ, reportantes finem fidei suæ, ut loquitur Apostolorum Princeps. I. Petri I. Hinc illi concentus in cælo festivissimi: *Alleluja. Laus, & Gloria, & Virtus DEO nostro est. Alleluja: quoniam regnavit Dominus DEUS noster Omnipotens. Gaudeamus, exultemus, & demus gloriam ei &c.*

Quamquam autem istiusmodi perfectissimo amoris divini actu, ad plenum perfectumque, DEUM prosequi, proprium sit dictorum Beatorum amabile illud objectum clarè intuentium; nos autem viatores, eò ipsò, quò Essentiam divinam, ejusque infinitam bonitatem & perfectiones clarè non videmus, etiam eum amore benevolentiaè perfectè amare, suumque infinitum ac omne bonum perfectè velle, & congaudere non possumus: quantum tamen per Fidem apprehendimus, opitulante divina gratia, & nos in amore illo ipsos Beatos imitari, ipsamque beatitudinem hic in terris prælibare, ac velut inchoare possumus. Praxin vero Tyronibus velut in os, ut ajunt, optimè dicat Blasius Palma Canon. Regul. In laudatissimis suis *Actibus Virtutum*, quem quæso Lector familiarem habe. Actum Amoris sic habet:

*Et ego desiderans exercere hunc excellentissimum actum amorosissime, amabilissime DEUS, ac Domine, summè gaudeo, mihi complacere, tibi*

que congratulor de tuis infinitis perfectionibus  
 attributis, quod solus tu sis, QUI ES: & in-  
 mum infinitum bonum: sisque DEUS incommen-  
 surabilis & immensus, qui comprehendi non potest  
 que satis ab ulla creatura cognosci. Gratulor  
 tibi tantam super nos, & super omnia potestatem  
 gloriam, dominationem, imperium, & quod  
 habeas à te ipso; Profectò Domine, si per  
 possibile aliquid ego possiderem, quo tu careres,  
 omne tibi libentissimè cederem, & erabuerem  
 si possem esse DEUS, nollem, tantum idè  
 solus esses &c. Sed quid aliena conlectamur  
 nobis domi sit

*Exemplar Seraphicum.*

DEUS MEUS ET OMNIA.

**O** Quæ OMNIA DEUS tuus! quæ  
 quæ mita, quæ pulchra, quæ multa.  
 OMNIA DEUS tuus, quorum elevatissimam  
 templatione, gustûque mirifico, quasi quæ  
 divinitatis haustu ebrius, aut potius immen-  
 finiti boni pelago absorptus, exultabundè  
 gaudens in DEO tuo per noctes integras  
 & centies è succenso pectore eruclabas illud  
 bum bonum, illud tuum DEUS MEUS ET  
 NIA, ò verè vir Seraphice: ò FRANCIS-  
 Cœlesti rursus Seraphino opus esset, qui  
 mat! Certè non exprimit, sed verbulo,  
 digito vestigium tantum indicat alter Ordini  
 stri Seraph. Doctor Seraphicus Bonaventuræ  
 Vita S. P. N. Francisci c. 9. Contuebatur in  
 sbris pulcherrimum, &c. Inaudita namque

voitionis affectu fontalem illam bonitatem in creaturis singulis, tanquam in rivulis degustabat.

Sed vide, an non sensum illum Seraphicum proximè attingat, Amorosissimus ille Abbas Ludovicus Blofius in suo illo *Sacello Anima Tabell. Spirit.* Longius post medium sic habet: *Convenit planè, ut voluntatem tuam inclines, ad concipiendam sanctam quandam complacentiam & gratulationem; de incomprehensibili gloriâ, & dignitate Domini DEI tui, ita ut gaudeas, atque etiam pro perfecta beatitudine tua ducas, quod illa majestas tantam potestatem, tantas opes, tantamque claritatem obtineat: quem quidem affectum verus & sincerus amor DEI parit. Beatus sanè esses, si toto corde dicere posses: ô quantum bonum possideo! cum Deus meus, qui mihi magis est ego, quam ego ipse sim, adeò imensum gloriâ, immensaque bona possideat! Nam illum pro MEO magis habeo ac teneo, quam unquam habui ac tenui, &c.* An non percipis sublimem & arcanum sensum Seraphici illius enthusiasti, **DEUS MEUS ET OMNIA?** Gusta, vide, & aspira;

Aspiratio D. August, 10.

Confess. 27.

**S**erò te amavi, pulchritudo tam antiqua, & tamen nova, serò te amavi: Et ecce intus eras, & ego foris, & ibi te querebam, & in ista formosa, qua fecisti, deformis irrueram. Memineras, & tecum non eram, ea me tenebant longè te, qua si in te non essent, non essent.

P 3

2. Af-

2. *Affectu desiderii.*

7 **A** Mor affectivus affectu desiderii dicitur, DEO volumus, appetimus, desideramus, omne etiam bonum extrinsecum tanquam datum habitum nimirum ejus majorem gloriam extrinsecam. Bonum autem Dei extrinsecum gloria DEI extrinseca in hoc ipso consistit, Deus ab omnibus, saltem quam plurimis, in via cognoscatur, ametur, laudetur, et servietur, obediatur, ejusque placitum ab omnibus, & in omnibus perfecte impleatur: quod principaliter in Patria, æterna Glorificatione, ac amore, seu fruitione Beatificatione, ac plurimus ametur, laudetur, glorificetur, et servietur, & in sæcula sæculorum: quemadmodum in terrenis gloria Principis consistit potissimum in copioso, magnifico, ac splendido famularum sibi servientium, obsequentium, &c. ergo Amor DEI affectivus affectu desiderii potest esse sincerus, fervidus, efficax, et in ipso necessario simul transeat in autorem desiderii, & practicum, efficacemque continentem idem DEI bonum extrinsecum, seu gloriam extrinsecam in se, & in aliis pro peccatis curandam, promovendam, propagandam.

Quare & nos amori affectivo nihil amplius immorantes, ad effectivum transeamus.

III. Amor DEI effectivus & practicus,  
dictus etiam obedientialis,

**E**st, quo efficaciter, & in effectu bonum Dei 8  
extrinsecum, ejus Gloriam, beneplacitum  
in omni actione nostra intendimus, & procura-  
mus: & in summa: efficaciter volumus DEO  
*omne velle suum*: voluntati, ac beneplacito Di-  
vino in omnibus consentientes. Unde plena  
conformatio voluntatis nostræ cum Divina, est  
simplex, pura, ac Deiformis intentio solius  
gloriæ Divinæ ac beneplaciti, ardens zelus Glo-  
riæ DEI, & salutis animarum; ardens deside-  
rium, constans voluntas, ac propositum, ut  
Dei voluntati, ac beneplacito, & maxime præ-  
ceptis divinis in omnibus planè satisfiat; sum-  
mum odium ac detestatio peccati & omnis illius,  
quòd Dei voluntati, ac beneplacito contrarium  
& vel levissimè offensivum est, & tandem sum-  
ma perfectio, ac consummata sanctitas hominis  
viatoris. Ubi præcepti, & obligationis est obser-  
vatio mandatorum DEI, & saltem quoad sub-  
stantiam, & excludendo peccatum: perfectio-  
nis autem, & consilii est in omnibus agendis,  
& beneplacitum Divinum, perfecta conformi-  
tate voluntatis nostræ cum Divina, resignatione,  
oblatione, & traditione plenaria nostri in Divi-  
num beneplacitum, & obsequium.

Dicitur autem hic amor Dei practicus, effecti-  
vus, & operativus, etiam amor *Obedientialis*:  
nimirum à præcipuo ejus officio, & effectu, vi-  
delicet obedientia, & observantia amorosa om-

nium præceptorum Divinorum, quia eo  
parati sumus, & fervidi ad obediendum Deo  
omnibus, ubique & semper, quodocunque  
ubicunque obligabimur: idque non metu  
non spe præmii, vel mercedis, sed puri  
amore amicitiae, quia eum amamus, bonum  
lumus, optamus, & gaudemus: atque adeo  
(nota per omnem modum) non solum, vel  
principaliter, ut nos DEO placeamus: hoc enim  
huc aliquid nescio, quid humani, & proprii  
ctus, vel affectus redolet: Sed solum vel  
paliter, quia DEO sic bene est, ipse sibi con-  
cet, ac velut delectatur, ac voluptate afficitur,  
si ejus beneplacitum impleatur, & fiat, quod  
& præcipit, indeque ejus gloria extrinsecus  
tur: & verbo: ut serviamus DEO, ut per  
principaliter non nobis, sed ipsi Deo bene sit.  
hinc est, quod in Sacra Scriptura passim  
Divino tribuatur observantia mandatorum.  
Joan. 14. *Si diligitis me, mandata mea servate.*  
Item: *Qui habet mandata mea, & servaverit  
ille est, qui diligit me.* Iterum: *Si quis diligit  
me, sermonem meum servabit, & Pater meus  
diliget eum, & ad eum veniemus, & manebimus  
apud eum faciemus.* Et rursus c. 15. v. 10. *Si  
cepta mea servaveritis, manebitis in dilectione  
mea sicut & ego Pateris mei præcepta servaveritis,  
maneo in ejus dilectione.* Similia reperies passim  
apud Joan. Epist. 1. c. 2. & 5. Et concludit Ap-  
supra: *Qui diligit, legem implevit.* Hic est  
rus amor Dei amicitiae & super omnia appetitum



quo Deum ita super omnia æstimamus, ac velut appetiamur, eique per amorem fortius, firmitus-que conjungimur, quàm omnibus alijs, tantòque affectu nos DEO, ejusque voluntati unimus, ut malleus omnia, etiam nos ipsos, perdere, quàm Deum, ejusque amicitiam, dicamusque cum Apostolo: *Quis nos separabit a Charitate Dei &c.*

*Summa summarum.* Amore Dei affectivo, & effectivo simul juncto. 1. Volumus Deo ipsum esse suum, seu omne bonum ejus intrinsecum, & extrinsecum: modo explicato N. II. 2. Volumus Deo omne velle suum practice, & quantum in nobis est, efficaciter, modo declarato hoc N. III. Et eo ipso consequenter 3. Volumus Deo nos ipsos, & omne velle & operari nostrum, tanquam summo Bono, & nostro ultimo Fini cui: cui scilicet sumus, vivimus: & operamur, omnique actione nostra per charitatem uniri appetimus, & intendimus; adeò nimirum, ut homo omnibus suis potentijs, & facultatibus, earumque omnibus operationibus, affectibus, & motibus deliberatis conatur tendere in Deum, ut ultimum Finem suum & summum Bonum super omnia dilectum, solummodo ad ei serviendum, obsequendum, complacendum. Perfectionis verò & consilii in hoc affectu amoris divini est in omnibus agendis, omitendis, tolerandis, purè spectare voluntatem ac beneplacitum divinum. O perfectionem votis omnibus expetendam omni possibili conatu persequendam! Hæc est illa in sacris Litteris & à sanctis Patribus ac rerum spiritualium Magistris to-

ties, tantopere tam prolixè commendata, lau-  
 ra, prædicata, nunquam satis laudanda confes-  
 ras humana voluntatis cum divina; Hæc illa  
 facta sui ipsius resignatio, oblatio, traditio in  
 vinum arbitrii, beneplacitum, obsequium  
 denique est integrè se tradere Deo. An nescis  
 etor, quid sint hæc omnia? An verò compe-  
 discere cupis? Scio tibi ad nova tantum primum  
 res. Ergo discere verbis moderni, sed ex  
 spiritualibus Magistri, R. P. Pauli de Barni  
*Solit. Hagioph. die 9. diss. pom.*

*Tradere se Deo integrè est: posito firmo  
 decreto illum non offendendi culpâ aliqua  
 mortali, sive veniali, saltem deliberate,  
 maximo illi placendi studio, idque contentè  
 stanterque. Est proculcare pedibus omnes  
 siderationes humanas commodi, aestimationis,  
 satisfactionis propriæ, valetudinis, vitæ  
 ipsius, ut simus id, quod a nobis Deus requirit.  
 Est: spiritualibus oculis cuncta intueri, non  
 gi alio lumine, quam divino, accuratissime  
 temperando omnibus illius inspirationibus  
 cor habere ab omni creatura vacuum, non  
 alia intentione aut proposito, quam ut Deo  
 pleatur, recta in illum tendat, illique uni-  
 boreat, & vivat. Est: ita nos Deo unire  
 nihil tam forte validumque sit in tota rerum  
 tura, quod nos queat ab illo separare, nihil  
 aut solatii quærentes, nisi in illo, & proprie-  
 lum. Est: se omnino conijcere in sinum  
 illius providentiæ, committendo curam &*

ministrationem rerum omnium ad nos spectan-  
 tiam, in bonis fortuna, in valetudine corporis  
 & animi, in studiis & propofuis, in vita, in  
 morte, in aternitate, ut pro arbitrio cuncta difpo-  
 nat. Est: denique fe in rebus omnibus divina  
 illius voluntati conformare, nihilque aliud velle  
 vel defiderare, quam quod ille vult, & defiderat:  
 totum hoc est Deo fe penitus integreque tradere,  
 Philothee Lector, agnofcis te in hoc speculo? An  
 potius lubet breviori compendio intueri.

*Exemplar Seraphicum.*

**DEUS MEUS ET OMNIA,**

**B**ENE, optimè, & non ad infipientiam tibi Pa-  
 ter Seraphice, effe tibi **DEUM TUUM**  
**OMNIA**, qui est super **OMNIA**, ut exultet cor  
 tuum in Domino, & delectetur super Deo falutari  
 tuo: Pfallens cum cantico. *Pfal. 72. Quid enim*  
*mibi est in caelo; & à te quid volui super terram?*  
*Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei,*  
*& pars mea Deus in aeternum.* Seraphici iftius  
 afpirii mihi imprimis femper placuit pia admo-  
 dum commendatio laudatiffimi illius in *Moralibus*  
*Scriptoris Hieremiae Drexelii S. I. in fno Horolo-*  
*gio Angeli Tutel. Hora diei IX. non indigna, et-*  
*iamfi verbis plufculis, tibi pro praxi exferibi.*

**DEUM MEUS ET OMNIA.** *Millies hoc di-*  
*cam, millies hoc cogitabo, millies hoc & usque millies*  
*repetam. Neque enim vel dicere vel cogitare*  
*majus poffum aut melius, quam hoc ipfuro,*  
**DEUS MEUS ET OMNIA,** alii alia quarant,  
 alia

alia desiderent, unum ego Deum meum  
 Deum desidero: O DEUS MEUS, ET OMNIA  
 Opes alii & honores; voluptates alii  
 relinquo; Deum ego habeam, & omnia  
 totos alii ego mundos concedo? aureos &  
 meos montes non invidéo, summas delicias  
 mitto; mihi Deus meus est omnia: nihil  
 num, nihil ita pulchrum aut jucundum,  
 summum illud & primum bonum & melius  
 pulchrius sit ac jucundius. DEUS MEUS  
 OMNIA! quam me varia sæpe ascendunt  
 ria, quam diversis subinde estuo cupiditatibus  
 ut cum lunatico illo adolescente, modò in ignem  
 modò in aquam rapiar. Sed quam illa tantum  
 ua sunt, que ego tam anxie appeto? num hoc  
 illud genus edulii aut potionis. Deus meus  
 bus meus, potus meus, & omnia. Num hoc  
 illud genus relaxationis aut voluptatis? Deus  
 meus, gaudium meum, voluptas mea, & omnia  
 Num hoc vel illud genus honoris aut dignitatis?  
 Deus meus, honor meus, mea dignitas, & omnia  
 omnia: quid est tandem, quod appetere possim  
 & cuius loco, mihi non Deus sit, & sit omnia  
 epulatio, mihi oblectatio, mihi quies, mihi  
 saurus Deus est, & mihi Deus est omnia  
 plus quam omnia, nam etsi cibus, quibus  
 vesci: potu, quem satio, refici: voluptate, quæ  
 ardeo, frui; honores, quos ambio, assequi licet  
 quid istud vesci est, quid illud refici, & frui  
 assequi? DEUS MEUS ET OMNIA: te frui  
 refici, est perfectissimo refici, est frui, omnibus

nis: DEUS MEUS ET OMNIA. At verò labor premit, dolor affligit, cura distrabunt, homo turbat, & exagitat. Nihil horum metuendum: neque enim hac omnia etiamsi simul ingruant, mala sunt, si summum istud bonum optineatur, Deus. DEUS MEUS ET OMNIA. Tu mihi, ô bone Deus, ô Bonitas, tu in labore quies, in dolore voluptas, in curis securitas, tu mihi ab omni hominum insultu propugnaculum tutissimum; tu mihi ab omni malo refugium; tu mihi es OMNIA, quacunque tandem desiderare possum. Ergo quandocunque imposterum, & quodcunque bonum appetiero, hoc ipse mihi semper occinam: DEUS MEUS ET OMNIA. Desine, ô homo, impuros rivulos sectari, cum fontem purissimum habeas; Deum habes, omnia habes, quacunque habere concupiscis.

Aspiratio S. Augustin. Medit. c. 35. n. 8.

Dulcis Christe, bone JESU reple semper, queso cor meum inextinguibili dilectione tua, continua recordatione tua, adeò, ut sicut flamma urens, totus ardeam in tui amoris dulcedine, quem & aqua multa in me nunquam possint extinguere. Fac me dulcissime Domine amare te, & desiderio tui deponere pondus omnium carnalium desideriorum, & terrenarum concupiscentiarum gravissimam sarcinam, que impugnant & aggravant miseram animam meam: ut post te expedite in odore unguentorum tuorum currens, usque ad pulchritudinis tue visionem efficaciter satiandus, quanto magis te quoque dulce merear pervenire.

Et

Et hoc ipsissimum est, quod tot verbis ad  
ram præcipit magnum mandatum Charitatis  
commodè explicandum; & utinam & a me  
te, mi Lector! tandem aliquandò perfectè  
implendum!

IV. Magnum mandatum Charitatis explicat

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto*  
*tuo, & tota anima tua, & ex tota mente*  
Matth. 22. Additur Marci 12. *Ex tota virtute*  
*tua.* Luc. 12. *Ex omnibus viribus tuis.* Et  
genitaliter Deut. 6. *Ex tota fortitudine tua.*

**H**ic SS. PP. & Interpretes intelligunt  
potentias, & facultates spirituales, &  
porales hominis, varia terminorum applica  
ne, sed hac convenientiori: per *cor* quidem  
nium motum corporalium principium intelli  
tur voluntas, quæ omnium motuum spiritualium  
& actionum suarum principium, & radix  
Per *mentem*, cui maximè congruit contem  
tio, intelligitur intellectus, seu intelligens  
Per *animam* intelligitur virtus sensitiva, &  
petitiva hominis. Per *virtutem*, vires, *for*  
*titudinem* intelliguntur sensus & potentia excec  
res, & executivæ facultates, seu totam rob  
eorporis: ut proindè sensus præcepti sit: *Dilige*  
*Dominum Deum tuum ex tota voluntate, ex*  
*to intellectu, ex toto sensu, & appetitu, & ex*  
*& omni facultate corporis*, adeò nimirum  
quidquid voluntas vult, & appetit; quidquid  
tellectus concipit, quidquid sensus & appetitus  
percipit, quidquid quævis externæ facultates

perantur, totum illud per amorem, aut in Deum  
super omnia dilectum referatur, & ordinetur, aut  
saltem à Deo super omnia dilecto declinare, ei-  
que repugnare voluntariè non permittatur. Nam  
dupliciter intelligi potest in hoc magno mandato  
diligere Deum ex toto corde, totâ animâ &c. 1.  
Secundùm totalitatem, seu perfectionem positi-  
vam, & universalem. 2. Secundùm totalitatem,  
seu perfectionem negativam, seu particularem  
tantum. Sic enim antiqui, ut benè docerent,  
benè destinxerunt: præsertim D. Bonavent. in 3.  
dist. 37. a. 2. q. 6. Jam explico.

Diligere Deum ex toto corde, ex tota anima <sup>IO</sup>  
&c. secundum totalitatem, seu perfectionem posi-  
tivam est ita omnibus internis & externis poten-  
tiis, earumque operationibus & affectibus positi-  
vè, & perfectè tendere in Deum, atque ita ordina-  
re omnia in Deum super omnia dilectum, ut ex-  
cludat omnem prorsus actum, affectum, & mo-  
tum à Deo extraneum; quin positivè in Deum di-  
rectus sit: atque ita nihil prorsus ames, cogites,  
agas, nisi ipsum Deum, vel propter Deum, &  
consequenter infrà Deum, omnia nimirum syn-  
cerissima intentione actuali, aut saltem virtuali in  
Deum referendo. Et eleganter D. August. Lib.  
1. de doctrina Christiana a. 22. cum ait:  *toto Cor-  
de, totâ animâ, totâ mente nullam vitæ nostræ par-  
tem reliquit, qua vacare debeat, & quasi locum  
præbere, ut alia re velit frui: sed quidquid aliud  
diligendum venerit in animam suam, illuc rap-  
tatur, quo totus dilectionis impetus currit.* Hæc  
ille.

ille. Sed quis est hic & laudabimus eum? Et  
modo perfectissimo ex toto corde, anima, me  
virtute &c. Deum diligunt Beati in Patria;  
autem possumus nos, nec consequenter co  
cepto obligamur sic diligere Deum peregrin  
in via. *Ratio est evidens, & differentia nimia*  
nimirum Beati Deum summum Bonum sum  
sione clara Beatifica sibi semper propositum  
intimè sibi præsens habent, eoque Beatifico  
re perfruuntur adeò, ut nulla unquam ratio  
sit, vel adesse possit, cur non voluntas eorum  
nibus viribus continuò toto impetu in DEI  
rem rapiatur, eoque detineatur: quid enim  
aliud occurrere possit extra Deum amandum  
verò in hac vita, & via ærumnosa ob natural  
firmitatem tam intellectûs, quàm voluntatis  
non potest, quin ab actuali contemplatione  
more DEI continuâq; omnium nostrorum act  
ad ipsum relatione sapius abstrahamur, de  
mus, desistamus, & descendamus ad am  
creaturas, & circa eas intellectu, affectu, &  
ratione occupemur absque actuali relatio  
Deum, sicque agamus actus otiosos, & sa  
nialiter malos, qui licet Divinæ Charitati  
micitia non repugnent omninò, sed cum ea  
sistere possint, tamen imperfectionem aliq  
amoris semper secum adferunt.

Dices. Ad quid ergò hæc tanta perfectio  
ris Dei ex toto corde, anima &c. nobis tot  
bis proponitur, & inculcatur, si ita perfecte  
re Deum in via non possumus, nec consequ  
temur; Respondet laconicè *D. Bonav. l. 6.*



sciamus, quo per amorem debeamus tendere, & ut nemo perfectum se arbitretur, quousque illam perfectionem fuerit assecutus. Hæc Sanctus. Certè huc conandum est, non tantum omnibus ad perfectionem tendere ex professione obligatis, sed etiam universis, qui suis actibus securè apud Deum mereri volunt, ut mox patebit.

Diligere Deum ex toto corde, totâ animâ; secundum totalitatem & perfectionem negativam tantum, est ita affectu, & omni actione nos ferri in Deum, ut saltem excludamus omnem affectum & actum contrarium Deo, seu Dei offensivum, nimirum peccatum, atque ita amare Deum super omnia, ut nihil amemus, seu velimus contra, & consequenter supra Deum, aut æqualiter Deo. Sed vides jam hæc ratione amare Deum ex toto corde &c. esse ipsissimum amare Deum super omnia appetitivè. Et sic omnem hominem posse & debere amare Deum ex toto corde &c. ex vi præcepti hujus nihil certiùs, ut statim docebit Sectio, & Assertio sequens.

Interim lubet hanc Seraphici Amoris doctrinam Seraphicâ pennâ descriptam tradere. D. Bonavent. 3. d. 37. a. 2. q. 6. Sic habet: *Dupliciter enim potest intelligi, quòd Amor Dei possideat totum cor aut ita, quòd excludat omnem affectum extraneum, & tunc dominatur plenè & perfectè cordi. Hoc autem est, quando omnes motus cordis per amorem referuntur in Deum: & hæc totalitas ponit dominium plenum. Alio modo dicitur Amor Dei totum cor possidere, quando excludit omnem affectum*

Etum contrarium, hoc est, quod nihil diligatur  
 pra Deum vel æquivaliter ipsi Deo, & sic  
 Deum ex toto corde, qui diligit eum prop  
 & super omnia &c. Et paulo post concludit  
 gò in illo præcepto intelligatur Deus diligi  
 anima, & ex toto corde, & ex tota mente,  
 tum ad primam acceptionem totalitatis; sic  
 ille non obligat ad sui impletionem, sed ex  
 in præcepto, ut sciamus, quò per amorem  
 mus tendere, & ut nemo se perfectum arbitretur  
 quòsque illam perfectionem fuerit affectus  
 verò dicatur diligere ex toto corde, secundum  
 eundem acceptionem, si tenemur ad illam  
 dum implendum &c. Sic Doctor Seraphicus  
 post cujus Seraphicam doctrinam, inspice,  
 secundum.

*Exemplar Seraphicum.*

DEUS MEUS, ET OMNIA.

**D**EUS TUUS OMNIA TIBI! ó  
 Seraphica extensionis latitudine, dilectionis  
 latitudine OMNIA TUA DEO! ut in plenitudine  
 ne dilectionis fabuleris cum anima tua: *Bona-*  
*nima mea Domino, & omnia, quæ intra me*  
*Nomini Sancto ejus. Extensè ac præclare de-*  
*pennâ suâ Seraphicâ D. Bonavent. Vita S. Fran-*  
*ci c. 9. §. 3. Non habebat aliud Christi passum*  
*nisi duo minuta, corpus scilicet, & sanguinem*  
*quod posset liberali charitate largiri. Sed*  
*per amorem Christi sic offerebat continuè, ut*  
*si omni tempore, per rigorem jejunii Corpus; &*  
*ardorem desiderii spiritum immolaret, et*  
*in atrio sacrificans holocaustum, & in templo*

vis concremans thymiama. Sic autem cum charitatis excessiva devotio sursum in divina ferebat, in ejusdem affectuosa benignitas ad natura confortes & gratia dilataret. Non se Christi reputabat amicum, nisi animas foveret, quas ille redemit. Saluti animarum nihil preferendum esse dicebat, eo maxime probans, quod Unigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. Hinc sibi in oratione luctamen, in predicatione discursus, & in exemplis dandis excessus. Inspice, inspice Philotee Lector, & magis fac secundum hoc exemplar, ac interim aspira.

Aspiratio S. Augustini.

Med. c. 35. n. 4.

**D**Amihi, ut amem te semper, quantum volo, & quantum debeo, ut tu solus sis tota intentio mea, & omnis meditatio mea. Te mediter per dies sine cessatione: te sentiam per soporem in nocte: te alloquatur spiritus meus, tecum fabuletur mens mea. Lumine sancta visionis tua illustretur cor meum, ut te rectore, te duce ambulem de virtute in virtutem, tandemque videam te Deum Deorum in Sion. (Idem Soliloq. c. 19. n. 1.) **O** Ignis! qui semper ardes & nunquam extingueris: **O** Amor, qui semper ferves & nunquam tepescis, accende me: Accendar inquam, totus a te, ut totus diligam te. Minus amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.

§. III. DEus propter se diligitur

Charitatis objectum primum.

**E**T materiale, & formale est ipse Deus optimus,

Q 2

mus, & Summum Bonum in se, propter ipsam  
met intrinsecam suam, & infinitam Bonitatem  
ac perfectionem omnimodam, adeoque propter  
semetipsum irreferibiliter super omnia amabilem  
amore amicitiae. Hâc nobilissimâ differentiâ Charitas  
eminet super reliquas virtutes Theologicas  
Fidem, cujus objectum est idem Deus ut in  
Veritas revelans: & Spem, cujus objectum  
male est idem Deus, ut summum Bonum notum  
super omnia amandus amore concupiscentiae  
suo loco explicatum. Cæterum cum audis  
ctum formale Charitatis esse summam, &  
tam Dei Bonitatem in se, ne intelligas illam  
nitatem Dei specialem, quæ est speciale attribu-  
tum Dei à cæteris attributis, & perfectionibus  
vinis distinctum, importans summam Perfectionem  
Dei in operando; seu principium communicandi  
se optimo modo, quo convenit: sed intellige  
Bonitatem universalem Dei, quatenus  
tur pro plenitudine, & velut cumulo innumerabilium  
rum & infinitarum perfectionum divinarum  
tota & infinita Dei Excellentia in omni perfectione  
perfectionis, qua amabilis est, ac diligibilis. Hæc  
enim est adæquata & simplicissima ratio, quæ  
cialem super omnia dilectionem requirit: est enim  
Deus super omnia amabilis & diligibilis in  
ta sua Sapientia, Bonitate speciali, Justitia, Misericordia,  
ricordia, pulchritudine, & qualibet perfectione  
sua, & super omnia in infinito omnium perfectionum  
num infinitarum cumulo. Ex quo aliquot  
rollaria inferenda sunt.

COROLLARIA.

De Charitatis excellentia.

I. Charitas est omnium virtutum perfectissi-12  
ma, & excellentissima. Est de Fide. 1. ad  
Cor. 13. Nunc autem manet Fides, Spes, Chari-  
ritas &c. major autem horum est Charitas. Ad  
Col. 3. super omnia autem hac, Charitatem habe-  
te, quod est vinculum perfectionis. Ratio clara est:  
quia Charitas circa perfectissimum objectum ver-  
satur scilicet Deum, ut summum & infinitum Bo-  
num in se; & perfectissimo modo, nimirum a-  
more amicitiae adhærendo summo Bono, illud-  
que velut præsens amplectendo, cum Spes amore  
concupiscentiae solum in futurum expectet Deum,  
ut summum Bonum nostrum: Fides ut purè assen-  
tiatur Deo ut primæ veritati revelanti. Longè  
infra Deum serpunt reliquæ virtutes morales, ut  
jam semel audivisti. §. 1. n. 1.

II. Charitas est forma omnium virtutum reli-13  
quarum tam Theologicarum, quàm moralium,  
utpotè Fidei, Spei, Religionis, Prudentiæ, Justi-  
tiæ, Temperantiæ, Fortitudinis, & quæ ad has  
revocantur. Communissima cum D. Thoma, D.  
Bonavent. Scot. reliq. Scholast. in 3. dist. 36. Et  
ratio est; quia virtus hominis simpliciter & perfe-  
cta est, quæ operationes ejus dirigit, & ordinat,  
ut convenienter fiant in ordine ad suum finem ul-  
timum consequendum, qui finis ultimus defacto  
est Beatitudo æterna supernaturalis, seu perfecta  
cum Deo conjunctio per visionem & amorem, seu  
beatitudinem Beatificam: atqui per solam Charita-

Q3

tem

tem operationes hominis proportionem habent ad illum finem supernaturalem, scilicet Beatitudinem consequendam & promerendam: & ex sapientissima Dei ordinatione passim in Litteris infra partim afferendis declarata, quod meritum vitæ æternæ à Charitate tanquam à fonte dependeat; ut sicut finis hominis summus & lentissimus est, ita etiam acquiri non potest per præstantissimam virtutem, quæ est Charitas: ergo Charitas meritò dicenda est forma omnium virtutum cæterarum in ordine ad Beatitudinem consequendam, ita nimirum, quòd licet cæteræ illæ virtutes secundum se veram rationem & honestatis morales habeant, & hominibus secundum rectam rationem in operando reprobentur (quæ ratione veræ virtutes morales reprobantur in Infidelibus, ut agnoscunt *Scor. & D. 1. alii*) nulla tamen alia virtus possit hominem ad Charitatem in sperando dirigere ad suum proprium supernaturalem finem Beatitudinis æternæ, ut omnes aliæ virtutes in suis actibus secundum se omninò steriles, informes, & inutiles sint ad illum finem, ac per solam Charitatem, ejusque imperium & imperium velut informatæ, fructificantes, ac validæ sunt ad promerendam & consequendam Beatitudinem, seu ultimum Finem nostrum. Et hinc.

14 III. Charitas est radix omnis meriti. Certum de Fide. Latè docet Apost. I. Corinth. *Si linguis humanum loquar & Angelorum & cetera alibi.* Ratio jam satis deducta est. Verum quod

vis DD. omnes consentiant nulla reliquorum virtutum opera sine Charitate posse esse meritoria vitæ æternæ: discrepant tamen maximè, in quoniam consistat ille concursus, influxus, & velut informatio Charitatis ad aliarum virtutum opera meritoria reddenda. Quatuor diversas opiniones bene refert, & dijudicat Laym. lib. 2. tract. 3. c. 1. Accipe brevissimè. *Prima sententia* est: quòd homo modò in gratia DEI constitutus & habitu Charitatis præditus sit, omnibus quibuslibet bonis operibus mereatur augmentum gratiæ, vitamque æternam absque alio influxu, vel operatione Charitatis. Sed certè nimis evidenter repugnare videtur illud Apostoli ad Galat. 5. *In Christo enim JESU, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed Fides, quæ per Charitatem operatur.*

*Secunda sententia* est: quòd homo justus, scilicet gratia & Charitate habituali præditus, quibuscumque bonis operibus mereatur augmentum gratiæ & Gloriæ, modò procedant ex motivo aliquo supernaturali, saltem Fidei, aut Spei, vel Timoris DEI; etsi nullus Charitatis actus unquam antecesserit. Sed rursus videtur repugnare eadem Apostoli sententia. Adde tamen huic opinioni suam probabilitatem etiam à nobis inferius adstruendam. *Tertia sententia* est: quòd primus & unicus actus Charitatis, quo homo justus se, & omnia sua, etiam consequentia opera in Deum refert, tanquam Summum Bonum, ac ultimum supernaturalem Finem jam sufficiens sit, ut sequentibus omnibus quibuscumque bonis operibus potius

Q 4

vitæ

vitzæ in Gratia DEI factis vim merendi tribuat. *Valentia, alique apud eundem Layman.* In sententiam valdè propendeo, & omninò credere esse veram, nisi *Sacra Littera, SS. PP. &c.* actualem aliquam Charitatis operationem, imperium requirerent ad hoc, ut opera aliorum virtutum evadant meritoria æternæ vitæ.

IV. *Quarta ergò sententia* mihi omninò certè omnium securissima, ac per hoc ipsorum gravissimi momenti, & emolumentum, in praxi nimodè amplectenda, urgenda, & consulenda, ad hoc ut actus quilibet virtutum, etiam de se imò & indifferentes ex se, meritorii sint Gratiæ & Gloriæ, debere à Charitate, actu, vel virtute operari, atque in Deum ultimum Finem referri. Hanc mihi charissimam sententiam placet declarare, & ad praxin deducere.

## ASSERTIO II.

15 **N**ullus omninò actus humanus quantumvis bonus aliàs moraliter, atque ab hominibus Divina gratia constituto exercitus (atque longè probabiliùs, etiam aliarum virtutum supernaturalium Fidei & Spei) est meritorius Gratiæ & Gloriæ, nisi à Charitate omnium virtutum formà elicitus, vel imperatus, seu in Deum ultimum Finem relatus actu, vel virtute, vel nisi actuali vel virtuali intentione fiat propter Deum super omnia dilectum, ad ejus placitum honorem & Gloriam. Ita communis DD. præsertim antiquorum D. Thom. 1. 2. q. 114. a. 4. Et ubi sapissimè. D. Bonavent. in 2. dist. 41. a. 1. q. 1.



Scot. ead. dist. 41. q. unic. & alibi. Alexand. Alens. Durand. Gabriel. alii, quos sequuntur plurimi Thomist. & Scotist. Communiter. Item Henric. Lorca, ac optimè Bellarmin. lib. De Justificat. c. 15. per tot. Ockam. Communis. Herincx noster tom. 2. tract. 4. disp. 6. q. 2. n. 28. ita subscribit: Ut ob horum proinde gravissimam auctoritatem Doctrina hæc non possit carere maxima probabilitate, secundum quam & jam aptè intelligi possent ea, quæ pro altera sententia allegantur ex Trid. infra: Quod utique noluit derogare communi vel sententiæ veterum, & quidem Principum Theologorum. Non mirum quoque videri debet spectata immensitate præmii, quod Deus hanc in merito perfectionem exegisset. Hæc Herincx sapienter, sed cautè.

I. Probatur ex Scriptura 1. ad Corinth. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, Charitatem autem non habeam, factus sum velut as sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero Prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam; & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, Charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas; & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Hæc Apost. Atqui non rectiùs explicatur tanta necessitas Charitatis ad meritum Gratiæ, & Gloriæ apud Deum, nisi quòd ab illa sola elici, vel imperari, atque ad Deum ordinari debeant omnes actiones nostræ,

Qs

stræ,

stræ, qualis, & quantæcunque virtutis, ut licet  
 meritoria gratia, & vitæ æternæ: quod ipse  
 indicans Apostolus statim subjungit, quomodo  
 per Charitatis imperium, ac motionem caritatis  
 rum virtutum opera utilia evadant dicens: *Caritas  
 vitas patiens est, benigna est, &c.* At Galat. 6.  
*In Christo JESU neque circumcisio aliquid valet  
 neque preputium, sed Fides, qua per charitatem  
 operatur.* Ostendit Apostolus Charitatis proprietas  
 esse imperare & dirigere opera Fidei efficaciter  
 utilia ad salutem. 1. ad Corinth. 2. *Oculus  
 vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis  
 ascendit, quæ preparavit Deum his, qui diligunt  
 illum.* Consonat Jacob *Epist. c. 1. Beatus vir  
 suffert tentationem, quoniam cum probatus fu-  
 rit, accipiet coronam vitæ, quam repræsentat  
 Deus diligentibus se.* Audis? aperte significat  
 Beatitudinem præparari, promitti, deberi Charitati,  
 & diligentibus: & consequenter sola opera  
 ex Charitate facta, atque in Deum relata esse me-  
 ritoria vitæ æternæ. Quod ipsum haud obscure  
 significans Christus, dum in Evangelio mercedem  
 meritoria promittit bonis operibus, patientiæ, misericordiam,  
 &c. non simpliciter, sed cum notabili  
 addito: *Si fiant propter me, propter nomen meum  
 Servis, vel fratribus meis minimis, &c.* id est  
 mei intuitu, affectu, amore, mei honoris ergo. Sicut  
 Matth. 10. *Qui recipit justum in nomine justus  
 est, ea intentione & respectu, quia justus, amicus  
 servus Dei est) mercedem justus accipiet.* Alioquin  
 Matth. 5. dicit: *Si enim diligitis eos, qui vobis*

diligunt, quam mercedem habebitis? Et, quid  
 queris homini justo amicum redamanti ad merce-  
 dis meritum desit, nisi Charitatis imperium, &  
 relatio ejusmodi amoris in Deum?

Denique quam, amabo, causa, cur Apосто-  
 lus tam sollicitè hortetur 1. Corinth. 10. *Sive  
 ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid fa-  
 citis, omnia in Gloriam Dei facite.* Hoc est,  
 per Charitatem in Deum referte. Rursus ad Col. 3.  
*Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere,  
 omnia in nomine Domini nostri JESU Christi gra-  
 tias agentes DEO, & Patri per ipsum.* Ad quid,  
 inquam, hæc amnia, nisi ad meritum boni  
 operis requireretur Charitatis aliqua relatio in  
 DEUM?

II. Probatur ratione. I. Meritum vitæ æter-  
 næ ita ex Divina ordinatione dependet, ut illa  
 sola opera propriè meritoria vitæ æternæ possint  
 esse, quæ Deus ad vitam æternam acceptare dig-  
 natur: est enim vita æterna bravium quoddam,  
 ut Scripturæ loquuntur, & in libera potestate,  
 Principis proponentis bravium, ut provideat,  
 quibus operibus, cursu, certamine, bravium ob-  
 tineri velit: Atqui Deum ad meritum vitæ æter-  
 næ requirere, ut opera ex Charitate fiant, aper-  
 tissimè loquuntur Scripturæ allegatæ, aliæque  
 plurimæ, brevitate gratiâ omissæ; passimque  
 docent SS. PP. quos nimis prolixum esset allegare:  
 & confirmant rationes sequentes; ergo. 2. Vi  
 suavis providentiæ Divinæ Sapientissimus Deus  
 illa media ordinare solet ac finem, quæ majorem  
 cum

cum illo proportionem, & conformitatem habent: atque ita sapientissimè ordinavit, ut finis vitæ æternæ, quæ in comprehensione ac fruitione Summi Boni consistit, homo viator non mereatur, nisi per actum liberæ voluntatis proportionatum, quo scilicet in Deum ultimum finem Summumque Bonum tendat per motum fructus, seu unionis & amicitiae: Atqui iste motus vel actus proprius est Charitatis, ut patet: *(sunt verba formalia S. Thom. cit. a. 4.) motus vitæ æternæ primò pertinet ad Charitatem ad alias autem virtutes secundariò secundum quod earum actus à Charitate imperantur.* Unde rursus exclamat Apostolus Coloss. 3. *omnia autem Charitatem habete, quæ vinculum perfectionis.* 3. Illa tantum opera sunt meritoria vitæ æternæ, quæ ex natura Charitatem augent; omne enim meritum vitæ æternæ simul etiam incrementum est Charitatis gratiæ secundum receptam Theologorum sententiam: Atqui Charitas non augetur nisi per actus qui ab ipsa procedunt, seu ab ipsa eliciuntur imperantur, id enim omnibus habitibus commune est, quòd non nisi per suos actus augeantur: ergo illa solum opera meritoria sunt vitæ æternæ quæ sunt actus elicitivi, vel imperati à Charitate. Omnium sensu & consensu, ad hoc ut opus meritorium sit vitæ æternæ, necesse est, ut in Deum finem supernaturalem referatur: Atqui solus Charitatis est referre opera ad Finem supernaturalem Deum; reliquæ enim virtutes Theologicae Fidei

Spes respiciunt quidem DEUM, ut objectum Supernaturale, sed non referuntur in eum ut Finem Supernaturalem, seu Summum Bonum: virtutes autem morales ex natura sua immediatè DEUM non respiciunt, ut patet: ergò reliquarum virtutum actus non sunt meritorii vitæ æternæ, nisi à Charitate imperentur, moveantur, atque ad Deum referantur. Neque etiam sufficit relatio habitualis ex eo, quòd ipse operans ratione Charitatis habitualis sit ordinatus in DEUM; nam subjectum ordinatum per habitum aliquem in finem non communicat operi ordinationem in eundem finem, nisi operetur, & dirigat illud opus in eum finem: adeòque neque Charitas, seu Justitia habitualis moralium virtutum; actibus talem ordinationem, seu habitudinem in DEUM, ut Finem Supernaturalem, conferre poterit, nisi in actum transeat, eaque opera dirigat: alioquin certè omnia opera peccatoris habitualiter à DEO aversi, & ad creaturam ut finem ultimum conversi, essent ordinata ad perversum ultimum finem, atque adeò peccatum mortale, quod falsum est, & hæreticum. Maneat ergò, nulla opera cujuscunque virtutis esse meritoria vitæ æternæ, nisi à Charitate aut elicita, aut imperata, atque ad DEUM ultimum Finem relata, idque *actum*, vel *virtute*: qui modò termini explicandi, & ad praxim applicandi sunt.

III. *Actum*, seu actualiter actiones in DEUM, ut ultimum Finem, vel Charitatis Imperium deserimus, quodò ex præsentì actuali amore DEI super

super omnia operamur, agimus, omitterimus, et  
 timur. Ponderosa sunt verba Scoti in 2. dila.  
 q. unic. *Sicut cogitans actualiter de fine dicitur  
 illum, & vult aliquid propter illum. Sive  
 inde fit formalis, & explicitus actus amoris  
 DEI super omnia, dicendo v. g. DEUS  
 Summum & unicum Bonum meum! amo te  
 per omnia: cuique solus amore, tibi soli placere  
 gratiâ ad tuam solius Gloriam, ad gratum  
 ex amore obsequium præstandum, hoc ago, hoc  
 mitto, hoc pacior, &c. quod quidem excellen-  
 tissimum, summè meritorium, & accedente  
 quâ praxi, præsertim cum exercitio præsentia  
 vinæ, facile est: sive sit actus Charitatis implicitus  
 seu quicumque pius motus, vel affectus volun-  
 tatis in præsentia actione tendens in DEUM,  
 dicendo: *Mi DEUS propter te; quia tibi placere  
 quia tu vis, præcipis, tibi, ad tuam Gloriam.*  
 Et generaliter cum quis in sua operatione de Deo  
 cogitat, & quocumque motu, vel affectu in Deum  
 sum tendit: dummodo absit aliqua intentio  
 va propriæ quæstionis, vel satisfactionis appeti-  
 tûs, &c. semper censetur actualiter ex Charitate  
 referre actiones suas in Deum, ut ultimum Finem  
 cui; quo etiam spectare videtur, quod Laymanus  
 c. I. ante finem annotavit; nimirum Religiosus  
 qui ob amorem Dei per obedientiæ, & reliquorum  
 voluntaria vota, velut holocaustum se Deo oblatum  
 runt, omnia, quæ ex necessitate illius obligationis  
 in qua voluntariè persistunt, opera exercentur, et  
 labores perferuntur, apud Deum meritoria fieri  
 etiam*

etiam si intentio formalis, & explicita ob amorem Dei & Gloriam operandi non repetatur, aut innovetur: continetur enim ea intentio satis implicite in voluntaria observatione suarum regularum. Verum quia Religiosi etiam multas sæpè actiones liberas exercent, ad quas vi status & professionis suæ non obligantur, ideo tam ipsis quàm omnibus aliis consulenda, & commendanda est intentio actualis, & explicita quàm creberrimè, præsertim ante opera alicujus momenti repetenda. Ad praxin ergo revocanda sanctissima antiquorum Christianorum consuetudo, qui omnia sua opera (sicut Ecclesia omnia officia Divina) inchoabant à signo Crucis, & laudatissimis illis Psalmi versiculis: *DEUS in adjutorium, &c.* Et Doxologia: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.* quo simul exercita Fide Spe & Charitate, & Divinum auxilium necessarium petitur, & ad Dei Gloriam opus amorosè refertur, Placuit apud Anton. Sucquet in viis vitæ æternæ significantissimum suspirium, omniumque præcipuarum virtutum compendiosum exercitium: *Ex te, in te, pro te sunt omnia. Credo tibi, in te spero, ex toto corde diligo. Tibi placere cupio ac intendo, O Deus meus & omnia!* quo spectat illud: *Omnia ad majorem Dei Gloriam, D. Ignatii.* Sunt etiam qui contenti generali oblatione matutinâ omnium per diem agendorum, omittendorum, tolerandorum; deinceps ad occasiones particulares brevi, sed succosâ emphasi suspirent: *JESU TIBI, ET TECUM.*

37 VI. *Vel virtute.* Virtute, seu virtualiter actio-  
 nes nostras in Deum ultimum Finem referimus  
 quandò vi intentionis, & imperii Charitatis præ-  
 cedentis nunquam revocatae, postea data occa-  
 sione operamur: ita nimirum, ut imperium Charita-  
 tatis, seu intentio præcedens verè sit causa actio-  
 nis subsequenter; & hæc verè fiat ex vi & motu  
 intentionis præcedentis adhuc virtute per-  
 verantis; cujus signum à posteriori est, si tu  
 reflectens, vel interrogatus, cur opereris hoc, vel  
 studeas, scribas, labores, &c. statim recitata præ-  
 ri intentione diceres: *propter Deum, ad Dei  
 Gloriam, ad Dei placitum &c.* Et certè tam-  
 durabit tua virtualis intentio, & relatio Charita-  
 tis ad DEUM, quamdiù in operando sentis  
 quam quantumvis tenuem reflexionem, vel motum  
 tum ad DEUM. Quòd si ergò quis mane  
 proponat hoc die, hæc, illa, ac omnia opera  
 sua facere ex Charitate, & propter DEUM  
 ejus Gloriam, is quidem ipso facto exercet actum  
 præstantissimum Charitatis, & Religionis,  
 que præstantiorem, quo magis extensum  
 Deum habet: at verò postea temporibus suis  
 sùs immemor matutini propositi sui, & absque  
 ulla omninò relatione, vel dependentia ad  
 propositum, ut nec interrogatus quidem  
 modò operetur, scribat, comedat, &c. illud  
 meminisset; sed merè ob alias causas v. g. ex  
 tu servili pœnæ, ex mera consuetudine, ex  
 mano respectu operetur, oret, studeat, labores  
 &c. tunc illæ actiones, sicut reverà non  
 amp



amplius actus Charitatis imperati, neque vi illius propositi facti, itaneque vi illius meritoria esse poterunt. Ita communiter DD. cum D. Bonavent. in 2. dist. 14. a. 1. q. 3. Bellarmin. lib. 5. De Justif. c. 19. Laym. cit. Et optimè explicat Joan. Husens viridar. virtut. v. Intentio recta c. 4. verba ejus adnumerat, tu pondera. Ad meritum boni operis requiritur, ut vel tunc, cum fit actio, imperetur a Charitate, atque ad Deum, ut finem supernaturalem, ac ultimum referatur, vel certe nascatur ab actu imperato a Charitate, atque in Deum antea relato; quod est virtute referri; tunc enim dicitur opus aliquod virtute in Deum relatum, cum intentio antecessa verè est causa illius, ut fiat. Quare si quis generali tantum intentione initio anni, mensis, vel diei omnia futura opera ad gloriam Dei offerat, ut quidam laudabiliter faciunt, non ideò dicetur virtuali intentione obrulisse, singulisque bonis operibus, licet in gratia sit constitutus, vitam aeternam promeruisse. Hæc ille verissimè.

COROLLARIUM.

Omnis ergo actus hominis non tantum de se<sup>18</sup> virtuosus & bonus, sed etiam indifferens, ut comedere, bibere, colloqui, recreare se, ita actu, vel virtute in Deum a Charitate relatus est meritorius, & augmentum gratiæ in præsentia, & gloriæ in futuro; ut sic Gloria in Patria respondeat Charitati in via: econtrà actus quantumvis bonus in genere moris cujuscunque virtutis, Fidei, THEOL. MORAL. PARS II. R Spei,

Spei, Religionis, Orationis, Eleemosynæ &c. non est imperatus à Charitate, neque ita actus virtute in Deum ultimum finem relatus, propterea vanus & inutilis est ad meritum vitæ æternæ: cogitent proindè, qui hunc in suis actibus non observant, sed in suo tepore arid consuetudine, timore servili, respectibus, & affectibus humanis, propriæ satisfactionis quæstione, appetitibus naturalibus (cætera taceo) procedunt, quanto timore meritorum gloriæ se omninò gratis, & laboriosè privent; & quia tam tepidè & infideliter utuntur gratiâ & Charitate sibi à Deo iniuncta, quid mirum, si tam multi toties excidant? Quis sanè Christus elegantissimè significavit in parabolâ narum, quàm (quia nôsti) non extcribo, suspirò cum D. August. Manual. c. 4. in initio *miserâ anima, quæ Christum non quarit, nec amanda manet, & miserâ. Perdit, quod vivit, qui te Deum non diligit; qui curat vivere propter te Domine, nihil est, & pro nihilo est.*

*Sententia mitior proponitur, sed non suadenda.*

19 **F**atendum est probabilem esse sententiam RR. extra Scholam D. Thoma & Scoti, nimirum actus aliarum virtutum supernaturalium, præsertim Spei in homine justo esse per se meritorios; & consequenter etiam probabiliter merentur actus virtutum moralium imperati per quam virtutem supernaturalem v. g. Spei bonis op

quemadmodum quia actus Charitatis est de se  
meritorius, etiam meritorii sunt actus ab illa im-  
perati. Ratio satis bona sumitur ab argumento  
negativo. Absque urgenti fundamento vis meren-  
di non debet adeò restringi, ut plerique Christia-  
ni etiam boni, qui in suis operationibus supre-  
mum illud Charitatis motivum non habent præ-  
fixum, sed aliud inferius; Spei, vel Timoris Dei,  
omni merito præventur: sed nullum apparet ur-  
gens fundamentum ad opera meritoria necessariò  
requiri motivum Charitatis, & non sufficere  
aliud motivum supernaturale. *Non ex Scriptura:*  
Quia Scripturæ loca allegata, & alia commodè ex-  
plicantur de necessitate status gratiæ & Charitatis  
habitualis, sine quo opera quantumvis præclara  
prodesse non possunt: aut certè de consilio per-  
fectionis. Neque Scriptura sacra ullibi necessariò  
requirit motivum, vel imperium Charitatis, sed  
ad summum, ut opera referantur in Deum, ut fiant  
in nomine Christi &c. Atqui etiam alii actus vir-  
tutum supernaturalium Fidei, Spei, Timoris Dei,  
atque ab his imperati referuntur ad Deum, &  
fiunt in nomine Christi, ut patet: ergò. *Neque*  
*ex Concil.* Quia maximè favet *Concil. Trident.*  
*S. S. c. 16.* plenam rationem meriti adscribens  
operibus bonis hominis justii, *que in Deo sunt fa-*  
*cta:* sunt autem in Deo, dum fiunt ex aliquo  
motivo Divino ac supernaturali, quod latius pa-  
ter, quam Charitatis. Et ibidem definit *can. 33.*  
iustos mereri augmentum gratiæ, & vitæ æternæ  
bonis operibus factis per Dei gratiam, & Chri-

sti meritis, nec ullibi requirit; ut eliciantur, & imperentur à Charitate: ergò Denique actus virtutum supernaturalium omnium etiam Fidei, Timoris Dei, atque ab his imperati sunt eisdem ordinis supernaturalis cum ipso præmio, ad satisfactionem commensurati eidem, accedente Dei provisione, & acceptione. Et certè ipse Salvator sim in Evangelio propositò præmiò, nos ad operandum invitat. Et Apostolus ad Hebræos Moysem laudans dicit: *aspiciebat enim in retributionem.* Et David. Psal. 118. *Inclina mentem ad faciendas justificationes tuas in aequum propter retributionem.* Quare in hac sententia non tollit rationem meriti, quòd quis operetur ratione meriti & præmii; nam desiderare Beatitudinem, quæ est tantum bonum, adeoque tantum desiderii ejus operari, est honestum superius, quamquam utique non sit tam perfectum, ac si operari ex pura Charitate, in qua perfectione meriti perfectissima consistit, etiam cum propter ceteris virtutibus supernaturalibus suis operari loci & gradus, quamvis inferior.


Vides jam hanc sententiam esse probabiliter sed certè probabilem tantum, nostram verè probabiliorè, & simpliciter tutam, & simpliciter tutam, perfectam. Volésne bone viri in professione esse obligari, sequendo sententiam probabilè tantum, & minùs tutam, tot bonis operibus, laboribus mortificationibus &c. te saltem exponere periculo nihil metueris.

Vides  
simo I  
bonum  
eliciat  
virtute  
te mer  
bus ni  
vi, in  
spectu  
proced  
Dico  
qui, p  
cere fir  
Non b  
Certè  
simplic  
motivo  
tem co  
supra  
humana  
sublim  
succum  
magna  
tare de  
perari  
qui def  
inca

Vides etiam in utraque sententiâ adeò communis-  
simo DD. consensu ad meritum requiri, ut opus  
bonum aliquo modo referatur ad Deum, adeoque  
eliciatur, vel imperetur, aut dirigatur ab aliqua  
virtute supernaturali. Sed & vide rursus, quantò  
te meritorum cumulò privas, si in tuis operationi-  
bus nihil ad Deum te reflectas: at, ut suprâ nota-  
vi, in tempore, arida consuetudine, timore, re-  
spectu, affectu humano velut asinus Clitellarius  
procedas.

*Dices:* video hæc benè, sed rursus video indè se-  
qui, plerosque Christianos bona opera sua perficere  
sine merito, cum ea rarò sic referant ad Deum.  
Non benè vides, & fortè alios tuâ regulâ metiris.  
Certè Christiani justi, timorati, etiam rudes; ac  
simplices frequentissimè in suis actibus respiciunt  
motivum supernaturale, & in Deum tendunt sal-  
tem confusè, & virtualiter, quod sufficit, juxta  
supra dicta N. IV. Neque hoc est dissentaneum  
humanae fragilitati, sed insuper est consentaneum  
sublimitati præmii: quòd si plures fragilitati suæ  
succumbentes defectu debitæ relationis ad Deum  
magnam partem meritorum perdant, sibi impu-  
tare debent, quemadmodum & illi, qui benè o-  
perari omninò negligunt, & infiniti peccatores;  
qui defectu statûs gratiæ sunt, & manent meriti  
incapaces, prout sapienter advertit noster

*Herincx cit. q. 2. n. 24.*



*Proximus autem propter Deum diligitur*  
Charitatis objectum & actus secundarius.

*I. Proximus autem.*

20 **S**ignificatur objectum secundarium Charitatis, quod est omnis noster proximus: namque habitus infusus præstantissimus Charitatis inclinans primò & principaliter quidem ad dilectionem & amorem Dei super omnia, *propter se ipsum*, ac propter sui ipsius intrinsecam tantam Bonitatem, tanquam ad actum principalem etiam consequenter, & secundariò movet & inclinatur ad dilectionem & amorem proximi (& sui ipsius) *propter Deum*, seu propter eandem Bonitatem Divinam participatam in proximo tanquam actum secundarium necessario & priori connexum, ut deinde amplius explicabitur.

21 Proximus autem noster intelligitur omnis creatura rationalis gratiæ Divinæ, æternæque beatitudinis nobiscum capax, vel particeps, ut primis sunt Angeli, animæ beatæ, ac etiam in purgatorio existentes, quas novimus jam participare de gratiâ & Beatitudine æterna: deinde omnes homo viator fidelis, & infidelis, bonus, & malus, quantumvis peccator, vel inimicus nostrus hos enim omnes novimus adhuc nobiscum capaces gratiæ, amicitiaque Divinæ, atque æternæ Beatitudinis, omnes proinde ex Charitate diligendos.

di sunt propter Deum: omnes quippe comprehensi magno mandato *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*, nemir omnino excepto, nisi non proximo, qui scilicet obiscum gratiæ Dei, atque æternæ Beatitudinis (pax amplius non est, ut solent sunt Dæmones, & damnati.

Cur autem nequei communi definitione Charitatis Divinæ, neque in ejusdem generali, & magno mandato, illa fiat expressa mentio dilectionis sui ipsius, rationem optimè assignat D. August. lib. 1. de Doctrina Christiana c. 23. dicens: *Quatuor diligend sunt: unum, quod supra nos est, scilicet Deus alterum, quod nos sumus: tertium, quod juxta nos est, scilicet proximus: quartum, quod infra nos, scilicet corpus; de secundo & quarto nulla recepta danda erant: quantumlibet enim homo excidat à veritate, remanent illi dilectio sui & dilectio corporis sui, quia nemo carnem suam odia habuit: nam viri justi, qui corpus suum cruciant, non corpus, sed corruptionem ejus, & pondus oderunt.* Sic Sanctus Augustinus.

II. Propter DEUM.

Significatur objectum, & motivum formale, 22  
 propter quod diligendus est proximus: nimirum propter Deum sic volentem ex infinita Bonitate sua, & re ipsa propter ipsam eandem Bonitatem Divinam participatam, ac velut elucens in proximo, quatenus nimirum, proximus est creatura Dei condita ad ejus imaginem, gratiæ, amicitia Divinæ, æternæque Beatitudinis ca-

pax: praesertim ut defactora datus donis super  
 naturalibus, gratia, sanctitate, justitia, & amicitia  
 Dei &c. Et hac ratione Christus in Evangelio  
 Matth. 22. Praeceptum dilectionis proximi  
 cit esse simile praeecepto dilectionis Dei; secun-  
 dum autem simile huic, *diges proximum tuum  
 sicut te ipsum.* Nimirum simile non absolute  
 quoad modum diligendi sic, ut quemadmodum  
 dum Deus diligendus est iuxta omnia propter  
 ipsum, ita & proximus diligendus sit super omnia  
 propter se ipsum, hoc enim implicat, nam  
 proximus super omnia, vel saltem absolute propter  
 se, absque omni relatione ad Deum diligendus  
 haberet, jam Deus non amaretur a per omnia, &  
 que ex toto corde. Sed simile *relative*, & quoad  
 ad motivum diligendi, ita nimirum: ut  
 Deus diligitur propter se ipsum, & propriam  
 intrinsecam Bonitatem; ita & diligitur proximus  
 propter Deum, eandemque ejus Bonitatem in proximo  
 participatam, ut dictum est, idque omnia  
 necessaria connexion, omnino simili, imò eadem  
 obligatione: quia impossibile est diligere Bonitatem  
 Dei in se ipso, nisi etiam eadem diligatur  
 participata in proximo: ut etiam indicare videtur  
 Evangelista amoris I. Joan. 4. *Hoc mandatum habet  
 a Deo, ut, qui diligit Deum, diligat  
 fratrem suum. Si quis dixerit, quoniam  
 amo Deum, & fratrem suum odit, mendax  
 est, qui enim non diligit fratrem suum, quem  
 videt, Deum, quem non videt, quomodo poterit  
 diligere? Quali dicat: qui non diligit visibilem*



Dei Bonitatem in fratre suo participatam, quomodo poterit diligere ipsam invisibilem Dei Bonitatem in se ipso? Aliter ex Divo August. explicat Magister *dist. 27. Qui non diligit fratrem, caret Charitate; quomodo ergo carens Charitate poterit DEUM diligere?* Sic ille: At sic non explicatur vis argumenti à visibili fratre ad invisibilem DEUM.

III. Propter DEUM diligitur.

Charitatis ergò Divinæ in proximum tendentis actus elicitus secundarius est, amore amicitiae, nimirum propter ejusdem à DEO participatam supernaturalem Bonitatem, prosequi omnem proximum; volendo ei vera salutaria, ac supernaturalia bona (utpotè principaliter ipsum Deum, ac Beatitudinem æternam) aliâque bona spiritualia, ac media salutis, atque etiam bona temporalia, quatenus ad illa referuntur, conducunt, necessaria, vel utilia sunt. Idque duplici affectu: aut affectu & amore complacentiæ; eidem prædicta bona jam habita volendo, & congaudendo, nihil invidendo, nolendo &c. aut affectu & amore desiderandi, eidem ejusmodi bona nondum habita desiderando, optando, ac, cum opus est, pro posse procurando. Et hoc ipsum volunt SS. PP. & DD. docentes: proximum diligendum esse *in DEO*, & *propter DEUM*; amicum in DEO, inimicum propter DEUM: *in DEO* nimirum, quatenus jam DEI per gratiam, ac justus est, amore vel affectu complacentiæ. *Propter DEUM* verò, ut si nondum est, DEI esse per gratiam, & justitiam incipiat; sic D. August. variis locis. Et indicat ipse

Salvator Joan. 13. *Mandatum novum* do  
*ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Explicat  
 D. Aug. *Tract. 65. in Joan.* Hoc est: ad quod  
 dilexi vos, ut filii lucis sitis, & lucem habeatis.  
 Mox iterum: *Sicut dilexi vos.* Quia enim  
 DEUM dilexit in vobis, non quem habebamus  
 sed ut haberemus. Sicut Medicus agrotum  
 Et rursum lib. De doctrina Christiana c. 2. ex  
 cans illud: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.*  
 dicit: *Hæc regula dilectionis divinitus composita*  
*est. ut DEUM propter se ex toto corde, &*  
*proximum diligas sicut te ipsum: ad quod, &*  
*propter quod te ipsum diligere debes.* Qui ergo  
 amat homines, vel quia justus sunt, vel ut justus  
 amare debet; scilicet in DEO, vel propter DEUM  
 um: sic enim & se ipsum amare debet in DEO  
 propter DEUM, id est: vel quia justus est, vel  
 justus sit. Sic D. August. Denique mirificè  
 sapit modus loquendi antiquorum DD. nimirum  
 Charitate Divinâ proximum diligere idem esse  
 velle proximum à DEO diligere, sibi que com  
 etum habere: nimirum aut affectu complacendi  
 gaudendo, aut affectu desiderii desiderando  
 bere condilectum à DEO, hoc enim verè est pro  
 mo velle verum & omne salutare bonum in  
 fonte suo, ac scaturigine. Advertis jam, unde la  
 etorum & Divina Charitate flagrantium virorum  
 admirandus ille zelus in procuranda salute anima  
 rum; simulque notas miserandos defectus tantum  
 circa dilectionem proximi? sed propter junctam  
 nota manifestius.

IV. Proximus autem propter DEUM  
diligitur.

**N**imirum amore amicitiae supernaturali, & qui-24  
dem tripliciter. 1. Ex parte *Principii*, amore  
scilicet elicito ex habitu infuso Charitatis Divinae,  
juxta dicta N. I. 2. Ex parte *motivi*, ut scilicet di-  
ligatur proximus propter supernaturalem & ipsi-  
simam Divinam Bonitatem in proximo participa-  
tam: & verbo: quatenus aliquid Dei est, aut esse  
potest, juxta dicta N. II. 3. Ex parte *objecti seu bo-  
ni voluti*, ut scilicet proximo velimus principaliter  
ipsum Deum, ac à Deo ordinata bona salutaria  
tantum, juxta N. III. jam collige defectus amorum  
à Divinà Charitate extraneorum.

I. Alienus à Charitate Divina Theologica est  
omnis amor proximi naturalis tantum, scilicet ex  
motivo naturali, utpotè quo diligimus hominem  
ob ejus naturalem honestatem, bonitatem, comi-  
tatem, vel quodcunque donum naturale, ei de ejus-  
modi complacendo, vel desiderando, absque o-  
mni ordine ad DEUM, adeoque nullo modo pro-  
pter DEUM; nec consequenter est actus Charita-  
tis Theologicae, nec meritorius; etsi per se ma-  
lus non sit, imò honestus, & ad Charitatem merè  
naturalem, & acquisitam spectans: hujusmodi e-  
tiam ergà DEUM naturalem, & requisitam Cha-  
ritatem supra admisimus. Caterùm bona natu-  
ralia proximi, ut à DEO sunt, vel ad DEUM refe-  
runtur, esse motivum Charitatis Theologicae, &  
amoris supernaturalis jam ex dictis liquet.

II. Ad Charitatem Theologicam minimè spe-  
ctat

Etat velle proximo illa bona, quæ ei salutaria sunt, seu ejus salutem spirituali vel aliorum minime conducunt, imò obsunt: quin talia ipsa Charitate Theologicâ positivè ipsi nolle possumus: Tunc v. g. improbo licitè potes nolle divitias, potentiam, dignitatem, scientiam &c. Quia vides quod istis abuti contra salutem suam, vel etiam in aliorum spirituale, vel temporale detrimentum, vel abuturum, sic enim non malè, sed bonè visum est cum ei secundum rectam rationem melior sit eorum bonorum privatio, quàm possessio; sed hoc latius in 4. Præcepto de Charitate Theologica proximi.

III. Magis adhuc à divina Charitate alienus est omnis erga proximum amor concupiscentiæ tantum, quo nimirum is diligitur, quatenus nobis bonus, utilis, vel delectabilis est: quia hic amor naturalis est, & Politicorum, non Theologorum, et per se, & intrâ terminos honestatis, minimè moralis. Quod si verò diligamus proximum quatenus est bonus, & utilis nobis spiritualiter: patet Patrem spirituale, Confessarium, Prælatum, &c. num in ordine ad DEum & salutem nostram, esse sanè actus Charitatis Theologicæ: at non quatenus est amor concupiscentiæ erga proximum, quatenus est amor amicitiae erga nos ipsos, & ipsum DEum; nam amans proximum ut bonum sibi in ordine ad DEum, & salutem suam superiorem, plus quàm proximum amat se ipsum, & ipso adhuc magis DEum: Quia propter quod proximum quodque tale &c.

IV. Omnis amor formaliter, vel virtualiter non relatus in DEum Charitati Theologicae extraneus, vel etiam adversarius est, & peccaminosus. *Amor formaliter* relatus in DEum dicitur, qui defacto concipitur ex motivo Charitatis, & bonitatis Divinae, seu quo proximus defacto diligitur propter DEum, modo haecenus explicatô. *Virtualiter* verò relatus dicitur, quatenus amor proximi, vel alicujus creaturae continetur intrâ terminos honestatis secundum rectam rationem, & Legem Dei, seclusâ offensâ Dei, adeoque hoc ipso jam aliquo modo propter DEum, & aptus statim referri formaliter in DEum. Amor ergò solum formaliter non relatus in DEum, quâ talis, extraneus tantum est à Charitate Theologica: ac verò amor nec virtualiter quidem relatus in DEum, seu terminos rectae rationis & honestatis ita excedens, ut neque aptus sit referri in DEum Charitati etiam contrarius est, & peccaminosus dicitur amor creaturae inordinatus: de quo Sect. 4.

Ratio omnium haecenus dictorum de proximi dilectione à priori est: Quia Charitas Theologica pro suo per se primario objecto habet ipsum DEum, ideoque non potest se extendere, etiam secundario, nisi ad illa tantum bona, quae & quatenus ad DEum referuntur: ergò quidquid præter DEum, vel non propter DEum diligimus, non ex vera Charitate diligimus, nam vera Charitas est, quâ alicui verum bonum volumus: nullum autem verum bonum est, nisi solus Deus: ergò nihil nisi solus Deus, aut in ordine ad Deum diligi potest, & debet ex vera Charitate.

Et

Et hæc quidem de dilectione proximi quædam definitionem actûs satis: Nam cætera de obligatione Charitatis Divinæ erga proximum quædam actus internos & externos spirituales, corporales & peccatis oppositis, cum nihil faciant ad primæ præceptum Decalogi consultò differò ad præceptum secundæ tabulæ post quartum præceptum, quod alioquin breve est.

## SECTIO II.

### *Charitatis Divinæ Obligatio.*

#### SUMMARIUM.

26. *Præceptum Charitatis, ut affirmativum, duo continet: 1. amare DEUM debito modo; & 2. debito tempore.*
27. *Præceptum Charitatis est omnium maximum; & per se natura sub mortali obligans ad amandum DEUM.*
28. *Super omnia appetitivè saltem:*
29. *Et sine dubio etiam intensivè convenientissimum est creature rationali: quod tamen ob divinam Clementiam & nostram infirmitatem de præcepto non est.*
30. *Præceptum Charitatis per accidens sæpius obligat in triplici potissimum casu:*
31. *Per se verò nunquam obligare ad actum explicitum amoris DEI super omnia, olim quidem probabiliter dicebatur;*
32. *At modò non amplius post propositiones damnatas, ideòque.*
33. *Omninò tenendum, etiam quandoque per se obligare.*
34. *Præsertim post adeptum usum rationis ad id sufficientem.*
35. *Et probabilissimè in articulo mortis.*
36. *Ac valdè probabiliter ( imò modò certè ) etiam alibi in tempore, saltem aliquando in vita.*

**P**raeceptum Charitatis Divinae: *Diliges Deum* 26  
*Deum &c.* quatenus formaliter in  
terminis affirmativum est, duo continet: amare  
Deum debito modo: & debito aliquo tempore:  
& sic ei unum tantum opponitur peccatum omis-  
sionis, nimirum omittere, seu non exercere actum  
amoris DEI eo tempore, quo obligat praecceptum  
amoris Dei super omnia. Nam non diligere Deum  
debito modo, scilicet super omnia, non potest esse  
purum peccatum omissionis, sed necessario invol-  
vit peccatum commissiois, scilicet, inordinatè  
amare creaturam supra, vel contra Deum; unde  
Deus non diligatur debito modo, nimirum super  
omnia, & ex toto corde. Idem porro praecceptum  
Charitatis simul implicite negativum est, & duo  
peccata commissiois opposita habet, scilicet odium  
Dei, & inordinatum amorem creaturae. De qui-  
bus *Secl. 3. & 4. seorsim.* Nunc de affirmativo  
tantum Charitatis praeccepto, quoad modum &  
tempus amandi Deum sermo est, & sit

ASSERTIO III.

**P**raecepto Divino naturali positivo obligamur  
sub mortali amare Deum quoad modum su-  
per omnia appetitivè saltem: quoad tempus verò  
certè aliquando in vita, etiam per se quandoque,  
saltem sub initium usús rationis. Ita DD. citandi.

§. I.

*Praecepto Divino sub mortali obligamur.*

**P**raeceptum naturale fundatur in primis vi-  
scenibus, & radicibus legis naturæ, & primo  
principio Syntereis *bonum esse prosequendum,*  
&

& consequenter summum, & infinitum bene  
 super omnia prosequendum, & amandum  
 tanquam ultimum finem nostrum. *Cur. Præ-*  
*ceptum verò positivum Charitatis primo prom-*  
*ulgatum est divinitus per Moysen Deut. 6. Dilige*  
*Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &*  
*tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex*  
*fortitudine tua* (explicationem habes *sect. 1. p.*  
*n. 4.) Et repetiit Christus Matth. 22. ad-*  
*Hoc est primum, & maximum mandatum.*  
 rissimè enim præceptum Charitatis est omni-  
 præceptorum maximum, idque triplici potissimè  
 ratione. I. Quia est de excellentissimæ virtutis  
 primario actu, eoque omnium maximè necessarium  
 ad salutem. Et ne dubites de obligatione  
 mortali, clamat Apostolus 1. Joan. 3. *Qui non*  
*diligit, manet in morti. & c. 4. Omnis qui diligit*  
*ex Deo natus est, & cognovit Deum: qui non*  
*diligit, non novit Deum, quia Deus Charitas est.*  
 In quæ verba D. Aug. *tract. 5. n. eandem*  
 præclare dixit: *Charitas est, sine qua, nihil*  
*desit, quodcunque habueris, quam si sciam habere*  
*sufficit tibi.* II. Quia Charitatis præceptum  
 principium omnium aliorum; etiam ex præcepto  
 diligendi Deum super omnia, & proximum pro  
 pter Deum, tanquam ex principio conclusionem  
 deducuntur omnia præcepta: & primæ tabulæ  
 circa debitum DEO cultum: & secundæ tabulæ  
 circa debitum officium erga proximum. Ex  
 hoc enim: *diliges Dominum Dum tuum ex toto*  
*corde & c.* nonne statim inferitur: ergo cum  
 lum a  
 Nomo  
 liges p  
 DEU  
 cides,  
 præcla  
 Nemo  
 ligatis  
 plevis  
 farabe  
 concup  
 hoc ve  
 MUA  
 nitudo  
 stus ib  
 lex per  
 Charit  
 ad eum  
 præcep  
 conjur  
 Gratia  
 illud n  
 est dil  
 legante  
 cunqu  
 dia ad  
 tanqua  
 conjun  
 tem:  
 tales se  
 præcep  
 TH



lum adorabis, non blasphemabis, non assumes  
 Nomen Domini DEI in vanum. Item ex illo: *diliges proximum tuum, sicut te ipsum*, & propter  
 DEUM: an non necessario infertur: ergo non occides, non mœchaberis, non furtum facies. Prout  
 præclare differit Apostolus ad Rom. 13. dicens: *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit: Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces. & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: DILIGES PROXIMUM TUUM, SICUT TE IPSUM*, Plenitudo ergo legis est dilectio. Et ideo etiam Christus ibi adjecit: *In his duobus mandatis universa lex pendet, & Propheta*. III. Quia præceptum Charitatis est finis omnium aliorum præceptorum; ad eum enim, ut unicum finem, sunt omnia alia præcepta, ut eorum observatione maneat homo conjunctus cum DEO ultimo fine suo, hinc per Gratiam & Charitatem, postea per gloriam, juxta illud modò allegatum Apostoli: *Plenitudo legis est dilectio*. Quod ipsum hac ratione à priori elegantè probat D. Thom. 2.2. q. 44. a. 1. Quocunque præcepto magis debitus est finis, quàm media ad illum: at finis hominis adæquatus, ad quem tanquam propriam perfectionem tendere debet, est conjunctio & unio cum DEO, quæ fit per Charitatem: reliquæ omnes virtutes Theologicæ, & morales solum media ad illum finem continent: ergò præceptum Charitatis est omnium aliorum maximum

num, tanquam finis eorum 1. *Timoth. I. Finis præcepti est Charitas.* Sic Angelicus Doctor. IV. Quis vis porro apud omnes in confesso sit, præceptum affirmativum Charitatis de diligendo DEO toto corde, tota anima ab homine viatore profectum, non posse: quoad perfectionem simpliciter, & positivè, ut jam præcept. 1. §. 3. in fine insinuavi; certum tamen esse debet, posse à nobis perfectè impleri quoad substantiam obligationis, sicut ad viatorem stat, ita ut tali modo amans DEUM verè profectum satisfaciatur, & maneat absque peccato. cum *D. August. D. Thom. D. Bonavent.* docent DD. communissimè. Et constat ex *Joan. c. 2. Qui servat verbum ejus, verè Charitas DEI perfecta est:* quatenus scilicet perfecta haberi potest ab homine viatore. Nunc ergo sequitur explicandum, qualiter hoc præceptum impleri debeat quoad substantiam obligationis, & modum diligendi DEUM.

## §. II.

*Quoad modum: Super omnia appeti-  
torem.*

281. **S**ubstantia obligationis præcepti Charitatis sine dubio est & requirit saltem amare DEUM super omnia appetitivè, ita ut nihil amaretur supra DEUM, vel æqualiter DEO; & uno modo contra DEUM. *Omnes.* Et ratio est clara supra indicata: Quia præceptum Charitatis obligat, dirigique hominem ad debito affectu tendendum in DEUM, ut summum Bonum, & ultimum finem.

finem suum: atqui affectus debitus tendendi in DEUM, ut Summum Bonum, & ultimum finem necessario saltem est amare DEUM super omnia appetiatiuè, ut nihil magis, vel æquè ametur ac DEUS: etenim Summo Bono ipsâ rei naturâ debetur summus amor, ut nimis manifestum; ergo. Ac proinde.

II. Præcepto Charitatis divinæ quoad substantiam obligationis, & in amando omninò satisficit, qui ita amat DEUM super omnia appetiatiuè seu æstimatiuè; nimirum DEUM magis æstimat, seu in majori æstimatione, & pretio habet, quam omnia alia, adeò ut DEUM summum Bonum, seu ultimum finem agnoscens, eum rebus omnibus anteponat, ut pro nullâ re saltem mortaliter DEUM offenderè velit, omniâque peccata mortalia, velut impedimenta salutis ac finis sui constanti voluntate removeat. Juxta communissimam, & omninò securam DD. doctrinam, quàm optimè explicat D. Bonav. dist. 27. a. 2. q. 6. Ratio est: Quia per hoc adhuc verè diligitur DEUS ex toto corde, totâ animâ, saltem quoad totalitatem & perfectionem negativam, nihil DEO contrarium, vel ejus offensivum admittendo.

III. Convenientissimum videtur esse creaturæ rationali amare DEUM summum Bonum super omnia intensivè, intensiori, vehementiori, ardentiori, ac teneriori, affectu & actu DEUM profequendo, amplectendo, atque in eum tendendo, quàm omnia alia: siquidem naturâ suâ convenienti-

niens, ut quantò majus est bonum, tantò magis  
& intensius ametur, & consequenter DEUS  
est summum Bonum, etiam summè, quoad  
potest, saltem magis, & intensius ametur, quàm  
omnia alia bona; quod omninò etiam suadet  
magno præcepto diligendi DEUM *ex tota  
ma, tota virtute.*

IV. Attamen hoc necessarium, & de præ-  
cepto non est, quin sine peccato contingat DEUS  
quandoque minùs intensè amari, quàm crea-  
turam, v. g. parentem, filium, uxorem, amicum  
aurum &c. juxta tenorem, & receptam senten-  
tiam DD. *Navarr. Tolet. Valent. Sanchez.*  
passim cum *Layman lib. 2. tract. 3. c. 2. n. 3.*  
Ratio petenda tum ex Divinæ clementiæ condonati-  
one, tum ex hominis naturali inclinatione,  
naturaliter ferventiori affectu fertur in sensibilem  
& præsentia, quàm in insensibilia, & absen-  
tia: unde fit, ut licèt quis reverà amet DEUM  
super omnia appetitativè, tamen naturali ve-  
feratur intensiori affectu in aliquam creaturam  
absque offensa DEI, interim paratus, & resolutus  
ut si opus foret, aut DEUM offendere, aut  
creaturam amittere, omninò hoc potius velit  
quàm illud. Ut exemplo ostendit *Layman*  
Sicut fieri solet, ut quis catulum v. g. intensius  
tenerius amet, quàm proprium filium, etiam  
firmius, aut magis æstimativè: quod inde  
quitur, quia si vel catulus, vel filius amitteretur  
foret, utique mallet catulum suum perdi, quàm  
filium. *Sic ille.* Et nihil communius, quàm

minos, herasque canes suos intensius amare, quam homines præsertim servos, ac ancillas, pauperes &c. (dummodò intensius tantum) plerumque excusandi sunt: juxta prædicta ergo intelligenda sunt verba Christi Matth. 10. *Qui amat Patrem, vel Matrem plius, quam me, non est me dignus.* Quod secundum æstimationem, non verò intentionem accipi debet; juxta communem DD. Interpretum.

§. III.

*Quoad tempus verò, certè aliquando in vita.*

Certissimum est, hominem per totam vitam suam sæpius debere elicere actum amoris DEI super omnia, explicitum, vel implicitum, saltem per accidens. *Ratio est evidens:* quia tenetur homo aliquo tandem actu mereri vitam æternam, & se conservare in statu Gratiæ DEI: at non potest ullo actu mereri vitam æternam, nisi elicitò, vel imperato à Charitate: nec moraliter possibile est, conservare se in statu Gratiæ & Charitatis inter tentationes, & occasiones, nisi sæpius in vita eliciat actum Amoris DEI super omnia, maxime quando adest, & urget periculum peccandi, & amittendi Gratiam DEI per peccatum: ergo tenetur homo sæpius in vita elicere actum Amoris DEI super omnia, saltem per accidens: idque in triplici casu potissimum communiter assignato & recepto. I. Principaliter & universaliter quoties tenetur peccator justificari, & non est copia Sacramenti, utpotè, cum quis existens in mortali

S 3 cele-

celebraturus, Sacramenta ministraturus, in articulo vel periculo mortis constitutus non habet copiam Confessarii; non enim potest justificari, nisi eliciendo actum contritionis factæ, dolendo de peccato, quod est offensæ summi Boni supra omnia dilecti, idèoque essentialiter saltem implicitè, & virtualiter actum amoris DEI super omnia includentis, juxta alia dicta. In hoc consentiunt universi. II. Quæ urget grave periculum incidendi in odium DEI, sæpè evenit ex impatientia, indignatione, detestatione, in adversitatibus, pœnis, infortuniis, ubi ciliè quis erumpit in odium, vel indignationem contra DEUM, nisi contrario actu amoris DEI super omnia se muniat, eo casu ( licet rarò, ut in notavi suprâ de Fide ) quo tentatio aliter superari non posset, nisi per contrarium actum amoris DEI, utique juxta communem DD. tenentem, homo, sub mortali elicere Amorem DEI super omnia, & quidem per se ex virtute Charitatis, non per se ex ejusdem virtutis præcepto affirmativo de amando DEO; sed ex præcepto negativo de excludendo odio DEI. Unde si tentatio succumbens erumpas in odium DEI, avaritiam, blasphemiam, non committis duo peccata, scilicet commissionis odii, & omissionis amoris, sed unum peccatum odii tantum contra præceptum negativum, propter quod servandum, odium excludendum, tanquam necessarium medium ad id directè solum, & per accidens te obligat præceptum affirmativum Amoris; ut in similibus

Fide & Spe etiam dictum est. III. Quodocun- que actus heroicus virtutis exercendus, aut gravif- sima tentatio superanda, ut si aut fornicandum es- set, aut moriendum, aut Fides neganda, aut car- cer, exilium, mors subeunda, & in similibus casi- bus, quibus necessarium omninò læpè est elicere actum Amoris DEI super omnia, ut dicas cum A- post. *Quis nos separabit à Charitate Christi?* U- bi tamen iterùm succumbens non committit duo peccata, sed unum tantum v. g. contra castitatem, Fidem, vel aliam virtutem, quia tunc præceptum Charitatis per accidens & generaliter tantum ob- ligat excludere omnem offensam DEI. His sup- positis ut certis.

Quæstio difficilis valdè & contro- versa est.

*An, & quando hoc præceptum affirmativum Cha- ritatis obliget per se?*

PROBABILIS mihi hactenus semper visa fuit Sen- tentia, præceptum illud nunquam obligare per se quoad actum explicitum Amoris DEI super omnia, sed ei plenè satisfieri per voluntariam observantiam præceptorum, & exclusionem om- nis peccati propter DEum, ut docent multi & graves DD. apud Tamburin *lib. 2, Deoalog. c. 3. §. 2. n. 4.* Et Nicol. Du Bois *infra citand.* Ra- tio est: quia ex una parte volens propter DEum observare omnia præcepta ejus, & pro nulla re ipsum peccando offendere, verè diligit DEum super omnia saltem implicite & virtualiter, & ex

toto corde negativè: juxta illud Joan. 14. *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.* Ibid. c. 15. *Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego dilectus meo praecepta servavi, & maneo in eius dilectione.* I. Joan. 2. *Qui servat verbum ejus, non peccabit in hoc Charitas DEI perfecta est.* Ibid. *Hac est enim Charitas DEI, ut mandata ejus custodiamus, & mandata ejus gravia non sumamus.* alibi. Ex altera autem parte non est aliter obligatio alicujus praecepti, & quidem gravius mortali, absque certo fundamento: nullum tamen certum, & urgens adferri potest fundamentum, quòd praeceptum dilectionis obliget quando per se ad actum formalem & explicitum Amoris DEI, ut patebit expendendo fundamentum communiter allata.

I. Unum & praeceptum fundamentum ipsum magnum mandatum & praeceptum generalivum Charitatis: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* quod sanè debet obligare aliquando ad actum suum proprium, & contra sit. Agnoscimus, & veneramur divinum mandatum, ejusque exercitium perfectissimum, & frequentissimum nobis in omnibus volumus. Nulla tamen ratio, vel auctoritas vincit illud esse praeceptum speciale, & specialius aliquo tempore per se obligatorie implendum quin cum DD. relatis probabilissimè dici possit esse praeceptum generale imbitum in omnibus praeceptis, ut proinde illi abundè satisfiat



bus Amoris DEI implicitis, contentis in observatione voluntaria præceptorum propter Deum, ut dictum est.

§. Eâdem prorsus ratione etiam alterum præceptum Charitatis: *Diliges proximum, sicut te ipsum*, non est speciale, speciali aliquo tempore per se obligatorie implendum per aliquem actum internum elicitum amoris erga proximum (quando enim hoc?) sed est præceptum generale imbitum in omnibus præceptis DEI erga proximum; etque abundanter satisficit, dum quis vult servare præcepta Dei circa proximum, & data occasione defacto servat abstinendo ab omni odio, offensâ injuriâ; & dum opus est exhibendo opera externa Charitatis. Is sanè proximum *propter Deum*, sicut se ipsum defacto diligit, & frequenter etiam actu formali interno amoris, cum illa opera Charitatis sæpè exerceri rectè non possint sine aliquo actu interno amoris, & benevolentia erga proximum. De quo suo loco. Et propterea dixit Christus: *In his duobus mandatis universa lex pendet, & Propheta*

II. Alterum fundamentum est; quòd hominum intima naturæ lege teneatur tendere in Deum ultimum Finem suum supernaturalem cognitione & affectu aliquo tam necessitate medii, quàm Præcepti. Quòd si ergò aliquem actum explicitum Fidei & Spei necessariò eliciendum esse aliquando, saltè sub initium usûs rationis, vel in prima conversione omnes meritò agnoscimus, cur non idem sentiamus de actu explicito Charitatis & a-

moris Dei super omnia. Verum non esse necessarium idem sentiendum. *Disparitas* manifesta est quia impossibile est hominem tendere in Deum & ultimum Finem absque aliquo formali explicito actu Fidei, & juxta communem sensum Spei, in Deum saltem ut unum, & Remuneratorem supernaturalem: *Credere enim oportet ad Deum, quia est, & inquirentibus Remunerator sit*, ait Apost. *Heb. II.* Et ideo necessarium semel saltem eliciendus est aliquis actus Fidei, Spei, juxta dicta suis locis. At verò maxime possibile est tendere in Deum ut ultimum finem absque actu explicito formali Amoris Dei utpote per amorem implicitè contentum in voluntaria observatione præceptorum propter Deum dictum: ergò &c.

III. Aliud novum urgentius fundamentum habet proposito omninò prima inter prohibita damnatas sub Alexandro VII. Anno 1665. Itaque nans: *Homo nullo unquam vite sue tempore, neque elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis ex vi præceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium.* Sic propositio damnata. Verum in hac expressa fit mentio de actu formali explicito amoris Dei super omnia, & omninò sufficere potest, præceptum charitatis sæpe obligare per se, saltem quatenus est negativum, ut in casibus supra positis, etsi nunquam obliget ut affirmativum. Certè *Nicol. Du Bois* rigidissimus illarum propositionum examinatore ad illam propositionem primam *a. 4. num. 2C.* disertè negat sub illa propositione

sitione damnata comprehendi illam sententiam plurium DD. quæ docet præceptum Charitatis divinæ impositum fuisse ob justificationem impii, & solum tunc obligare, quando impius non habet aliam viam, quâ justificetur, nisi eliciat actum contritionis, quæ semper involvit amorem Dei super omnia: ex eo, quod hæc ipsa obligatio sit ex vi præcepti diligendi Deum: atqui nos longè plus concedimus; ergò minus damnata censeri debet nostra sententia.

IV. Sed ecce novissimè Anno 1679, fundamentum urgentissimum, meo iudicio, posuit Innocentius XI. inter complures propositiones damnatas tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas etiam has tres ordine reposuit. 5. *An peccet mortaliter, qui actum Dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.* 6. *Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenniis PER SE obligare præceptum Charitatis erga Deum.* 7. *Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, quâ justificari possumus.* Hic ego do victas manus ob Reverentiam & Obedientiam Sacræ Sedis Apostolicæ; & dico tandem.

§. IV.

*Etiã per se quandoque.*

Dico igitur I. Ex vi præcepti Charitatis tenetur homo per se quandoque in vita sua elicere actum formalem amoris DEI super omnia. Ita omninò communis DD. quos latè congerit & reci-

284. *Tract. II. In I. Præcept. Decal. Cap. V.*  
recitat *Nicolaus Du Bois cit. num. 15. D. Tho-*  
*mas. S. Franciscus de Sales, Suarez, Sanchez,*  
*Coninck, Valentia, Amicus, Tannerus hic*  
*2. q. 4. dub. 4. Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 2.*  
*6. Lugo. disp. 13. De Fide. Sect. 1. in fin.*  
præter fundamenta suprâ allata minimè speciosa,  
da, mihi omninò videtur importare primam pro-  
positio damnata sub Alexandro VII. Et casus  
planè convincunt propositiones damnatæ ab In-  
centio XI. Nam si damnata est sententia nec  
dens damnare peccati mortalis eum, qui actum  
dilectionis Dei tantùm semel in vita eliceret,  
asserens, præceptum Charitatis Dei rigorosè  
singulis quidem quinquenniis per se obligare,  
quitur ineluctabiliter præceptum per se obligare  
aliquandò in vita; & quidem multò sapius quàm  
singulis quinquenniis: ut proindè jam multo magis  
gis damnata sit censenda sententia asserens, præ-  
ceptum Charitatis & dilectionis Dei per se obligare  
nunquam. *Ratio* autem potissima militat  
detur: Quia virtus Charitatis divinæ non est tantùm  
imperativa actuum aliorum observantiam mandatorum  
&c sed etiam est elicitiva affectionum & actuum  
propriorum, ut per se constat: Quod etiam præceptum  
Charitatis divinæ: *Diligens Deum tuum &c.* non tantùm  
obligat ad actus imperatos, seu voluntariam observantiam  
præceptorum divinorum, omnèque peccatum  
evitandum, sed etiam per se obligat quandoque  
ad actum proprium elicitum Charitatis, seu scilicet  
malem amorem Dei super omnia, idque omninò

confirmari videtur variis scripturæ locis. I. ad Corinth. 16. *Si quis non amat Dominum JESUM Christum, anathema sit.* Et I. Joan. 4. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.* Eleganter D. August. lib. 4. *Confess. c. 16. Humana rea sibi conscientia est, si amantem non reamaverit.* Jam quoad tempus determinatum obligationis hujus duplex potest esse status quæstionis: vel enim quæritur de obligatione simpliciter, & velut in actu primo: & sic certum est, hominem adultum obligari ab initio usûs rationis: sicut qui suscipit Beneficium, vel Capellaniam cum onere celebrandi tot Missas per septimanam, ab initio collationis acceptatæ statim obligatur, sed non statim pro eodem momento. Vel quæritur de obligatione hic & nunc considerata, & velut in actu secundo, sic ut ejus ommissio nunc sit peccatum grave: & hoc sensu.

Dico II. Præceptum amandi Deum super omnia obligat post usum rationis quoad hoc sufficientem. Est sententia *D. Thom. & Summorum DD.* quam etiam sequuntur *Layman. March. Trib. part. 2. tract. 2. tit. 4. sect. 1. q. 2. Nicol. Du Bois à n. 31.* Ratio peti debet ex Regula juris. L. 14. ff. De reg. juris. *In omnibus obligationibus, quibus dies non apponitur, presenti die debetur,* cum ergo præceptum affirmativum Charitatis, seu amoris DEI super omnia, quoad diem, vel tempus omnino indeterminatum sit, intelligendum est, obligare presenti tempore, vel die, quo homo perfectum usum rationis assecutus, hujus obligationis

gationis primùm capax fit, seu cùm ad eam perfectionem pervenerit, quâ Dei cognoscendi huius præcepti agnoscendi fit capax: seu (ut explicat *March. cit.*) quando homo ad eam tam ætatem perveniens, & sufficienter intellectus de Deo, & Dei Bonitate reflectitur, & apprehendit Deum super omnia debere diligere. Quod autem id sit, unusquisque apud se ipsum persequere potest: neque enim omnium eadem est ratio, vel capacitas. *Sic ille.* Tunc enim recta non patitur diu differri, sed potius urget hominem, ut Deum tanquam ultimum Finem, summum Bonum suum sufficienter proponat agnoscens, etiam amore super omnia prosequatur, & omnia sua in Deum referat: adeo ut si negligenter differat, meritò gravis peccator Deum summum Bonum reus fiat. Ceterum gravitas huius omissionis non est æstimanda determinata aliqua differentia temporis, horarum &c. sed ex notabili negligentia, in qua plura consideranda sunt: nempe perfectio cognitionis & iudicii, iterata sæpius propositio objecti, scilicet Dei summi Boni, summè amabilis, nostri amantissimi &c. internæ motiones & inspirationes quæ sunt velut assidua interpellatio, & instantia pro executione præcepti, quod ipsum materiam præter intentum est in præceptis Fidei, Spei &c. generaliter, & sine præfixo tempore determinatè obligantibus. Scio huic piissimæ sententiæ contradicere quosdam Scotistas, & RR. communiter nominatim *Azor. Valentia, Suarez, Sanchez* &c.

Coninck, Castropal. eosque citans Tambur. cit. lib. 2. Decal. c. 3. §. 2. Sed credo non contradic-  
turos fuisse, si propositionem illam damnandam  
scivissent.

Dico III. Probabilissimum est: Præceptum<sup>35</sup>  
amoris Dei super omnia etiam obligare pro arti-  
culo mortis: idque non tantum per accidens,  
quandò nimirum moriturus conscius peccati mor-  
talis, nec adest copia Sacramenti, cum qua suffice-  
ret attritio, necessariò debet elicere contritionem  
perfectam, ut apud omnes in confesso est; sed  
etiam per se, etiamsi moribundus sibi lethalis  
culpæ conscius non sit. Ita ex multorum opinio-  
ne valde rationabiliter suadet noster *March. cit.*  
cum enim tunc spiritus revertatur ad Deum, qui  
creavit illum, & diabolus insidietur calcaneo ho-  
minis, gravissimæ sanè in præcepto tanti mo-  
menti negligentia arguetur homo, si non toto  
corde se convertat ad Deum per amorem, cui æ-  
terno amore sperat conjungi in Beatitudine. Id-  
que significare voluisse videtur Christus in para-  
bola servi fidelis. Luc. 12. *Sint Lumbi vestri &c.*  
& vos similes hominibus expectantibus Domi-  
num suum, quandò revertatur à nuptiis, ut cum  
venerit, & pulsaverit, confestim aperiant. Ubi D.  
Greg. *Cui confestim aperimus, si hunc cum amore*  
*suscipimus.* Et alibi Christus docet fatuas virgi-  
nes ob defectum olei, quò Charitas designatur,  
à nuptiis Sponsi fuisse exclusas, quia nimirum me-  
dia nocte, quando venit Sponsus, oleò Charitatis  
actualis caruerunt. Vide de hoc pluribus differen-  
tem

tem ibi; & disce moribundos suaviter dispe-  
ad frequentes, & teneros actus, & affectus  
ris Dei.

36 Dico IV. Valdè probabile, & modò (post  
tentias, & Propositiones damnatas ab Alex-  
dro VII. & Innocentio XI. suprâ §. præcedenti-  
legatas) omninò certum est, præceptum Charita-  
tis & amoris Dei super omnia etiam aliâ obli-  
re in tempore, saltem aliquando in vita. *Ca-*  
enim post adeptum usum rationis vivens vix  
tur excusari posse à gravi negligentia in præ-  
to tanti momenti, si continuo amanti, & be-  
facienti Deo, & ad reamandum sæpiùs direc-  
simis modis interpellanti nunquam totâ vitâ  
quis actus amoris retribuatur: etenim præ-  
tum amoris tot verbis propositum *ex toto*  
*totâ animâ &c.* non tantum intensionem  
sed etiam ipsius agentis diligentiam requirit  
detur, ut observat idem *Nicolaus cit. n. 11.*  
Ubi rursus culpa omissionis non æstimanda  
aliqua certa temporis differentia, sed ex  
negligentia propter sæpè perceptas, & velut  
pellantes motiones, inspirationes internas,  
suprà de initio usûs rationis dixi. Nam certum  
lum tempus determinatum assignari potest.  
lis diebus Dominicis de præcepto eliciendum  
actum amoris Dei super omnia sentire Scotum  
citant multi, qui fortè nunquam inspexerunt.  
spice! in 3. dist. 37. n. 18. sic habet: *Quantum ad*  
*cundum, dico: quòd illud præceptum affirmativum*  
*Diliges Dominum &c. non tantum obligat ad*



per oppositum fugiendum, ne scilicet insit actus odii, sed obligat aliquando ad actum eliciendum, quia hic actus est circa finem, ex cujus bonitate descendit omnis bonitas moralis in actus, qui sunt ad finem; quando autem sit hoc; forte determinavit illud Præceptum Divinum: Sanctifica Sabbathum, & maneat unusquisque apud se ipsum, id est colligendo se, & ascendendo ad Deum suum: & Ecclesia specificavit, quantum ad Missam audiendam die Dominica. Sic Scotus. Sed audis: Fortè dixit; significans id esse intentum, ut reverà est: cum die Dominica præcepto sufficienter satisfiat per actum Religionis absque actu explicito amoris Dei super omnia.

Variè denique alii variârunt tempus obligationis hujus divinissimi præcepti Amoris Dei super omnia: utpotè. I. Omnes dies Festos, quibus debemus Deo specialiter vacare. II. Tempus, quo adultus suscipit Baptismum. III. Quando quis suscipit Sacramentum. IV. Quando quis audit alterum contra Deum blasphemantem. V. Quando quis subiret Martyrium. VI. Quando quis a Deo accepisset magnum beneficium. VII. Quando gravis oritur tentatio præsertim odii Dei cum periculo consensûs. Omnia piè, sed omnia sine sufficienti fundamento obligationis per se in re tanti momenti; per accidens in præfatis casibus obligationem jam fassî sumus §. precedenti sub initium. Et hætenus utique satis de præcepto affirmativo, & peccato omissionis Amoris Dei super omnia. Nunc de peccatis commissionis

Amoris Dei contra præceptum negativum breviter dicendum.

## SECTIO III.

### *Odium Dei.*

#### SUMMARIUM.

37. *Odium Dei est simpliciter omnium peccatorum gravissimum:*  
 38. *Quid odium abominationis, & inimicitia?*  
 39. *Extremè pessimum est odium inimicitia.*  
 40. *Paulò levius quidem, semper tamen mortale est odium abominationis.*  
 41. *Sicut & omnis motus deliberatus prava vel malignæ affectionis in Deum.*

#### ASSERTIO IV.

**O**dium Dei simpliciter est peccatorum omnium gravissimum, extremum quidem odium inimicitia: levius autem, sed semper mortale odium abominationis, quemadmodum & omnis motus deliberatus prava affectionis contra Deum. Tota nimis certa.

*Simpliciter est peccatorum omnium gravissimum.*

- 37 **R**atio clara est; quia optimo opponitur peccatum, & transgressio omnium maximi præcepti necessariò omnium maximum & gravissimum peccatum est: sed odium quodcumque Dei opponitur optimæ & excellentissimæ Charitati, eamque solum directè & formaliter destruit, estque transgressio primi & maximi mandati.

*Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde &c.*  
quod est finis, & summa omnium aliorum præceptorum, ut ex dictis constat: ergo simpliciter est peccatorum omnium gravissimum.

Duplex autem vulgò assignatur odium Dei, ab-38  
*abominatio, & inimicitia.* Odium *abominatio-*  
*nis* est affectus malignus in Deum, quo non ipsum  
Deum secundum se, sed secundum aliquem ejus  
effectum nobis contrarium, vel malum apprehen-  
sum: utpote ob præcepta difficilia imposita, ob  
penas, vel adversitates immixtas ob cupita nega-  
ta, vel impedita &c. Deum impius averfatur,  
& abominatur, quasi sibi malum, vel malevolum  
apprehensum: & hoc odium opponitur amor  
concupiscentiæ erga Deum; sicut enim amore  
concupiscentiæ prosequimur & appetimus Deum  
ut nobis bonum, & summum Bonum nostrum,  
ita odio abominatio-  
nis impius averfatur Deum  
ut malum sibi apprehensum: quin sæpè progreditur  
ad ipsum odium inimicitia. Odium Dei *inimici-*  
*tia* est affectus malignus in Deum, quo improbus  
ipsum Deum secundum se averfatur, eique malè  
vult: & hoc opponitur amor  
amicitiæ erga Deum  
hactenus explicato. Quemadmodum enim amo-  
re amicitiæ Deo ut summo Bono in se adhæremus,  
ei bene volumus, de ejus bono gaudemus &c. ita  
odio inimicitia impius Deum secundum se averfa-  
tur, ei malè vult, de ejus bonitate tristatur. Quam-  
vis autem *Scotus* aliique rectè doceant Deum se-  
cundum se absolute ( adde sub vero aliquo con-  
ceptu) odio haberi non posse, quia nimirum Deo

secundum se vero & infinito Bono nulla ineli-  
mali verè apprehensibilis, secundum quam alio-  
displicere, vel odibilis esse possit: tamen sicut  
ni ex amore concupiscentiæ, quo amant Deum  
bonum sibi ob beneficia præstita, & promissa  
sámque Beatitudinem speratam, assurgunt  
cognitionem intrinsecæ infinitæ Bonitatis Dei,  
súmque amore amicitiae diligentes ei bene volu-  
complacent, congaudent ob ejus intrinsecam  
nitam bonitatem, & perfectionem: ita impu-  
odio abominationis, quo averfantur Deum  
malum sibi apprehensum ob ejus effectus  
contrarios, ulterius assurgunt ad apprehensionem  
licet falsissimam, alicujus mali in ipso Deo, &  
de ad verum odium inimicitiae erga ipsum Deum  
secundum se, quo nimirum ipsum Deum  
dum se averfantur, execrantur, blasphemantur,  
quantum in ipsis est, malè volunt, vellent se  
nocere Deo, eumque mali alicujus capacem  
vellent denique Deum desperire, aut saltem  
non esse, se punire, seu nocere non posse, &  
hujusmodi sexcenta infanda. Neque hoc  
ita proprium est damnatorum, & demonum  
totam æternitatem, quin certum sit, desperato-  
peccatores sæpè in eam impietatem prorumpunt  
ut Deum ipsum odio prosequantur, ac velut  
acti Deum, & omnia, quæ Dei sunt, execrantur  
vel vix nomen Dei audire sustineant. Et de  
sequitur.

*Extremè quidem odium inimicitia.*

**H**Oc enim verè extremè pessimum opponi-39  
 tur optimo ; nam sicut amore amicitia ad-  
 harere DEO summo Bono est summa bonitas mo-  
 ralis & perfectio hominis viatoris, ita odio inimi-  
 citia averfari Deum summum Bonum in se ob  
 quamcunque rationem mali, in eo falso apprehen-  
 sam, est summa malitia hominis viatoris, ideóque  
 peccatorum omninò extremum. Quod vel hac  
 ratione affirmari potest. Ratio formalis & sum-  
 ma malitia peccati consistit in offensà Dei, summi  
 Boni, & aversione à Deo, ut summo Bono, & ul-  
 timo Fine ; atqui solum odium inimicitia erga  
 Deum formaliter, directè, & expresse est aver-  
 sio à Deo ut summo Bono, ultimo Fine, ex omni-  
 bus peccatis, etiam directè contra ipsum Deum  
 commissis. Nam ( de aliis peccatis res clara est )  
 infidelitas contra Fidem directè solum est aversio  
 à Deo ut summa Veritate : desperatio directè so-  
 lum est aversio à Deo, ut summè fidelis, & bonus  
 nobis est : odium abominationis directè solum est  
 aversio à Deo secundum aliquem ejus effectum  
 nobis contrarium vel malum apprehensum : alia  
 omnia peccata solum indirectè, & interpretativè  
 sunt aversio à Deo, quatenus scilicet homo amo-  
 re creaturæ legem Dei transgrediendo censetur se  
 avertere à Deo, summo Legislatore, qui idem est  
 & summum bonum. Solum odium inimicitia  
 directè & formaliter est aversio à DEO, quia po-  
 tius aversio Dei ipsius tómoni Boni in se, etsi sub  
 aliqua

294 *Tract. 11. In 1. Præcept. Decal. Cap. V.*  
aliqua ratione mali in ipso falso apprehensi. Et  
hinc est.

§. III.

*Levius autem, sed semper mortale, odium  
abominationis.*

40 **L**evius esse peccatum odio inimicitiae im-  
diatè audivisti; certè autem semper mor-  
tale esse apud omnes in confesso est, cum & ipsius  
graviter repugnet magno mandato Charitatis  
dilectionis super omnia. Et confirmari potest ra-  
tione ducta ex illo Matth. 19. *Quis enim bonus  
nisi solus Deus?* Quia nimirum Deus omnimode  
est summè bonus, non tantum secundum se  
intrinsecè, sed etiam extrinsecè in ordine ad quocun-  
que effectum à se procedentem; omnia enim  
quæ à Deo procedunt, qua ratione procedunt, bona  
sunt: ideò Deus undique ex omni parte est ob-  
jectum amoris, & nulla ratione, vel respectu ob-  
jectum odii; ergò non tantum odium inimicitiae  
erga Deum secundum se, sed etiam odium abomi-  
nationis erga Deum secundum ejus effectum  
his contrarium, vel malum apprehensum pecca-  
tum mortale est, contra divinam, & infinitam  
bonitatem pugnant. Intellige autem semper  
dummodò tale odium, abominatio, indignatio,  
verè tendant in ipsum Deum, ut excludantur ab  
actus abominationis, aversionis, indignationis  
patientiae, rancoris, furoris &c. solum contra ip-  
sa mala, vel adversa occurrentia, ut contra hostes  
inimicos, infortunium, aliásque res adversas ani-  
mas, vel inanimatas, absque ullo motu, vel respectu

tu ad ipsum Deum; tales enim affectus minimè ad odium Dei, sed ad impatientiæ vitium, vel odium proximi spectare dignoscuntur. Quod etiam pro sequenti §. observatum volumus.

## §. IV.

*Quemadmodum & omnis motus deliberatus prave, & maligne affectionis erga Deum.*

¶ Sive in corde interiùs retentus, sive verbo, <sup>4</sup> vel signo exterius manifestatus, atque adeò omnis blasphemia, execratio, maledictum, murmur contra Deum, quatenus ex deliberato, & maligno in Deum affectu procedunt, peccatum mortale est contra hoc præceptum dilectionis Dei super omnia. Ratio clara est ex terminis præcepti: *Dilige Dominum Deum tuum &c.* quod sub mortali obligat ad minimum, & quàm maximè negativè, ut nihil sit in corde, anima, mente nostra, quod repugnet amori Dei: atqui omnis pravus & malignus affectus in Deum, etsi non esset explicitum & formale odium Dei, sed qualiscunque confusus in Deum rancor; commotio (quales sæpè exurgunt in corde, & non rarè in signa externa erumpunt, maledicta, murmura &c.) directè & formaliter repugnat amori Dei, ejusque summæ bonitati: ergò peccatum mortale est contra præceptum dilectionis Dei super omnia: & consequenter, quia qualis radix, talis ramus, patet omnem blasphemiam, maledictum, murmur contra Deum (quatenus ex tali malo affectu in Deum procedit) esse peccatum mortale, non tantum contra virtutem Religionis, & cultus debiti Divinæ Majesta-

ti, & Numini; sed etiam directè & formaliter  
contra idem præceptum dilectionis Dei super  
omnia.

Dicta hætenùs semper intellige, si actus,  
motus talis sit deliberatus; quemadmodum est  
in omnibus peccatis aliis, ita etiam in odio,  
malo affectu erga Deum imperfectio actus,  
motus primi absque perfecta advertentia & deli-  
beratione intellectûs exurgentes, à peccato  
mortali excusant. Minimè autem omnium  
locum habet parvitas materiæ, sed omnis  
non actus odii, vel pravæ affectionis erga Deum  
quod dummodò deliberatus sit, quantumvis levis in  
intentione, vel materia objecta, eò ipso quòd directè  
pugnet infinitæ Dei bonitati, omnino mortali  
manet; imò eò gravior malitia censetur, quòd  
leviorem causam, vel rem in Deum malignè  
consideris. Ut in materia de peccatis *tract. præcepti  
cap. 5. Sect. 2. a. n. 14.* notatum est.

## SECTIO IV.

### *Inordinatus amor creaturarum.*

#### SUMMARIUM.

42. *Amor inordinatus creaturæ, quo illa formaliter præ-  
terpretativè DEO præfertur, est peccatum mortali-  
ter.*
43. *Et sine dubio speciale, si talis prælatio creaturæ præ-  
fertur Deo.*
44. *An, & quale peccatum sit amare Deum propter  
creaturam.*
45. *An, & quale peccatum sit velle, vel optare semper  
hac vita manere?*
46. *Ad dignoscendum, quando prælatio creaturæ inordinata  
est.*



tativa sit speciale peccatum, & quando non, statuuntur duæ regule.

47. Amor inordinatus creatura est causa omnium peccatorum, etiam ipsius odii DEI.

### ASSERTIO V.

**O**Mnis amor inordinatus creatura, quò illa formaliter, vel interpretativè preponitur DEO, est peccatum mortale contra præceptum Charitatis Divina: aliquandò speciale, aliquandò non: & causa omnium peccatorum, atque etiam ipsius odii Dei. Certa apud omnes.

§. I.

*Est peccatum mortale.*

**R**atio notissima ex terminis: nam præceptum Charitatis ex ipsa natura rei obligat hominem ad amandum DEUM super omnia appetitivè, utique in re omnium gravissima sub mortali: nec fingi potest hic materiæ levitas: quin potius (ut modò innueram) eò gravior injuria sit Dei summi, & infiniti Boni, quo minor, & levior creatura v.g. voluptas, aut pecunia ei in amore præfertur: ergò mortalis est omnis ejusmodi inordinatus amor, quo creatura DEO in amore præfertur, seu plus Deo amatur, seu formaliter, seu interpretativè. Explico: *Formaliter*, seu affectu formali creaturam in amore DEO præferret, vel æquaret, qui actu formali explicito, posthabitò, & minùs æstimatò, vel etiam contemptò DEO: creaturam aliquam plus æstimatam amplecteretur, atque adeò eò ipso ultimum sinem sibi constitueret, & sic sanè peccatum esset gravissimum. Tolerabile fuit

T 5

fuit

fuit in Ethnicis, qui, cum verum ultimum finem DEUM, æternamque Beatitudinem ignorent, etsi fortè culpabiliter, in voluptatibus que creatis bonis sibi finem, ac Beatitudinem constituerunt. Neque longè ab his absunt politici nostri temporis semiatheï: & utinam magis abessent etiã frigidï Catholici; & re ipsa non rarò sunt avari, & luxuriosi. *Interpretatio* *ve*, seu affectu interpretativo creaturam in Deo præponunt vel adæquant, qui ita ad hæc alicui creaturæ, divitiis, voluptatibus, &c. causa parati sint Legem Dei transgredi, vel offendere: aut certè ita omnem affectum, & sollicitudinem in aliqua creatura defigunt. Hi nimirum etsi formaliter, & expressè DEUM non postponant, vel contempnant, interpretati tamen & implicite revera postpositò DEUM creaturam præferre ac ultimum finem sibi committere convicuntur, ut alibi etiã demonstratum est.

## II.

*Aliquando speciale.*

43 **A** Mor inordinatus creaturæ, quo illa DEO modo jam explicato formaliter præferatur, sine dubio est peccatum speciale contra Charitatem & amorem Dei super omnia, sive transgressio alicujus præcepti accedat, sive non; nec alia probatione indiget res de se clarissima. Unum tamen & alterum dubium magni momenti explicandum occurrit.

Dubium primum: *An & quale peccatum sit 44*  
*amare DEUM propter creaturam, v. g. Beati-*  
*tudinem, aliudve bonum creatum?* R. cum di-  
 stinctione. Amare Deum propter Beatitudinem v. g.  
 tanquam causam finalem, motivam, ac moti-  
 vum principale amandi, ita ut homo alioquin po-  
 sitive omnino nollet amare Deum, ei servire, ejus  
 præcepta servare, nisi intuitu Beatitudinis, at-  
 que mercedis, omnino amor mercenarius est,  
 maxime inordinatus, & omnino mortalis, quo  
 nimirum homo simpliciter se ipsum proprium-  
 que commodum plus: quam Deum diligit, adeo-  
 que creaturam verè & formaliter præfert DEO,  
 ut etiam *Secl. I. §. 3.* observatum est; quo sen-  
 su verissime quidam dixit: *Qui servit Deo pro-*  
*pter Beatitudinem tantum, vel propter infer-*  
*num evadendum tantum certissime illam non con-*  
*sequetur, & hunc habebit.* At verò amare  
 DEUM propter Beatitudinem, aliudve benefi-  
 cium, aut bonum creatum tanquam causam im-  
 pulsivam tantum, & motivum secundarium ex  
 parte amantis, quatenus nimirum homo ex con-  
 sideratione & spe Beatitudinis, vel alterius be-  
 neficii divini solum disponitur, inducitur, exci-  
 tatur, & impellitur ad cognoscendam, & conse-  
 quenter amandam infinitam DEI Bonitatem, at-  
 que ideo ad amandum DEUM non jam propter  
 aliud, seu proprio suo commodo, sed propt  
 ipsum Deum, ejusque infinitam Bonitatem: qui  
 homo alias forte solum negativè non amasset  
 Deum, non fuisset motus, excitatus, vel impul-  
 sus

sus ad amandum Deum, tali, inquam, modo  
 re Deum propter beatitudinem: aliave boni  
 divina, in nimè malum, sed sanctum & merito  
 est, ac opus Sanctorum. Sic enim excitatus  
 vid dilexit Deum: Psal. 118. *Inclinaui cor meum  
 ad faciendas justificationes tuas in æternum propter  
 retributionem.* Sic & nos ob beneficia  
 amico accepta disponimur, & inducimur ad  
 gendum eum, non tantum ob nostrum commo-  
 amore concupiscentiæ sed etiam, & principem  
 ob ejusmet bonitatem, & virtutem, vero  
 amicitia, uti etiam docet, & exemplificat  
 2. 2. q. 27. a. 3. & cum eo alii passim.

45 Dubium alterum: *An & qualiter porrectum  
 vellent, vel optarent semper in hac vita manere.*  
 R. iterum cum distinctione. Si quis optet  
 in hac vitâ permanere eâ formali intentione,  
 hujus vitæ delicias, & commoda præferat  
 nâ Beatitudini, & fruitioni DEI, atque  
 tivè excluso ultimo Fine DEO, sibi ultimam  
 nem formaliter, & expressè in bonis creaturæ  
 jus vitæ constitueret, utique patenter peccat  
 mortaliter contra divinam Charitatem: quod  
 formaliter præferens bonum creaturæ  
 Bono DEO, æternâ Beatitudine fruendo.  
 annotavit *Sanch. lib. 2. moral. c. 25.* in  
 Neque de hoc aliquem dubitare credo.  
 planè mortalis impietatis arguendus nobis  
 Bavarus apud *Hieremiam Drex. lib. 1. De  
 cap. 8. §. 5.* Qui in convivio jam vino  
 scens ausus est dicere: Si mihi DEUS factus

meas & voluptates ea lege transcriberet, ut in annos mille meo arbitratu liceret iis frui; ego me herclè suum DEO cœlum non inviderem, cantarem liberè: *cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiiis hominum.* Vox hæc brevis, sed epicurei de grege porci potius, quàm Christiani hominis.

At verò si quis optet semper in hac vita manere præcisè desiderando hâc vitâ non privari, quatenus id secundum se bonum est, absque ullo expresso respectu, vel comparatione ad vitam, vel beatitudinem æternam, à peccato, saltem mortali, meritò exusat *Castropal. apud Tamburin. lib. 2. Decal. c. 3. §. 1.* Et concedit, *Sanchez lib. 2. cit.* Et certè nemo negabit, nos licitè posse desiderare longam vitam, quamvis eo tempore longiori necessariò privati simus beatitudine: quia nimirum non intendimus delicias vel commoda hujus vitæ præferre beatitudini pro tanto tempore (quod sanè perversum quoque esset; quia summa perversitas esset etiam modico instanti Divinam fruitionem humanæ voluptati postponere) sed solum desideramus hâc vitâ tam citò non privari, præcisè ut nobis bonum est: ergo eâdem ratione posset quis desiderare semper durare in hac vita, & nunquam privari, ut sibi bonum est. absque eo, quòd censeatur voluptates hujus vitæ præponere beatitudini. Addit energicè *Castropal. cit.* *Adde, te nescire, an post hanc vitam salvandus sis, an condemnandus; ergò cum desideras in hac vita perpetuò manere, potes illud desiderare, ut periculum damnationis effugias: Sed*

*hoc periculum fugere non est malum; ergo non mortale tale desiderium absolute. Sic ille sapienter*

## §. III.

*Aliquando speciale, & aliquando non*

46 **A** Mor inordinatus creaturæ, quo hæc interpretativè DEO præfertur, aliquando est, aliquando non est speciale peccatum, duas faciles sequentes regulas.

## REGULA I.

**A** Mor inordinatus creaturæ, quò quis & volens (non sola habituali dispositione sed actuali consensu subinde elicitò) paratus legem Dei transgredi, seu DEUM offendere genere propter creaturam, absque eo tamen actu transgrediatur, aut transgredi proponat quod præceptum in particulari: est peccatum mortale speciale contra Charitatem DEI: mortale quidem est ob rationem manifestam superiorem: speciale verò contra Charitatem est, quia nulli alteri virtuti, vel præcepto in particulari pugnat, nisi Charitati.

## REGULA II.

**A** Mor inordinatus creaturarum, sui ipsarum parentum, conjugis, filiorum, bonorum temporalium seu divitiarum, &c. quo quis vult transgredi, aut defacto transgreditur aliquod præceptum particulare v. g. injustitiæ, impietatis, in materia gravi utique est peccatum mortale quia est voluntaria causa peccati mortalis: tamen est peccatum speciale distinctum, sed in numero cum voluntate transgrediendi, vel actus


li transgressione præcepti illius. *Communis DD.*  
Ratio est: Quia licet amor inordinatus illius creaturæ, v. g. dum Titius amore filiorum, aut bonorum temporalium, contempta lege DEI, vult exercere, & exercet injustitias, reverà sit contra distincta præcepta, quia quatenus eo casu creaturam plus amat, quàm DEUM, est contra præceptum Charitatis Dei; quatenus verò vult transgredi, vel transgreditur aliud præceptum, v. g. septimum, est contra illud aliud præceptum; quia tamen præceptum Charitatis intimè imbibitur in omnibus aliis præceptis Dei, cum Charitas sit finis omnium præceptorum, ut supra dictum, ideò non duo, sed unum tantùm peccatum committitur contra septimum præceptum.

§. IV.

*Et causa omnium peccatorum, etiam ipsius odii DEI.*

**V**erissimè archicapitale peccatum est amor inordinatus ac improbus sui ipsius, ac creaturarum. Ratio indicatur à *S. Thoma 2. 2. q. 34. a. 5.* dicente: quia in iis, quæ contra naturam sunt, paulatim fit processus à minori ad majus: atque omnis aversio à Deo summo & infinito Bono per peccatum, & omnium maximè ipsum odium Dei, est contra naturam hominis: horret enim naturalis ratio & inclinatio, atque ipsa natura rationalis odisse DEUM summum Bonum, aut peccato aliquo voluntariè ab ipso se averti; ergò à minori incipiendum est. Primò ergò homo inordi-

ordinatè occupatur & capitur amore sui, aut creaturæ alicujus, ac vult sibi benè esse in tali creatura, v. g. voluptate, vel commodo sensibus. Deinde quia sæpè non potest sic ita benè esse hac creatura, nisi transgrediendo legem Dei, amore creaturæ illius utitur, consentit in peccatum, & peccat legem Dei transgrediendo, præta Jacob. 1. *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus; deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum.* Et jam ininterpretativè homo avertit se à Deo. Utrius quia Deum severum Legislatorem, ac Vincem peccati experitur, sæpè impius peccator procedit ad formale odium Dei, primò abominatio, & quandoque etiam inimicitia, ut *Scil. præcept. 1. multiplicatum.* Et hinc est, quòd verissimè docent Theologi, omne peccatum mortale continere impetum saltem aversionem à Deo, & conversionem ad creaturam: Et hinc tandem sapientissimè acutissimè more suo dixit D. Augustin. *lib. 2. de Civit. Dei cap. 28.* Quòd duas civitates habuerunt duo amores, *civitatem diaboli amorem usque ad contemptum Dei, Civitatem Dei amorem usque ad contemptum sui.*





CAPUT VI.

De Odio & inimicitia proximi.

SECTIO I.

Quid, quotuplex, & quantum peccatum odium proximi?

SUMMARIUM.

1. Quid odium proximi? aliud est inimicitia: aliud abominatio, ipsius persona, aliud abominatiois qualitatis proximi.
2. Odium abominatiois proximi quoad qualitatem, est quandoque bonum, malum, vel omnino indifferens.
3. Quoad ipsam vero personam proximi semper mortale.
4. Odium inimicitia erga proximum est ex genere suo mortale.
5. Ad hoc autem ut sit mortale, requiritur, ut quis ei velit malum, quod revera ei malum est, aut ex displicentia persona.
6. Dubium: liceatne proximo velle malum, non quatenus ei malum est, vel ut ei malum sit, sed quatenus nobis, vel alteri bonum est, & g. mortem Paris, Praelato Ec. ut fiat heres, Praelatus Ec.
7. Sententia communis est negativa.
8. Afirmativa ait id licere actu simplici.
9. Non autem efficaciter considerare; sed
10. Respondetur cum distinctione.
11. Corollarium de maledictia seu imprecatione.

**O**dium generaliter dicitur actus, vel motus deliberatus voluntatis, quod malevole ferimur in proximum. Duplex est: *abominatiois*, & *inimicitia*. Odium abominatiois definitur a S. Thoma 2. 2. q. 34. a. 1. Alienatio, seu aversio voluntatis ab eo, quod aestimatur ut malum, &



& noxium; & haberi potest respectu cuiuslibet rei: respectu hominis rursus duplex est: respectu personæ & qualitatis. *Odiū abominationis ipsius personæ proximi est*, quo ipsam personam secundum se velut malum displicens, indignum, infra dilectione, vel amicitiam averfamur, vel abominamur: Et hoc semper mortale, ut mox dicemus. *Odiū abominationis qualitatis proximi, odiū proximi, quoad qualitatem est*: quo ipsam personam proximi secundum se, sed secundum aliquam qualitatem malam ipsius personam averfamur, & abominamur: utpote sceleratus, vel hostis noster est. *Odiū invidia, vel malevolentia, est actus deliberatus voluntatis, quo proximo, ut malo apprehenso, malum volumus, optamus, vel gaudemus* (rectè scilicet oppositum amoris amicitia, quo proximo bonum volumus, & habitum gaudio, & non habitum desiderando) adeoque *odiū inimicitia oritur ex odio abominationis*. Sit ergo

## A S S E R T I O I.

**O**diū abominationis proximi quoad personam indifferentem est: Quoad personam semper mortale: odiū inimicitia est mortale ex genere suo, dummodo proximo quis verum malum velit, quod scilicet, & quatenus proximo malum est, atque ex displicentia, & abominacione personæ. Certum apud omnes. Explicet breviter.

§. I.

Odium abominationis proximi quoad qualitatem  
indifferens est.

Silicet de se nec bonum, nec malum, sed vel  
bonum, vel malum esse potest, vel manere  
indifferens. *Omnes. Ratio est:* Quia odium ab-  
ominationis proximi quoad qualitatem tantum,  
potius est odium ipsius qualitatis, quam ipsius  
proximi: atqui non tenemur amare proximum  
secundum omnem ejus qualitatem: cum revera  
non secundum omnes qualitates sit noster proxi-  
mus, vel objectum amoris; ergo tale odium se-  
cundum se indifferens est. Bonum ergo, & lici-  
tum, imò meritorium est odium proximi quoad  
qualitates revera malas, & recta ratione odibiles,  
utpote quatenus est peccator, injustus, avarus, ri-  
xosus, contumax &c. Et universaliter bonum est  
odium peccatorum, quatenus peccatores sunt.  
Psal. 118. *Iniquos odio habui.* Psal. 138. *Nonne,  
qui oderunt te Domine, oderam: & super inimi-  
cos tuos tabescebam? perfecto odio oderam il-  
los &c.* eo scilicet sensu, ut dicitur Sapientia 4.  
*Odio sunt Deo impius, & impietas ejus.* Ma-  
lum verò est odium abominationis proximi quoad  
qualitates simpliciter bonas, & honestas, etsi tibi  
contrarias, utpote propter justitiam, zelum, pie-  
tatem, virtutem majorem &c. quod proprium  
est impiorum, & ex natura sua mortale contra  
Charitatem: imò peccatum in Spiritum San-  
ctum, si quis odiat in proximo tales qualita-  
tes, quatenus sunt dona DEI, vel Spiritus

Sancti; & dicitur fraternæ charitatis invidentia  
de qua infra mentio fiet suo loco. Indifferens  
niquè manebit odium abominationis proximi  
quoad qualitates indifferentes, utpotè quoad  
quos defectus naturæ, deformitatem, distortos  
res, nimiam sensibilitatem &c. dummodo  
contemptus proximi quoad personam, velur  
naturæ DEI, vel malevolentia in ipsam personam  
jus magnum subesse solet periculum: nam aliq  
tales qualitates sunt naturaliter odibiles.

## §. II.

*Quoad personam semper mortale est peccatum.*

§ **R**atio clara: odium abominationis proximi  
quoad ipsam personam directè repugnat Charitatis  
præcepto, quò tenemur diligere omni  
hominem, quatenus est noster proximus, &  
naturæ nostræ consors, nobiscum imago Dei,  
pax Gratiæ Dei, & Beatitudinis æternæ: &  
proximus quoad personam verè est consors  
naturæ, nobiscum imago Dei, capax Gratiæ  
Beatitudinis: ergo proximum quoad personam  
odisse, averfari vel abominari, & contemneri  
tanquam malum displicens indignum nostræ  
amore, vel amicitia, semper est gravissimum  
peccatum mortale contra præceptum Charitatis  
& ipsam divinam bonitatem in proximo participandam,  
participandam, æquè ac in nobis, & fortè excellenti  
ditatione menti imprimenda; idque seclusò est  
omni odio inimicitia, vel malevolentia.

tellige tamen semper de odio plenè deliberato cum advertentia ad malitiam. Nam ob imperfectionem actûs, inadvertentiam, & subitam passionem, &c. à mortali sæpè excusari apud omnes in confesso est.


§. III.

*Odium inimicitia etiam est mortale ex genere suo.*

**C**ertum apud omnes ex verbo Dei. Præter enim præceptum magnum: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*: quo sine dubio prohibetur sub mortali in materia gravi malum velle proximo; alibi passim damnatur odium, & malevolentia in proximum, maximè apud Evangelistam amoris 1. Joan. 3. *Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem.* Et c. 4. *Si quis dixerit, quoniam diligo DEUM; & fratrem suum oderit, mendax est, &c.* Et ne quis se excuset, quòd signa odii exterius non ostendat, monet rectè Sapiens Prover. 26. *Qui operit odium fraudulentè, revelabitur malitia ejus in concilio.*

Dixi autem: *etiam mortale ex genere suo*: hic enim non tantum excusat imperfectio actûs frequentissimè, ut se indeliberatè, & subito motu proximo malum velis, optes, vel impreceris; verum etiam levitas materiæ excusat à peccato mortali; leve enim & exiguum malum proximo velle, quod reipsa illatum esset veniale tantum, etiam volituu non nisi veniale erit. Econtra tantum malum

malum in corpore, vel anima velle proximo, quod re ipsa illatum esset peccatum mortale, etiam volitum peccatum mortale erit, sive deinde tale malum velimus proximo optando, vel desiderando, ut habeat, sive gaudendo, vel complacendo, quòd habeat. Sicut enim præcepto Charitatis jubemur benè velle proximo & affectu complacentiæ de bono habito congaudendo, & affectu desiderii bonum nondum habitum desiderando; ita prohibemur malè velle proximo affectu desiderii malum proximo inferendum optando, quàm affectu complacentiæ, de malo illato, vel habito gaudendo, vel e contra de bono tristando, quod ad invidiam spectat. Gravitas ergo peccati odii, vel inimicitiae in proximum mensuranda est ex qualitate mali ei voliti corporalis vel spiritualis. In corporalibus gravissimum malum est mors corporis, præsertim violenter inferenda: in spiritualibus gravissimum est mors animæ per peccatum mortale, & æternam damnationem, quam proximo deliberatè velle, desiderare, vel gaudere, gravissimum, & ferè diabolicum est odium. Cæterùm qui proximo ex odio inimicitiae solum in genere vel in confuso malum vult, non præsumitur velle mala levia venialiter, sed mala quævis gravia, consequenter peccare mortaliter.



*Immodò quis proximo verè malum velit, &c.*

**H**Æc valdè notanda sunt. Ad hoc ergò, ut odium inimicitia, seu malevolentia in proximum malum mortale sit, omninò requiritur, ut quis proximo, inimico v. g. malum velit.

I. *Quod revera ei malum est*: Sicut enim præcepto Charitatis: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, &c.* tenemur solùm proximo velle vera & salutaria, quatenus proximo bona, & salutaria sunt; ita solùm prohibemur proximo velle vera mala, & quatenus ei mala & nociva sunt. Unde licet proximo cuivis, etiam inimico velle malum, quod ipsi revera non malum, sed bonum est: v. g. minus malum propter majus bonum, malum corporale propter bonum spirituale, &c. sic sanctè & licitè potes alicui etiam inimico tuo desiderare morbum, jacturam bonorum, tribulationem aliquam, &c. quò ejus superbia, insolentia, peccandi licentia compescatur; imò ipsam mortem corporalem, ne diutiùs, vel graviùs Deum offendant, damnationem sibi augeat, atqui ita ipsi non male, sed meliùs sit; sic enim pater vel mater effrenato filio licitè optat mortem, ne longà vitâ graviora peccata committat, graviùsque damnentur: sic licet optare patri seni, infirmoque aut filio, vel aliis miseris bonam mortem, ne in tormentis vivant. Et ita in similibus. Quia hæc, & similia desideria formaliter sunt de bono proximi, non de malo, ait Castro-Pal. tom. I. tr. 6. d. 4. de Charit. p. 1. n. 11.

II. *Et quatenus ei malum est*: Licet enim proximo nocenti, vel inimico desiderare malum, quod reverà ei malum est, non tamen quatenus ei malum est, seu ut ipsi malè sit, sed quatenus tibi, vel alteri, proximo innocenti, vel Reipublicæ maximè bonum est, seu quatenus per illa majora mala impediuntur. Omnes com. The. ma 2. 2. q. 66. a. 2. Sic licet optare mortem inimici, quem scio graviter, & injustè me veritatum, nec aliter liberare me possum; non enim opto mortem inimici, ut ipsi malum, sed ut mihi justè debitum bonum, scilicet liberationem malorum meorum est. Quâ ratione etiam absque læsione Charitatis sui ipsius in gravibus afflictionibus licet sibi ipsi optare mortem, quatenus liberatio nis malorum, adeoque mihi bonum est, ut sub cõ videbimus.

III. *Aut ex displicentia personæ*: Licet enim proximo nocenti, vel inimico desiderare, non velle malum, etiam quatenus ipsi malum, seu ut ipsi malè sit, non tamen ex displicentia, seu vel abominatione ipsius personæ, nec affectu indignitatis in ipsum proximum ob ipsius malum, sed affectu, & zelo justitiæ, honoris Dei, boni communis, &c. & ex abominatione qualitatis, seu vitii talis personæ. Sic licet furi optare furcam, hosti injusto stragem, &c. Quod enim Magister justè potest, & debet inferre, licitè quis potest ei optare. Certè Superior tibi graviter delinquenti gravem, & afflictivam pœnitentiam imponens, vult tibi per hoc malè esse: at non ex displicentia



centia, sed amore potius personæ, salutis, ac boni communis.

IV. Denique universaliter sic licitè abominamur homines malos quoad qualitatem, seu ut mali sunt, ita iisdem, ut mali sunt, seu ad destructionem eorum malitiæ, licitè malum volumus. Patet exemplis Scripturæ, Psal. 53. *Averte mala inimicis meis, & in veritate tua disperde illos.* Pf. 103. *Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita ut non sint.* Quin imò amore & zelo Dei licitum per se est peccatoribus desperatis ex suppositione, quòd non sint convertendi, velle, desiderare, & gaudere ipsam damnationem æternam: quòd quidem beati tutò faciunt, juxta illud Psalmi 57. *Letabitur justus, cum viderit vindictam, manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* Et in via ausus est David Pf. 54. *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes, quoniam nequitie in habitaculis eorum &c.* Verùm hæc periculosissima sunt in viatore, ne sub colore justitiæ, & justii odii abominationis mali, lateat, vel subrepat verum odium inimicitie, & abominationis ad ipsam personam, verus affectus vindictæ &c. idque maximè respectu inimici. Dictum est hætenus de malo licitè volendo proximo nocenti, vel inimico: At quid de proximo innocente.

*Dubium incidens notabile, valdè difficile, & maxime practicum.*

**U**trum liceat proximo optare, vel desiderare malum, non quatenus ei malum est, seu ut ipsi

ipsi malè sit, absit; sed quatenus nobis, vel alteri bonum est? Exempla, & casus sunt. I. An filius possit licitè optare mortem patris, & deinde gaudere, ut hæreditate tandem fruatur? II. An subditus possit desiderare mortem Prælati, ut Prælatura ipsi succedat, seu ut ab eo Prælatore offensus liberetur? III. An pater, vel mater possit desiderare mortem filii, vel filiiabus, ne eos aliter vel dotare cogantur? Aut quia filias ob deformitatem nuptui tradere pro libitu non possunt? Specialiter: an Princeps possit desiderare mortem matris viduæ, præsertim novercæ, ut de hereditate tandem ad cameram communem, & ad necessarios redeant? & ita in similibus tractandum. Intelligendo semper de desiderio, & affectu duplici, & inefficaci: absque omni desiderio efficaci, vel cooperativo ad mortem proximi. Intelligendo de morte naturali via ordinaria ab ipso Deo disponenda, & non injustè ab homine, vel dæmone: alioquin enim illicita esse, certum est.

7 I. Sententia negativa est sanè communis. *DD. de var. Manual. c. 1 §. n. 10.* dicit, hoc ipsum sententiam omnes: *Toletus, Sylv. Reginaldus, Clavis Regiæ* alii, quos sequitur *Bonacina tom. 2. disp. 6. c. 4. Decal. Præcept. 9. unica punct. 3. propos. 2. 3.* dicens: *secundò sequitur illum graviter peccare, qui grave aliquod malum corporis parentibus exoptat: Exempli gratiâ, cupiendo illis mortem, ut quamprimum in hæreditatem succedat.* Ratio est: quia vita proximi ( præsertim

conjuncti ) debet præferri cuicumque commo-  
do proprio temporali, juxta rectum ordinem cha-  
ritatis: ergò optare mortem proximi propter pro-  
prium commodum, est peccatum contra Charita-  
tatem. *Confirmatur*: si licet optare malum pro-  
ximo, ut mihi bonum, atque de eo gaudere, con-  
sequenter etiam licebit triftari de bono proximi,  
ut mihi malo apprehenso, v. g. minuendo pro-  
prietatem meam excellentiam: ergò tolletur è medio  
peccatum invidiæ, quæ communiter definitur:  
triftitia de alieno bono apprehenso ut sibi malo,  
quatenus scilicet minuere videtur propriam excel-  
lentiam. Sententia omninò probabilis, & sine  
dubio tutiffima, sed in praxi communi nimis du-  
ra, & vix amplius practicabilis Confessario: ideo-  
que

II. Probabilis, & tuta satis est opposita senten- 8  
tia affirmativa, licere nimirum affectu simplici op-  
tate mortem, aut simile malum proximo in præ-  
dictis, & similibus casibus, præcise, ut sibi bo-  
num, & naturaliter, Deo disponente, eventurum.  
Ita Emanuel Sa. V. *Charitas num. 8.* Azorius tom.  
1. lib. 3. c. 12. q. 2. Castr. Pal. supra num. 11.  
Tamb. lib. 5. Decal. c. 1. §. 3. à num. 32. Con-  
sentit Joan. Sanchez. *select. disp. 2. num. 8.* Et  
probabilem censet Eligius Bassæus in *Floribus*,  
verb. *Charitas num. 32.* Ratio fundamentalis  
est: quia actus inefficaces, & veleitates simplices  
sumunt suam specificationem, seu bonitatem, vel  
malitiam non ab ipso objecto, quod secundum se  
nullo modo appetunt, sed à fine vel motivo for-  
mali,

mali, secundum quod, vel propter quod tendit  
 in tale objectum: ut si appetas mortem tuam,  
 tandem à peccato liber Deo fruaris, actum  
 bonum facis, non ab objecto, sed à fine intento  
 in proposito, affectu simplici, & inefficaci deside-  
 rans, v. g. mortem patris, ut acquirat hære-  
 tem, præcisè appetit mortem ipsius, vel aliquid  
 sibi bonum ex fine intento, & nullo modo  
 malum patris, quin ut tale adhuc efficaciter  
 test nolle, & simpliciter velle longam vitam pa-  
 tris, stante illo desiderio inefficaci contrario  
 ergo hoc per se malum, vel illicitum non est.  
 eadem ratione licebit de tali morte gaudere, non  
 patri mala, sed ut sibi bona, vel boni sui causa-  
 ant è contra de longiori vita patris tristari, non  
 patri bonâ, sed ut sibi malâ, aut sui commodi  
 peditivâ.

- III. Neque hinc ullo modo sequitur, posse  
 talem mortem etiam desiderare efficaciter,  
 procurare. *Ratio* disparitatis ingens est: quia  
 inefficax ille desiderii, vel gaudii tendit ad  
 tem patris v. g. præcisè ut objectivè proponitur  
 v. g. per intellectum: intellectus autem præcisè  
 mortem patris proponere mihi sub præcisi-  
 tione boni, seu commodi mei, abstrahendo  
 omni ratione mali, ideóque eo statu nullam  
 specificationem ab objecto ut malo, sed tantum  
 à fine, seu motivo formali, propter quod  
 mortem patris; quod, quia in proposito  
 non est, nullam actui malitiam adferre potest  
 nam si proponeretur voluntati mors patris

ipsi mala, jam statim averteretur voluntas, & nollet ea ratione etiam efficaciter: At verò efficaces actus, efficax desiderium vel procuratio mortis paterna tendit in mortem patris ut subjectivè fiendam à parte rei, quæ, quia reverà est mala patri, & filio gravissimè illicita, malitià inabstrahibili, necessariò actui confert suam malitiam, non obstante fine, non malo, vel bono intento: quia malum est ex quolibet defectu; & hic jam fuit ratio sententiæ prioris. Advertis jam sententiam hanc esse probabilem valdè: sed adhuc, ut duriusculam abhorres; ideò mitiùs loquendo & utramque sententiam non nihil conciliando, mihi videtur

IV. Dicendum cum distinctione. Mortem patris v. g. optare propter meum commodum temporale affectu antecedenter & absolutè, volendo nimirum, & optando, ut Deus velit patrem meum mori, quo hæreditate potiar, omninò putò illicitum esse mortaliter, ob rationem primæ sententiæ: quia nimirum assumitur majus malum proximi ut medium ad minus bonum meum, quod directe repugnat ordini Charitatis. Certè talis actus proximè accedit ad actum efficacem. Et si quis ad eum finem etiam oraret Deum pro patris morte, nonne oratio ejus fieret in peccatum? Atque hoc sensu meritò intelligo damnatas ab Innocentio XI. Propositiones istas: 13. *Si cum debita moderatione facias, potes absq; peccato mortali, de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere: illam inefficaci affectu petere & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob ali-*  
quod

*quod temporale emolumentum. 14. Licet  
absolutò desiderio cupere mortem patris, non  
idem ut malum patris, sed ut bonum cupientis,  
nimirum ei obventura est pinguis hereditas.*

At verò id ipsum optare affectu consequenti  
& conditionato: nimirum ex suppositione, quod  
si Deus vellet, vel faceret patrem meum mortuum,  
quàm id ipsum optarem! quàm de eo gauderem  
&c. propter meum commodum! per se illicitum  
non est, idque efficaciter probat Ratio sententia  
Sententiæ. Et insinuat *Bussaria Capucina* in  
*cit.* meò iudiciò verissimè. Ratio est: quod ob-  
jectum hujus actus non est malum: est enim  
commodum sequens ex morte, quod est bonum,  
conforme rectæ rationi: & ideo mors est ob-  
jectum desiderii non absolutè, sed tantum ex sup-  
positione, quòd sit dispositum à Deo, quòd non  
est desiderare malum proximi, sed supposito, quòd  
sit illud habiturus, gaudere de ipso, ut de bono  
mei boni. Et in tali casu non anteponitur  
commodum temporale proprium vitæ proximi, sed  
est uti, quoad desiderium, morte proximi ad com-  
modum proprium ex suppositione, quòd à Deo  
sit causanda. Atque hisce rursus corrumpit ratio op-  
positæ Sententiæ una cum sua confirmatio.  
Fateor licere tritari de bono proximi præcisè  
prehenso quatenus reverà mihi malum est affectu  
simplici, & conditionato, ut modò dictum, non  
autem affectu absoluto, & quatenus bonum pro-  
ximi est. Unde minimè tolletur è medio peccati  
tum invidiæ; invidia enim tristatur de bono pro-

xi mi, non ea præcisa ratione, ut mihi malum falso apprehenditur, affectu aliquo conditionato, aut dependenter à divina voluntate, sed affectu planè absoluto, ac contra divinam voluntatem omnium bonorum dispensatricem tristatur, & non vult, & odit, ac velut ringitur bonum illud inesse proximo, ut apprehensio sibi nocivo seu propriæ excellentiæ diminutivo, ut infra videbimus Sect. 4.

COROLLARIUM.

De Maledicentia.

**O**Dio inimiciæ, seu malevolentia in proximo II tum tanquam actui interno illicito, & peccato cordis, directè respondet maledicentia, seu malorum imprecatio, tanquam actus externus imperatus, & peccatum oris: atque eadem prorsus ratione, qua illicitum, vel licitum est proximo malum velle, etiam illicitum, vel licitum erit proximo maledicere, vel malum imprecari. Nimirum

I. Omnis maledicentia, quâ proximo ex vero odio inimiciæ, seu ex vera maledicentia, & animo, ut eveniat, deliberatè in materia gravi malum quis imprecatur, peccatum mortale est. *Omnis.* Patet ratio ex dictis: quia maledicentia externa sumit suam malitiam à malevolentia interna: atqui proximo ex animo malum velle in materia gravi, mortale est: ergo & idem malum proximo imprecari, mortale est. Excusat autem à mortali: I. Materia levitas, sive imprecatio levis, vel ridiculi mali. II. Imperfectio actûs, inadvertentia, indeliberatio &c. utpote ex subdito motu iracundiæ, terroris, vel passionis vehementis proximo male-

maledicere in quacunq[ue] materia, non potest esse plus, quàm veniale. III. Defectus malæ intentionis, seu voluntatis, ut eveniat; nam etiam admittere, & deliberatè proximo maledicere, seu quocunq[ue] via quacunq[ue] mala imprecari, non tamen ad id, ut eveniant, sed solùm ad expressionem suæ indignationis, vel doloris de nocumento, vel iniuria accepta, vel solùm ad terrorem alterius, maritus, filiorum subditorum, militum &c. culpam veniale non excedit; neque verum peccatum contra Charitatem, vel iustitiam, sed potiùs defectus mansuetudinis, & patientiæ est. Ita Navar. *cap. 17.* Molina, alii cum Laym. *lib. 2. tract. 2. n. 8. denique. IV.* Addunt Doctores, item ex consuetudine, vel prava consuetudine, & absque animo, ut eveniant, etiam gravissima quæque mala imprecari proximo, v. g. ut aliquem diabolus auferat, vel discerpat, fulmen percutiat, pestis extinguat, rota frangat &c. absque tamen notabili peccato contumelia, spectatis circumstantiis personarum, utpote si pater filio, dominus servo, æquales, & quali ita imprecetur, non esse mortale ob rationem dictam. Secus esset, si inferior superiori, filio patri &c. ita in faciem imprecetur, & maledicatur tunc enim gravis contumelia contra iustitiam, & pietatem esset. Insuper addit Laym. *cit. in 2. n. 8.* Eum, qui deliberatè seipsum dæmoni devovet, quamvis absque animo, ut ita eveniat, non esse excusandum à peccato mortali, ob indignitatem, horrorem, ac perversitatem rei.

II. Econtra quemadmodum odio abominabile



tionis juste, & licite averfamur, seu abominamur proximum quoad qualitatem malam, quatenus scilicet malus, injustus, & peccator est; ita ob eandem rationem etiam ei male volumus, non quatenus ei malum, sed quatenus vel ipsimet, vel nobis, vel alteri proximo, vel Republicæ majus bonum, vel majoris mali impeditivum est, ut supra explicavimus. Eadem ratione etiam juste, & licite ei possumus maledicere, seu malum imprecari, v.g. furi, ut suspendatur, ut supra §. 2. positum est: & sic in cæteris casibus.

SECTIO II.

Ad quid teneatur homo inimico suo?

SUMMARIUM.

12. Quilibet homo sub mortali obligatur inimico suo ad tria
13. I. Non odisse, seu non malum velle. (ubi
14. Quid sit remittere offensam?
15. Quid sit offensa, injuria damnosa, non damnosa,
16. Et quid restitutio, vel satisfactio pro ea?)
17. II. Obligatur ei remittere offensam;
18. Non tamen injuriam; minus damnum illatum,
19. Sed de eis contra eum instituere potest actionem tam injuriarum, quam civilem pro damno illato;
20. Imò per se loquendò etiam criminalem
21. III. Obligatur ei exhibere actus & signa Charitatis,
22. Communia saltem;
23. Nisi Charitas, vel justitia quandoque prudenter aliud suadeat,
24. Aut rationabilis causa excuset.
25. Signa autem specialia per se loquendo non tenemur exhibere inimico
26. Ad dignoscendum, quale peccatum sit negare inimico signa Charitatis communia, inspicienda est intentio interna: & significatio externa.

27. *Resolvuntur Varii casus. Et specialiter*  
 28. *Quid sentiendum de iis, qui fugiunt, declinant,*  
 29. *Aut nolunt, vel non possunt, salutare inimicum!*  
 30. *Casus specialis de duobus Religiosis.*  
 31. *Inimicum salutantem non resalutare, vel gratias agere, quando, & quale peccatum?*  
 32. *Casus specialis Matrone nobilis.*  
 33. *Quando, & quale peccatum sit nolle alloqui, vel salutare, qui inimico!*  
 34. *Casus specialis de duabus Monialibus.*  
 35. *Quid faciendum illi, qui scit, vel prævidet, si salvet, propinet &c. inimicum non resalutatum, & gratias acturum &c.*

## ASSERTIO II.

12 **O**Mnis homo inimico suo, quantumvis in  
 inimicitia, vel injuria perseveranti obligatus  
 sub mortali: 1. Non odisse, seu malum velle, quod  
 revera ipsi malum, & quatenus ipsi malum  
 aut ex displicentia persona ipsius. 2. Offensam  
 mittere, non item injuriam, minus damnum  
 latum, quin justè tam actionem injuriarum  
 satisfactione, quam actionem civilem pro damno  
 illato: Quin etiam per se loquendo, actionem  
 minalem ad justam sceleris vindictam adversus  
 eum instituire possit. 3. Exhibere actus, & ipsa  
 Charitatis communia (nisi ipsi charitas, vel justitia  
 aliud suadeat, aut rationabilis causa excuset)  
 non item specialia, per se loquendo. 4. Secus  
 sciendo, peccabit pro ratione intentionis interna  
 vel significationis externa offensiva inimici. Et  
 tota in re communis, & certa Theologorum doctrina  
 Et quia res valde delicata, & intricata  
 Confessionali est, ideo conabor accuratè explicare

§. I.

*Non odiffe, non malum velle. Remiffivè.*

**P**Ræcepto Charitatis divinæ teneri nos dili-  
gere omnem proximum, etiam quantum-  
vis inimicum, injuftum, & peccatorem, quatenus  
nofter proximus æternæ beatitudinis comparticeps  
eft, certiffimum eft ex generali mandato Charita-  
tis: *Diliges proximum tuum, ficut te ipfum*: ne-  
mine omninò excepto, nifi non proximo, qui ſci-  
licet nobifcum gratiæ DEI, & æternæ beatitudinis  
capax amplius non eft, ut ſunt diaboli, & damna-  
ti tantum. Et de inimicis habemus ſpeciale præ-  
ceptum Chrifti Matth. 5. *Audiſtis, quia di-  
ctum eſt: diliges proximum tuum, & odio habe-  
bis inimicum tuum,* (hoc fuit phariſaica deprava-  
tio præcepti divini:) *Ego autem dico vobis, dili-  
gite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderunt  
vos.* Et Joan. 13. *Mandatum novum do vobis,  
ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.* Chriſtus  
autem dilexit nos, cum adhuc inimici eſſemus, ait  
Apoſtolus. Diligendus ergo eſt inimicus, &  
peccator quoad naturam, non quoad qualitatem,  
ſeu ipſam malitiam: ſic enim odio habendus eſt  
obominatione qualitatis, ut ſupra diximus.

II. Præceptum hoc generale Charitatis, *Dili-  
ges proximum tuum, ſicut te ipſum*, quatenus af-  
firmativum eſt, dictans ſcilicet actu poſitivo ama-  
re proximum, ſeu benè velle proximo, præfertim  
inimico, per ſe nunquam obligat graviter: ſed  
tantum per accidens, quando obligamur proximo  
inimico reconciliari, aut ei in neceſſitate corpo-  
rali,

rali, seu spirituali succurrere, de quo infra. Verò quatenus enim præceptum negativum prohibens scilicet: *Non odisse, non male proximo*, etiam quantumvis inimico, ac iniurioso, obligat semper, & pro semper, cum ob id verum sit intrinsicè malum, & nulla unquam etiam quantalibet proximi inimicitia, vel iniuria excusari, vel cohonestari possit, neque solum præcepto divino, sed etiam rectæ naturali rationi pugnet, odisse naturam propter culpam; & contra DEI propter opus hominis, & sine dubio peccatum mortale ex genere suo, cum adverteretur contra unum excellentissimæ, & Theologicæ virtutis præcepto maximo charitatis, Solum hic præceptum explicandæ sunt limitationes, quibus

III. Obligamur proximo etiam inimico non malum velle. Nimirum: 1. Quod reverè malum est. 2. Et quarens ei malum est. 3. Aut ex defectu simplicitatis personæ; hæc enim generatim sufficienter explicata, & amplificata sunt. *Affert. moral. n. 5.* ut huc de verbo ad verbum referri debent.

IV. Lessius *lib. 2. de just. c. 47. dub. 5. n. 2.* paulò aliter quatuor assignat, & probat actus licitos, quibus liceat inimico malum velle. *Primus* Ex intentione, ut inimicus emendetur, quare pater vult filio verbera infligere. *Secundus* Ex intentione, ut inimicus à malo faciendo mihi, vel proximo avertatur. *Tertius*. Ex zelo justitiæ: quod bonum est, ut inimicus, vel qui malè agit, tandem pœnæ habeat; quantum meretur ex culpa; & sic justitiæ æqualitas habeatur.

vel custodiatur: *Quartus* est: Optare malum inimico (sunt verba Lessii) ut fiat aliqua reparatio injuriæ, & satisfactio, dum enim ille punitur propter injuriam illatam, restituitur ex parte honor parti læsæ eique aliqua satisfactio exhibetur. Qui enim lædit plus justò, suo affectui indulget, sibi que sumit, & alteri trahit: dum autem punitur, illud ei quodammodo adimitur, cum contrà voluntatem patiatur: & quia agitur in gratiam læsi, censetur ei donari: & sic fit nonnulla compensatio, ut experientia probat: tunc enim animus læsi acquiescit, & sibi satisfactum putat. Est igitur in vindicatione moralis quædam restitutio honoris, & injuriæ reparatio. Hactenus *Lessius ibid. n. 15.* rectè defendens hunc actum internum non esse verum odium. In odio enim desideratur alterius malum, præcisè ut ei malè sit, idque absque debito modo, ac mensura: in hoc autem actu vindictæ desideratur malum proximi secundum mensuram delicti, & debito modo nempe mediante DEO, vel homine potestatem habente, ad hoc ut justitiæ æqualitas servetur, quæ sanè magna est diversitas. Et hinc mox dicemus, & explicabimus inimico esse remittendam offensam, non item injuriam.

§. II.

*Offensam remittere, non item injuriam &c.*

**A**T quæso quid est hoc? offensam remittere: 14  
vel quod idem sonat, veniam dare: Dico:

X 3

est

est ipsissimum positivè nolle amplius odisse, vel malum velle inimico per modum Injustæ vindictæ. Ubi graviter nota differentiam hujus obligationis positivè à præcedente negativè. Nam negativè non odisse, non malum velle, vel vindictam istam appetere inimico, obligaris semper, & semper præcepto negativo, ut dictum est; & satisfacis obligationi tuæ merè negativè te habere qualiter te habes, quando dormis, aut de inimico, vel offensa ab eo tibi facta nihil cogitas: At tamen positivè nolle amplius odisse, & malum velle inimico, sed potius actu contrario eidem bene velle, vel eum amare, atque ita actu positivo Charitatis offensam remittere; utique non potest obligari semper, sed solum per accidens in triplici casu. 1. Quando teneris reconciliari inimico, juxta *Secl. seq.* dicenda. 2. Quando tenetur inimico in gravi, vel extrema necessitate succurrere. 3. Quando recordatus inimici vel offensa & injuriæ tibi illatæ gliscens odium, rancorem, vindictam &c. videris non posse superari, nihil citò actu contrario positivo Charitatis, eum amplius odisse, vel ei malè velle, sed potius amare, & bene velle, prout alibi explicuimus. Hæc sunt valdè notanda Confessario, & poenitentibus fragilibus diligenter explicanda, ne conscientia nimis angustientur. Pro majori tamen diligentia accurate hîc prius distinguenda hæc tria:

*Offensa, Injuria, Damnum.*

15 **O**ffensa generatim est lesio, seu irritatio voluntatis alterius: quâ nimirum aliquis alteri

contra suam voluntatem molestiam infert, sicque eum movet, eique sufficiens motivum, ac velut jus quoddam tribuit ad displicentiam, indignationem, aversionem, ac iram adversus offendentem potestque fieri aut absque læsione ullius juris alterius, & dicitur offensa pura contra charitatem, & pacem humanam tantum. Ex. gr. Amico petenti à me librum commodatò, quo is valdè indiget, ego facillè carere possem, nolo tamen commodare: procul dubio offendo amicum, & do ei sufficiens motivum, ut avertatur à me, mihi que indignetur, non tamen infero ei injuriam; cum nullum ejus jus lædam, sed tantum voluntati ejus molestiam infero, ideòque est offensa pura contra charitatem, & pacem humanam, pro qua proinde debetur solum amicareconciliatio ex virtute charitatis, & pacis humanæ, nihil omninò ex justitia, nullaque actio in foro externo. Aut offensa fit cum læsione juris alterius; & tunc speciali nomine vocatur injuria. *Injuria generatim est læsio juris alterius*: quàm nimirum fit aliquid non solum contra voluntatem, sed etiam contra verum, & strictum jus alterius. Et iterum potest fieri, aut absque damno alterius, nihil scilicet auferendo, quod suum erat; & dicitur injuria mera, vel non damnosa: ut si cui soli, vel coram alijs nihil inde motis contumeliam inferas: si committas adulterium cum uxore Titii, nulla suscepta prole, vel alia damnificatione secuta, utrique inferas gravem injuriam: quia lædis jus illius ad suum honorem, istius ad corpus uxoris suæ: nullum tamen damnum inferas; ideòque est

injuria non damnosa, attamen contra justitiam pro qua proinde jam ex justitia saltem vindicta debetur satisfactio: & in foro externo datur actio injuriarum pro ea satisfactio, intra tantum certum tempus. *Aut* injuria fit cum damno alterius, auferendo scilicet aliquid, quod suum erat: jam dicitur injuria damnosa, seu damnificatio, si justa, cujus objectum, & effectus est ipsum damnum illatum. Itaque

*Damnificatio, seu injuria damnosa est laesio civilis, & stricti juris alterius per ablationem ejus, quod suum erat, in bonis anima, vita, fama, fortuna.* Ut si fureris Titio pecuniam, domum incendas; si cognoscas uxorem ejus, prole, quam is putatitius pater alere debeat, vi suo, & liberorum legitimorum damno, est injuria damnosa contra justitiam commutativam quæ suum cuique tribuit, pro qua proinde eadem justitiæ commutativæ virtute debetur restitutio, & in foro externo competit ei non tantum actio civilis ad recuperandum jus suum, sed compensandum damnum illatum, sed etiam, si vult, actio criminalis ad vindictam sceleris. *Omnia certa ex natura justitiæ.* Nunc necessarii explicandi sunt duo termini, jam sæpius nominati: Quid sint, & in quo differant,

*Restitutio, & Satisfactio.*

16 **R**estitutio proprie est compensatio damni alteri in bonis ipsius anima, corporis, fama, fortuna; cujus proinde objectum est damnum



alteri compensandum per aliquid necessario ipsi  
 damnificato conferendum: finis verò est æquali-  
 tas rei restituendæ ad rem ablatam, vel damnum  
 datum; ideòque est actus justitiæ commutativæ,  
 & in conscientia semper debetur ante omnem sen-  
 tentiam Judicis, vel actionem fori externi.

*Satisfactio verò est compensatio injuria, vel  
 offensa tantum alterius:* in hoc consistens, quòd  
 sicut alterum offendimus, vel injuriavimus contra  
 voluntatem, vel jus suum molestando, ita nos vi-  
 cissim in gratiam illius, vel læsi aliquid molestum,  
 contra propriam voluntatem agendo, vel facien-  
 do eum nobis reconciliemus. Cujus proinde  
 objectum est injuria, vel offensa compensanda ex  
 parte nostra solum aliquid molestum subeundo  
 alterius conciliandi gratia, absque eo, quòd neces-  
 sario re ipsa aliquid in alterum conferatur. Finis  
 verò est reconciliatio cum altero offenso, vel offen-  
 sa remissio. (Nota hic obiter: cur DEO sa-  
 tisfacere, non autem restituere possimus: quia ni-  
 mirum, sicut, prò dolor! possumus DEUM of-  
 fendere, non autem damnificare: aliquid in ejus  
 gratiam molestum agere, vel pati, nihil autem  
 ipsi, non suum, offerre possumus.) Uude satisfactio  
 pro injuria est *actus justitiæ vindicativa*, cujus  
 exercitium ad publicam tantum potestatem perti-  
 net; proinde ante Judicis sententiam nulla per se est  
 obligatio satisfaciendi pro injuria, præcisa à da-  
 mno, secundum communem DD. apud Layman.  
*lib. 3. tract. 2. c. 1. n. 3.* Pro offensa autem (jam  
 dictum est) debetur satisfactio amica ex charitate,

& pacis humanæ virtute. His suppositis, & bene intellectis, dicimus in Assertionem nos obligari inimico.

**17** I. *Offensam remittere*, modo jam explicatum. Certissimum Fide divina, & ratione naturæ. Hac enim conditione Christus docuit, nos remissionem offensæ ab ipso DEO: *Dimittite vobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debita vobis nostris.* Et ne putaremus hoc confisum tantum esse, non præceptum & necessarium, tum subjungit Salvator noster Matth. 6. terribilia verba: *Si enim dimiseritis hominibus peccata vestra, dimittet & vobis Pater vester delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Sic Christus. Et certe summa æquitas postulat, ut qui sibi dimitti offensam divinæ Majestatis infinitæ, & aliis remittat offensam suæ voluntatis: sicut contra summa iniquitas videtur, ut qui sibi vult remitti offensas factas contra voluntatem DEI infinite Majestatis, cum ipse tamen nolit homini contra voluntatem suam præcisè, salvo scilicet jure suo quædam injuriam, vel damnum illatum, quæ DEUS remittere non præcipit, ut mox videbitur.

*Ratio autem manifesta est:* Quia omni jure tenemur proximo non malum velle per modum justæ vindictæ: hoc enim ad formale odium inimicitiae spectat: atqui remittere offensam remittit nihil aliud est, quam non odisse, vel non malum velle proximo per modum injustæ vindictæ, dum enim

offensus manes, ac offensam retines, necessariò malum vis proximo, & utique vindictam: proximo autem ob solam offensam (seclusa omni injuria, vel damno illato) nulla ex ulla justitia debetur vindicta, sed ille solùm, qui te offendendo dedit sufficiens motivum ad iram, aversionem, indignationem, ex charitate debet tibi amicam satisfactionem, v. g. petendo veniam, aliudve benevolentia signum, officia exhibendo: ergò & tu debes ex charitate ei remittere offensam; odium quidem formale, & vindictam injustam omní tempore, iram verò, indignationem, aversionem saltem tunc, quando alter tibi satisfacit, & reconciliari cupit, juxta dicenda inferiùs: alioquin offensam retinendo, & remittere nolendo peccabis mortaliter, secundùm omnes. Intellige tamen semper voluntariè, & deliberatè: ut excludantur impressiones, & aversiones solùm phantasticae in Phantasia, etiam contra voluntatem remanentes, quas omninò expellere valdè difficilè, & quibusdam etiam impossibile est, ut notat Sylvester *verb. Charitas q. 6.* Et infra in regulis reconciliatio- nis iterum notabitur.

II. *Non item injuriam, minùsque damnum illatum tenemur remittere inimico.* Communif-  
 sima. Ratio evidens est: quia ex praecepto Cha-  
 ritatis teneris proximo remittere solùm malum i-  
 psi indebitum, non item bonum tibi debitum: at-  
 qui sola offensa tua, aversio, indignatio animi,  
 quâ proximo malè vis ad injustam vindictam, est  
 malum indebitum inimico: satisfactio verò tibi  
 pro

pro injuria facta, & maxime restitutio pro damno tibi illato est bonum tibi debitum: & licet ipsum malum sit inimico, tu tamen id vis, non quatenus illi malum est, sed quatenus tibi justè debitum, & bonum est, justè vis, & exigit: ergo non teneris remittere, sed omni jure justè exigere potes, tam satisfactionem pro injuria, quam restitutionem pro damno; dummodò offensam deprensas, & hæc non ut ipsi mala (de quò sæpe petimus) sed ut præcisè tibi bona expetis. Et hæc petimus ulterius.

19 III. *Tam actionem injuriarum pro satisfactione injuria, quam actionem civilem pro restitutione damni illati instituere contra inimicum quæbet potest.* De actione civili ad recuperationem jus suum, seu pro restitutione damni illati, non dubitat, nec probatione indiget. Certum est, quod actione injuriarum pro satisfactione debita injuria illata, quando inimicus injurians per satisfactionem congruam nollet dare, nec volumus petere. *Ratio* jam dicta est: quia petis, & quatenus tibi justè debitum est, & aliter præstari non vis: quin insuper in rigore loquendo non teneris remittere, sed adhuc justè coram Judice instituere potes actionem injuriarum, si alius inimicus injurians veniam peteret humiliter, & per se satisfactionem sufficientem offerret pro injuria illata. Communis DD. Valentinus Reginaldus, Tannerus *disp. 2. q. 3. dub. 1. n. 10.* eosque consequens Bassæus *verb. Charitas. n. 10.* Lessius *suprà cit. Suarez, Coninch, Caspary*

obsequat. Tamb. lib. 5. c. 1. §. 3. n. 9. Ratio est: quia satisfactio tibi justè debetur, nec teneris magis hanc, quàm illam satisfactionem acceptare pro injuria, præsertim, cum satisfactio pro injuria sit actus justitiæ vindicativæ, cujus exercitium propriè ad Judices, & Superiores spectat; ad hoc enim constituuntur Judices in Republica, ut puniant reos, injurias vindicent, & læsis satisfacciant: ergo deposito odio, & vindictâ, atque maligno affectu in proximum justè, eam à Judice petere posses.

Dixi autem *in rigore loquendo*: Charitatis enim dulcore id in praxi omninò disuadendum est, & omnimodis consulendum, ut juxta consilium Christi Matth. 5. *Si quis te percusserit in maxillam &c.* propter ejusdem amorem huic tuæ tam rigidæ satisfactioni renunties, eamque proximo remittas; nam reverà pauci actionem injuriarum prosequuntur, deposito omni odio, & vindictæ malevolo affectu; idque maximè urgendum, quando satisfactio tibi læso prorsus inutilis, & solilædenti gravissimè damnosa esset, ut si deberet fieri per mortem, mutilationem, fustigationem, publicam confusionem, vel similem gravem pœnam. Nisi in casu rarissimo id necessarium esset ad tollendam infamiam magnæ familiæ, ut cum *Tamb.* notat *Bassans* proximè cit.

IV. Quinimo per se loquendo, etiam actio-20 nem criminalem ad justam sceleris vindictam instigare potest læsus contra inimicum reum. Communissima DD. & Juristarum apud Layman. lib. 2. tract.

2. *tract. 3. c. 3. n. 3.* aliósque citt. passim. enim naturæ, & gentium jure omnibus permissum, & sæpè debitum est, ob bonum commune. Nec est ratio, cur non liceat adversus inimicum dummodò fiat, non odio, vel vindictæ affectu ipsam personam, sed amore justitiæ, & odio damnationis ipsius mali perpetrati à proximo, ne crimina impunita maneant cum Reipublicæ damno. Advertit tamen ex communi *Layman. cit. §. deinde.* Id periculosum esse, & plerumque non consulendum inter æquales actionem criminalem contra inimicum instituere, scilicet ad punitionem criminis, eò quòd pauci tam perfecti sunt, qui eo casu solùm justitiam, bonum commune, & mali punitionem spectent, quin cupiditatem propriæ vindictæ, & odium in ipsam personam inimici explere velle censeantur. Vide nostrum *Gabrielem in Can. Missa lect. 76.* Secus esset, si offensus sit ipse Judex, vel Superior, cui ex officio competit malum punire: sic Prælato, Patri, Merito, ordinariè non licet remittere punitionem mali, seu satisfactionem justitiæ suo Religioso, fratri, uxor. Vide *Navarrum.*

## §. III.

*Exhibere actus, & signa communia Charitatis &c.*

¶ **O**Mnino tenemur supradictam remissionem offensæ, odii ac malevolentia in inimicum non solùm ipsa re exercere in corde, ac animo interiùs, sed etiam ipsi proximo inimico, ob lata occasione eam notam facere exterius usque ad

bus, signis, ac indicis charitatis, ac benevolentia, quibus ipse intelligat, ac advertat nos ad ipsum non amplius male, vel malevolè affici, sed potius bene: & ex horum signorum omissione meritò intelligeret, nos adhuc malè erga ipsum affici. *Omnis.* Ratio est clara: quia ex virtute Charitatis obligamur nulli esse scandalo, seu voluntariè occasionem non præbere proximo, ut ipse peccet: atqui nisi proximo inimico hunc nostrum remittendi animum actibus, & signis externis Charitatis, ac benevolentia ostendamus, quin iis subtractis ejus oppositum significemus, in causa sumus, ut ipse quoque perseveret in inimicitia, & idè diutius, graviusque peccet: ergo &c. Ratio ergo, & regula generalis horum signorum, & actuum semper præ oculis habenda hæc est: Illa tantum signa, vel opera Charitatis proximo inimico exhibenda sunt, ex quorum omissione is meritò intelligit, nos malè affici erga ipsum, & talia non nisi ex malo affectu odii, seu vindictæ omittere. Hac regulâ suppositâ, dicimus in Assertionè, proximo inimico exhibenda esse

I. *Actus & signa Charitatis communia.* N<sup>o</sup> 22  
mirum communiter omnibus absque delectu exhiberi solita, ut orare pro omnibus, saluantem resalutare alloquenti respondere, postulanti, merces vendere, communia officia, vel obsequia præstare, quæ omnibus passim in Communitate, Civitate, Collegio, Monasterio, vel domo aliqua exhiberi solent. Vulgaria sunt obvia, ambigua postea seorsim discutiam. Ratio ex lege Charitatis  
lumi-

fumitur duplex. Nam ex una parte: quia haec signa, & obsequia communi naturæ, & locutione humana debentur; & non est particularis honoris hanc communem obligationem infringere, etiam quoad inimicum absque nota actualis contumæ ad eòque peccati mortalis. Ex altera autem parte, ex hujusmodi communium signorum, & obsequiorum subtractione proximus merito intelligit, nos malè in ipsum affici, ideòque & ipsius inimicitia peccato obfirmatur novo nostro peccato scandali activi, ex genere suo mortali. Ut autem que peccati discernendi mensuram, exempla & signa particularia confulto remitto, & abundè in libro *Secl. seq.* modò pergamus in explicatione minorum:

- 23 II. *Nisi ipsi Charitas, vel justitia aliud prudenter suadeat.* Charitas quidem ipsamet, vel erga ipsum inimicum, vel erga se ipsum aliquando suadet, negare inimico signa communia Charitatis, salutationes, alloquia, responsiones: utpotè, quia inde speratur emendandus, errorem arguerus, & correcturus: vel quia timetur ex his signis deterior futurus, injuriam illatam vilipensius faciliùs denuò illaturus, aut certa ipsa signa Charitatis sibi in despectum fieri, aut aliter malè interpretaturus &c. sic etiam prudenter, & caritative erga te ipsum potes vitare confortatum colloquium, aspectum alterius tibi inimici, ne redeat recordatio injuriarum, ne novæ lites incendant, commotiones majores, mala graviora contingant, signa enim Charitatis non debent militare contra



charitatem. Imò quandoque ex justa abomina-  
 tione delicti notorii proximi possunt ei negari signa  
 charitatis communia, uti de hæreticis præcipit  
 ipse Evangelista amoris in Epist. 2. *Si quis venit  
 ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite  
 eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis,  
 qui enim dicit illi ave, communicat operibus  
 ejus malignis.* Justitia porro etiam suadet quan-  
 doque inimico reo subtrahere signa communia  
 charitatis: Sic Pater, vel Superior ad justam pu-  
 nitionem filii, vel subditi delinquentis juste ei ne-  
 gat alloquium, aspectum benignum, aliave bene-  
 ficia, vel signa charitatis aliàs filiis, vel subditis  
 communiter exhiberi solita, correctionis gratiã,  
 ut suum errorem agnoscant, ut eorum incuriam,  
 proterviam, vel insolentiam frangat &c. Ex qui-  
 bus patet solutio casus non raro contingentis: Fi-  
 lius, vel filia Matrimonio indigno contra volun-  
 tatem parentum, vel consanguineorum contracto,  
 aut alias crimine alicujus infamiæ commisso, fa-  
 miliam non parvo dedecore affecit: Unde illum,  
 vel illam parentes, fratres, consanguinei nec ad  
 domum, nec ad colloquium, vel aspectum admit-  
 tere volunt, etiam veniam petenti constanter igno-  
 scere recusant. Hic duo perpendenda, & à Con-  
 siliario inquirenda sunt. *Unum:* Utrum paren-  
 tes, vel consanguinei non ex animi odio procedant  
 ad correctionem delinquentis, aliorum cautelam,  
 familiæ honorem? *Alterum:* An non vindicta,  
 vel pœna talis excedat modum delicti, non enim  
 possunt illis negare reconciliationem, & veniam.



in perpetuum ( tunc enim absolvi non possent )  
 sed solum ad tempus , quousque videbitur capi-  
 dire ad eorum emendationem , ac alios fines be-  
 nos propositos , postea ignoscere , & in gratiam  
 recipere . His positus non peccant , & a Confes-  
 sariis absolvi debent parentis , vel consanguine-  
 tales . Idemque dic de parentes , vel consanguine-  
 talis famulis , vel ancillis , qui eorum iustu-  
 lium , vel filiam ream ad domum , vel consortium  
 non admittunt , tanquam justæ vindictæ patris  
 executores . Ita sapienter Layman. *lib. 2. tract.*  
*3. c. 4. n. 4.*

24 III. *Aut rationabilis causa excuset.* 1. Hoc  
 maximè frequenter excusat imperfectio actus, sive  
 inadvertentia. 2. Excusat non tantum parvitas  
 materiæ, sed etiam parvitas moræ: ut si iniuri-  
 te offendenti solum brevi tempore per unam: vel  
 alteram horam, aut etiam diem loquelam aliam  
 signa charitatis neges: ex tam parva enim mora  
 non debet præsumi verum, & deliberatum ob-  
 um, sed motus tantum passionis ad summum  
 nialis. Item præsumi potest expectari solum de-  
 terim, dum ira deferbeat. 3. Excusat etiam le-  
 vitas causæ, vel rixæ, vel si ipsa rixa levis sit, ut  
 patebit exemplis infra adferendis. 4. Excusat  
 tiam significatio justis doloris, vel tristitiæ ob-  
 ceptam injuriam: Ut si te offendenti neges loque-  
 lam, responsum, salutationem &c. non in  
 gnum alicujus odii, vel vindictæ contra ipsam  
 sed solum in signum acceptæ, perceptæ ac dolen-  
 tis injuriæ, vel ex ingenti animi dolore ob-  
 pua

ptam injuriam: talem non peccare, saltem mortali-  
ter, mihi certum videtur; imò quandoque à venia-  
li excusari posse, probabiliter (etsi in praxi peri-  
culosè) docet Diana p. 2. tract. 15. resolut. 62.  
citans Lorcam: & p. 1. tract. 13. resolut. 89.  
*Hurtadum*, cujus hæc verba exscribit: Ab hac  
obligatione, solvo primò parentem, aut Prælatum  
aut Judicem, qui non in injuriam, sed in pœnam  
justam, non resalutat inimicum. Solvo secundò  
eos, qui sine gravi incommodo honoris non pos-  
sunt hostem salutare. Tertio, solvo eum, qui in-  
famem accepit injuriam, cujus æstimatio digna  
perit austeriorem vultum, atque tristitiam, qualis  
esset, qui appellatus fuisset fur, judæus, sodomita,  
aut simile quid enorme: tunc enim pruden-  
ter censetur negatio salutationis oriri non ex  
odio, sed ex dolore justo, & ingenti acerbita-  
te, quæ justè adimit urbanitatis argumenta o-  
mnibus ejusdem conditionis hominibus commu-  
nia: item esset multis argumento, eum parvi æsti-  
mâsse tam acerbam injuriam. Quarto, solvun-  
tur, qui ita simulant distractionem, aut oculorum  
habitudinem, ut prudenter judicetur, salutatio-  
nem omissam non ex memoria inimicitia, sed ex  
alio capite. Hæc *Hurtadus*. Hoc ultimum ego  
intelligo, tales tantùm excusari à peccato scandali,  
quatenus faciunt inimicum non advertere sibi ne-  
gari salutationem in signum inimicitia: à pecca-  
to autem odii interni salvari vix video: ad quid  
enim ita simulent ista, nisi ad occultandum odium  
suum? ergo de facto peccant peccato odii. Quod

si tamen ob causam aliam justam id facerent, lib-  
vari permitterem & ego, ne fors nova lis, vel ma-  
rioriatur.

25 IV. *Non item signa specialia per se loquendo  
tenemur exhibere inimico.* Nam supra jam dictum  
est, præcepto Charitatis affirmativo, per se loquendo,  
nullum obligari ad exercendum actum charitatis,  
amoris, vel benevolentiae erga proximum, præsertim  
inimicum, nec consequenter per se loquendo, ullus  
obligatur etiam externum aliquem actum, signum vel  
beneficium specialia charitatis, vel benevolentiae  
exhibere inimico, g. inimicum ægrotum invisere,  
mœstum consolari, egenti succurrere, pecunias mutuare,  
hospitio, vel convivio excipere, ad familiare collo-  
quium admittere &c. hæc enim, & similia, cum  
nulli sint debita ex generali præcepto Charitatis,  
non potest ex eorum omissione inimicus præsumere  
actuale aliquod tuum odium, aversionem, vel  
vindictæ affectum. Communis *DD. cum S. Thoma*  
*2. 2. q. 83. art. 8.* Dico autem, *per se loquendo*:  
Per accidens enim sæpius obligamur inimico  
exhibere signa aliqua, vel beneficia specialia chari-  
tatis: 1. Quando ipse inimicus veniam petit, am-  
icitiæ salutem, alloquitur &c. tunc enim teneris ad  
conciliationem, adeoque speciale signum charitatis  
exhibendum, ut sentiat amicitiam redintegratam  
esse. Communis cum *S. Thoma cit. 2.* In quavis cir-  
cumstantia, vel gravi necessitate corporali, vel spiri-  
tuali cuivis quantumvis inimico, in defectu  
saltem aliorum, specialia beneficia Charitatis  
exhibere

exhibenda sunt juxta exigentiam necessitatis, juxta illud Proverb. 25. *Si esurierit inimicus tuus, tibi illum, si sitierit, potum da illi.* Ratione scandali vitandi: utpotè si negando signa charitatis inimico specialia, quæ astea exhibere solitus erat, majus in te hominis odium, vel inimicitiam concites, vel alios etiam advertentes scandalizes.

4. Quando exhibitione ejusmodi signi, vel beneficii specialis charitatis animum inimici tibi, ac principaliter DEO facilius reconciliandum speras, vel alias salutem spiritualem inimici proventuram. Sic *Azorius*, & alii cum *Layman. lib. 2. tract. 3. c. 4. n. 5. §. Dixi autem.* Ubi ex *Navarro* addit

etiam teneri aliquem ad specialia signa, vel beneficia charitatis exhibenda inimico, quando id necessarium existimat ad depellendum, vel superandum suum proprium odium, quod in hominem gerit.

Adde insuper: Quoties signa illa specialia charitatis omittere evaderet signum speciale odii, vel inimicitiae: ut si omnes cognatos, vel vicinos ad nuptias, vel convivium invites, omisso solum inimico: si pro omnibus hujus urbis incolis oves, omnibus pauperibus hujus loci elemosynam de proprio, vel alieno legato distribuas &c. & inter hos repertum solum inimicum excludas &c. jam in his circumstantiis exhibes illi speciale signum odii, ac inimicitiae, quod ille facile advertens in reciproco odio, & inimicitia obfirmatur, novo tuo, gravi scandali peccato, uti ex *Suar. Valentia, Coninch*, rectè notat *Tamb. lib. 6. Decal. c. 1. §. 2. n. 17.*

Omnia hactenùs dicta quoad obligationem  
 Etia sunt: interim certissimum manet excellen-  
 simæ Charitatis, & maximæ perfectionis Chri-  
 stianæ esse inimicis omni eventu bene velle, & non  
 nefacere; hoc enim saltem, & seriò con-  
 Christus Matth. 5. *Diligite inimicos vestros, & non*  
*nefacite his, qui oderunt vos: & orate pro per-*  
*quentibus, & calumniantibus vos; ut sitis filii*  
*ris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum facit*  
*viri super malos, & bonos, & pluit super iustos,*  
*injustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligitis,*  
*quam mercedem habebitis? Nonne & publicani*  
*hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros,*  
*tantùm, quid ampliùs facitis? Nonne & Ebraei*  
*hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut*  
*Pater vester cœlestis perfectus est. Denique*  
*est ut alibi dicitur, carbones ignitos super caput*  
*inimici congerere, quibus aut emolitus, aut*  
*deponat, aut induratus inexcusabilis fiat. Sed*  
*pergant Concionatores; simul & Confessarii*  
*modi efficacia admonita pœnitentibus incultata*  
*in promptu habeant.*

## §. IV.

*Secùs faciendo peccabit pro ratione intentionis in-*  
*terna vel significationis externa offensiva*  
*inimici.*

26 **A**D dignoscendum ergo denique quale  
 quantum peccatum sit negare inimico  
 charitatis communia exhiberi debita in  
 casu: duo hæc acuratè consideranda, & distinguen-  
 da sunt: scilicet *intentione interna*, ex qua

hunc, & significatio externa offensiva inimici, quatenus scilicet talia significant odium, aversionem, vel vindictam in inimicum, unde is merito in offensa, inimicitia, ac peccato confirmatur,

Quoad intentionem internam, ex dictis Sect. 1. de Odio, ita distinguendum est: I. Si quis inimicum salutare, alloqui &c. nolit ex odio abominationis, seu contemptu ipsius personæ, ut eum velut indignum suo alloquio, salutatione privet, idque delibetate, mortale peccatum est. inexcusabiliter, juxta dicta §. 2. II. Si agas, ex odio inimicitia, ut sic eum tuo alloquio, vel salutatione velut solatio privando eum affligas, contristes, irridias, & verbo, ut sic ei per hoc male sit, iterum mortale est ex genere suo, nisi parvitas materiae excuset, juxta dicta *ibid.* §. 3. III. Si ita agas ex odio abominationis qualitatis tantum, actus erit indifferens, malus aut bonus, prout qualitas odita indifferens bona, aut mala erit; ut si fugias inimicum, quia tibi molestus esse solet, rixosus, punitivus, aut distortis moribus est, secluso alio malo affectu, actus erit indifferens. Si fugias, quia enormis peccator, hæreticus, excommunicatus est, actus est bonus. Si fugias, quia te sanctior, vel melior est, actus erit malus, ad invidiam spectans, juxta dicta *ibid.* §. 1. IV. Denique: Si ita agas, ut in te vel in altero evites occasionem novæ rixæ, rancoris, vel alterius mali: actus erit Charitatis, & Prudentiæ: itémque si alia justa causa excusans accedat, juxta dicta supra §. 2. & 3.

Quoad significationem externam tria considera-

Y. A.

randa

randam sunt 1. Antialia agere, vel omittenda  
 ra significant internum odium, & inimicitiam  
 ta dicta §. *preced.* 2. An inimicus adverte  
 An etiam sentiat, seu curet, ægrè ferat, & inde  
 fendatur, ac scandalizetur, sicque inimicitia  
 metur multum, vel parum? 4. Denique, pro  
 tione scandali, seu offensæ inimici gravi, vel  
 mensuranda erit gravitas, vel levitas peccati  
 si enim multum in te offendatur inimicus, &  
 inimicitia obfirmetur, mortale erit: sin parum  
 vel nihil curet, non erit plus, quam veniale, quod  
 tum est ex hoc secundo capite. Atque ex aliis  
 resolvendi sunt

*Casus varii.*

27 **P**eccant mortaliter contra Charitatem pro  
 mi sequentes. 1. Qui orans pro omnibus  
 solum inimicum quemdam excluderet positive  
 que maxime in Oratione Dominica, in Oratione  
 nibus communibus Ecclesiæ, in Sacrificio Mis  
 sæ &c. Ratio abundè patet ex dictis. Secus  
 tantum negativè excludat, ejus scilicet actum  
 recordando. 2. Qui eleemosynas, sive legem  
 in omnes civitatis pauperes distribuens, solos  
 micos arceret, cum tamen eleemosyna sufficiat  
 Secus si non sufficiat omnibus, tunc enim sine  
 pa amicos, vel non amicos præferret: quia  
 præterire inimicos, non esset signum positivæ  
 micitiæ, sed tantum ad summum non amicitiam,  
 nulli deberetur. 3. Qui cognatos omnes ad con  
 vium v. g. vocans, solos excludit inimicos: iis enim  
 circumstantiis negare signum speciale amicitiam



vel charitatis, sit manifestum, & speciale signum inimicitiae, & odii, ut jam supra notatum. 4. Qui alius solitus quosvis sibi notos in Civitate, Monasterio in domo sibi occurrentes salutare, vel alloqui, inimico tantum salutationem vel alloquium negaret. Item qui tribus occurrentibus, & duobus salutatis, solum tertium, qui inimicus est, non salutaret: ita tamen, ut appareat, eum ita facere ex odio, & non ex inadvertentia, distractione, vel speciali negotio. Hi, inquam, & similes peccant mortaliter, quia praedicta, & similia in talibus circumstantiis sunt signa charitatis communia, eaque inimico specialiter denegare, est signum actualis odii, aversionis, vindictae in proximum; ideoque peccatum mortale, plerumque duplex, & ratione odii, si adsit: & ratione scandali & offensae novae in inimicum, juxta jam satis dicta. Sed hic utiliter discutiemus aliquos casus particulares, in praxi frequentissimos in gratiam simpliciorum.

I. Occurrere inimico.

Sunt qui abhorrent occurrere inimico, ut eos vel à longè conspecto in via, platea, ambitu aliorum declinent, vel retrocedant; domum, conventum, convivium &c. ubi ipse degit, accedere nolint: idque deliberatè & ex proposito. Peccantne mortaliter, quantum ad significationem externam odii, & peccatò scandali? Responsio ex dictis est facilis. Si enim inimicus advertat id sui fugiendi causâ fieri, & ut par est, graviter sentiat, sine dubio peccatum mortale est: quia sic fugere

gere inimicum advertentem, manifestum est  
 num odii, & inimicitia. Secus dicendum,  
 id inimicus vel omninò non advertat, vel non  
 advertat id fieri sui causâ, utpote, quia astute  
 mulas, te ob aliud negotium subito occurrens,  
 ab alio vacatum declinare vel retrocedere: vel  
 tem non advertat, te inimicitia causâ fugere,  
 ob aliam causam, v. g. ne exigat debitum &c.  
 denique etsi advertat, id inimicitia causâ fieri,  
 tamen parùm vel nihil curat. Sic enim gra-  
 non delinques, quantum est ex hoc secundo  
 te, significatione externa.

*II. Salutare inimicum.*

29 **C**ommunissimum est inimicitias gerenti  
 nolle, vel non posse salutare inimicum. Quod  
 ad intentionem internam odii satis patet. Quod  
 significationem autem externam odii, peccant  
 semper mortaliter peccato scandali? *Resolutio*  
*prima:* Per se loquendo, & regulariter non peccant  
 ex hoc capite; cum enim nulla sit obligatio  
 salutandi obvios quosvis, salutationis ommissio  
 est per se signum odii, vel inimicitia; nec per se  
 excitat inimicum ad odio habendum non salu-  
 tem; idque maximè verum est, si tu mortuus  
 homo vix unquam obvios salutare soleas. *Secunda*  
 Peccant ergo solum non salutantes inimicum in  
 iis circumstantiis, ex quibus meritò colligitur  
 te nunc omittere, salutationem ex odio, vel  
 dicta propter injuriam acceptam: utpote, si  
 teà illum semper solitus eras salutare: nunc con-  
 tra morem, post acceptam injuriam, vel rixam  
 factam

factam, à salutatione abstineas: & maximè si al-  
 ter sit tuus Superior, consanguineus, domesticus,  
 vicinus &c. Item, si occurrentibus pluribus, in-  
 ter quos est inimicus, omnes salutes, excepto ini-  
 mico. Item, si ultra salutationem omissam, ocu-  
 lis præter solitum morem torvis inimicum aspicias,  
 aut insolito vastu pileum capiti imprimas; & sic  
 de similibus. Quia sic sine dubio homini cau-  
 sam novæ offensæ promoves. Verùm huc refe-  
 rendæ sunt etiam exceptiones, & excusationes su-  
 præ positæ §. 3. n. 23, & 24. Et speciatim huc  
 faciunt verba *Hurtadi ibid. n. 24.*

*Casus Specialis.*

**D**uo Religiosi cujusdam rixæ causâ se intra 30  
 Monasterium non salutant, nec alloquun-  
 tur, cum tamen antea se salutare, & passim alloqui  
 consueverunt, peccantne mortaliter? *R.* Ita sanè:  
 Quia par est scandalum & ipsis invicem, & aliis  
 Religiosis. Possent tamen excusari à mortali ex  
 hoc capite; tum ex parvitate moræ, ut si pauculis  
 diebus salutationem, vel alloquium intermittant,  
 juxta jam supra dicta; tum etiam ex levitate rixæ  
 aliis cognita, unà cum sua probata virtute; nam si  
 aliis cognita sit eorum bona conscientia, & rixæ,  
 vel ejus causa levis fuerit, meritò judicabuntur  
 non ex odio gravi, sed ex levi tantum passione, vel  
 in significationem accepti gravaminis salutatio-  
 nem, vel alloquium omittere, præsertim parvo  
 tempore. Eadèmq; est ratio de aliis sæculari-  
 bus præsertim domesticis, vel sibi conjunctis, ut  
 cum aliis notat *Tamb. lib. 5. c. I. §. 3. n. 13.* Sed  
 dixi:

dixi: *Quantum est ex hoc capite*: scilicet ex  
significatione odii, vel scandali. Nam ex alio  
capite intentionis internæ peccatum odii jam ex  
dere, sanè periculosum hîc est.

*III. Resalutare inimicum.*

31 **R***esolutio.* Inimicum, te amicè salutantem  
non resalutare, vel pro salute, amore patriæ  
gratias agere, per se loquendo, utique mortale est  
*secundum omnes.* Quia positâ inimicitâ, om-  
sio resalutationis non solùm imputatur inurba-  
tati, sed manifestissimo odio; & quodnam  
dentius odii signum esse posset, quàm salutem  
resalutatione, vel gratiarum actione non dignari.  
Excipiendum tamen rursus: nisi ex concurren-  
circumstantiæ personarum, ut ommissio resalutatio-  
nis non odio, sed alteri causæ imputaretur: ut  
ita animo distractum te simules, ut verè videns  
salutationem non advertisse, vel non audivisse.  
salutans longè sit te inferior, ut ommissio resaluta-  
tionis imputetur non odio, sed reputationi, ut  
ajunt, vel fortè veriùs, superbiæ: si sis superior,  
& in justam vindictam resalutationem, vel re-  
sponsum neges: si ita facias non ex odio aliquo,  
sed ad justum dolorem exprimendum ob accep-  
tam injuriam, præsertim recentem, & nondum  
satisfactam, juxta supra dicta n. 29. & 31.

*Casus specialis.*

32 **N**obilis Matrona, cui parisi nobilitatis  
consanguineum occiderat, quæsit, an  
neatur illum salutantem resalutare, more patriæ  
corpus genibus inclinando? *¶* Consulendum  
quidem

quidem omnimodis, quòd sic: at in rigore certe non obligatur saltem sub mortali, seclusò verò odio internò. In Matrona enim, vel muliere, cuius non est vindictam sumere de injuriis, ordinariè illa denegatio resalutationis, non est signù odii, sed sensus iusti doloris, vel fastus muliebris, vel quid simile. *In rigore*, inquam: ego certè omnibus modis inducerem ad sic faciendum, ob maximum periculum veri odii interni.

IV. *Alloqui vel colloqui inimico.*

Fieri solet, ut inimicitias gerentes, inimicum quidem more communi salutent, & resalutent, de cætero tamen alloqui, vel colloqui omnino nolunt: peccantne mortaliter, quantum est ex hoc capite significationis externi odii?

*Resolutio.* Per se non peccant. Quia inimicum non alloqui, vel ei colloqui nolle, per se signum odii non est, cum non omni proximo debita colloquendi familiaritas. Quòd si tamen ante inimicitiam cum illo familiariter colloqui consueveras, obligaberis te jam à colloquendo non subtrahere, jam enim nolle colloqui, evaderet signum novi odii, ac inimicitiae, ut de se patet. Idemque est, quoties concurrunt ejusmodi circumstantiae, ut non alloqui, vel colloqui nolle reputetur signum odii, iisdem nimirum modis supra positis.

*casu 2. De non salutante n. 29.* Quibus adde, ut apud omnes certum: Si inimico colloquenti, vel interroganti non respondeas, non posse te excusari à mortali: nisi excusarent te aliae causae modo supra positae *casu 3. De non resalutante n. 31.*

*Casus*

*Casus specialis.*

34 **I**N Monasterio Monialium duæ ex illis post  
 xam profitebantur publicè omnibus audien-  
 bus per multos annos non velle invicem colloqui  
 & defacto longo tempore non colloquebantur.  
 Dubitavit earum Confessarius, an eæ in statu mor-  
 talis peccati versarentur, & idcirco obstinate  
 perseverantibus absolutio Sacramentalis, &  
 Communio deneganda sit, nec ne? Et. Omnia  
 quod sic: saltem, quando causæ rixæ, vel ipsa  
 gravis fuit. Quia eo casu cessatio loquendi per  
 tum tempus, vel tot annos merito præsumitur  
 odio gravi proficisci. Quod si tamen causa rixæ  
 ipsaque rixa levis fuit, quantum ex est hoc  
 significationis, odii ac scandali, poterit omisso  
 quendi à mortali excusari, & veniale reputari.  
 Quia tunc, maximè in fœminis, iisque aliquando  
 timoratis, non præsumitur oriri ex odio gravi  
 sed ex naturali passione muliebri; quamvis iterum  
 ex alio capite, scilicet veri odii interni, vel  
 temptus, maximè possit esse mortale. Ideo  
 talem saltem post unam & alteram septimanam  
 adhuc recusantem colloqui, non absolverem. Quo-  
 re omnimodis id dissuadendum est omnibus, præ-  
 sertim personis Religiosis ad perfectionem chari-  
 tatis tendere obligatis. Unde benè *Tamb. cit. n. 28.*  
 monet Confessarios, ut pœnitentes in domo  
 maximè simul conviventes, ut prodigi sine in-  
 hibendis signis charitatis, & amicitiae; id enim  
 reddit nos amabiles, sicut opposita morositas red-  
 dit nos odibiles hominibus, Angelis, & DEO.

Casus mixtus ex precedentibus.

Quæsit bonus vir, an teneatur salutare, in mensa propinare, vel aliàs more solito alloqui inimicum, quem tamen certò scit, vel prævidet non resalutaturum, non gratias acturum, non responsurum sibi esse? Certè quæstio difficilis. Quòd si tamen id omninò certè moraliter scias, utpote aliquoties expertus, vel ex inimici illius asseveratione, non audeo te obligare cum *Tamb. supra cit. n. 25.* Quia tunc sibi debet imputare inimicus, qui ita se gerit erga te, ut certitudinem moralem habeas tibi salutanti, propinanti, vel alloquenti non responsurum. Deinde, denuò salutans, propinans, vel alloquens exponeres te periculo gravius irascendi, vel invehendi in inimicum non respondentem. Contra verò, si prævideas ex tua iterata gratuita salutatione, propinatione, vel allocutione fore, ut inimicus emolitus odium deponat, & emendetur, utique obligaberis ex Charitate, si tamen sine nimis magna molestia & difficultate possis. *Rario:* quia bonum spirituale proximi (uti est in proposito depositio odii) tenemur ex Charitate procurare, etiam cum aliquali nostro, non tamen cum magno incommodo, vel difficultate, quia eo casu, proximus non est in vera necessitate, sed in malitia potius voluntaria.

At quid si dubites, utrùm inimicus tuus eo casu tibi responsurus sit, nec ne? Aut si timeas, fortè non responsurum, & sic te magis de novo exacerbandum fore, idque post Confessionem die Communio

munionis? *ꝛ.* Omnino urgendus es, saltem amice salutando, vel alloquendo inimicum exoriri, id enim Charitas suadet. Et, siquidem amice respondeat, lucratus es inimicum tuum, minus tuo solatio: si secus, deinceps excusaberis, per ta prædicta.

### SECTIO III.

#### *Modus & Regule reconciliationis cum inimicis.*

#### SUMMARIUM.

36. *Ex Regula I. à D. Chrysoft. data pro reconciliatione cum inimico à te offenso: sunt hæc notanda.*
37. *Si inimicitia fuit tantum interna, requiritur tantum interna solum reconciliatio:*
38. *II. Si verò ex inimicitia alterum læssi exteriori verbo, vel factò, teneberis ad reconciliationem que externam.*
39. *III. Veniam verò petere ab inimico læso vel offenso tunc solum necesse est, quando aliud remedium, vel modus commodus non occurrit.*
40. *IV. E duobus mutuo se offendentibus, vel inimicis, etis, reconciliationem petere, vel procurare debet prius ille, qui prius, vel gravius offendit.*
41. *Regula II. inimico te offendenti, quantumlibet offensus vel læsus sis, teneris sub mortali*
42. *I. Ad veram & sinceram reconciliationem.*
43. *II. Internam simul, & externam.*
44. *III. Si is veniam petat. Non tamen statim, sed oportune.*
45. *IV. Ac salvâ justitiâ, & jure tuo.*
46. *Regula III. Quando quis ulterius teneatur se cum inimico reconciliare?*
47. *Regula IV. pro Confessariis inimicorum an, & quando eos absolvere possint.*



REGULA I.

Pro reconciliatione cum inimico à te offenso.

**R**egula optimè traditur à D. Joan. Chrylосто-  
mo seu Authore Operis imperfecti in Mat-  
thai cap. II. his verbis : *Qualis precessit offenso,*  
*ralis debet esse reconciliatio : si cogitatu offendisti,*  
*cogitatu reconciliare : Si verbis offendisti, verbis*  
*reconciliare : Si operibus offendisti, operibus re-*  
*conciliare ; omne enim peccatum, quo modo com-*  
*mittitur, eodem modo de ipso pœnitentia agitur.*  
Hæc ille sanctè. Ex quibus deduco breves reso-  
lutiones particulares.

I. Inimicitia interna tantum, quâ quis solum  
interno odio, rancore, malevolentia alteri offen-  
sus fuit, solum requirit reconciliationem inter-  
nam, ut quis ex corde omnem rancorem deponat,  
elicitu contrario actu amoris, & benevolentia in  
proximum. Ratio patet : Quia reconciliatio nil  
aliud est, quàm amoris, & amicitia reparatio : si  
ergo solo corde amorem, & amicitiam in proxi-  
mum dissipasti, non facta ulla læsione externa, non  
nisi solo corde reparare teneris. Atque idem dicen-  
dum de eo, qui alteri inimicus factus est solum,  
quia ab eo læsus fuit, ut per se patet. Et pulchre  
docet D. Augustinus lib. I. de ferm. Domini in  
monte. *Si ille nos læserit, non opus est pergere ad*  
*reconciliationem : non enim veniam postulabis ab*  
*eo, qui tibi fecit injuriam : sed tantum dimittas,*  
*sicut tibi à Domino dimitti cupis, quòd ipse com-*  
*miseris.* Hæc Sanctus Augustinus. Actus ta-  
men heroicus Charitatis, & summè meritorius  
THEOL. MORAL. PARS II. Z foret;

foret, magnorum Sanctorum exemplo, eo etiam ab offendente reconciliationem procurare vel veniam petere. Lege vitam mirabilem *Joannis Eleemosinarii.*


38 II. Qui ex inimicitia alterum læsit externo signo, verbo, vel facto, offensam, injuriam, & damnum intulit, idque alterum sentire novit, tenetur ex Charitate ad reconciliationem extorqueri, ut nimirum, quantum commodè potest, per se vel per alium signo, verbo, vel facto ab ipso veniam, & remissionem offensæ postulet. *Omnia* Et notant DD. communiter in illa verba *Charitatis Si offers munus tuum &c.* Ratio jam dicta est. *D. Chrysostomo:* Quia qua ratione Charitas constructa est, eadem reparari debet. Deinde actus obligatio justitiæ, etiam ad satisfactionem injuriæ, & restitutionem damni, nisi alter gratiam mittat. Sed dixi: *Quantum commodè potest.* Nemo enim tenetur ad reconciliationem hanc extorqueri cum inimico offenso cum gravi, vel gravissimo incommodo suo, quam fuerit læsio illata primo, uti esset gravis infamia, si læsio hostilis esset occulta. Item si læsus sit absens, nec fieri conveniri possit. Item si præsumas prudenter quod oblata à te reconciliatione, & satisfactio pro parte tua, alter non sit correspondens; non enim titulo compensationis retinere quasi in depositum, satisfactionem poteris, quousque videtur alterum paratum satisfacere, & debitum exhibere, ait *Castropal. tom. 1. t. 6. disp. 1. p. 8. n. 12. apud Tambur. cit. n. 24.*

III. Veniam humiliter petere ab inimico offenso, vel læso, tunc solum necessarium est, quando & gravis fuit læsio, & aliud remedium adhiberi ad reconciliationem, vel non potest, vel omnibus prudenter consideratis, non convenit; Ut pote si læsus ita rationabiliter petat: si Judex, vel Superior ita decernat: si alicubi sic moris sit, ut in sacris Religionibus. Item si læsus sit Superior, Pater, Prælati, maritus, Dominus, tunc enim filius, subditus, uxor, servus, in gravioribus offensis vel injuriis ordinariè veniam petere debebunt: quia aliud reconciliationis medium vel non habent, vel non acceptatur.

Non ergo necessaria est ejusmodi petitio veniæ  
1. Quoties aliam æquivalentem satisfactionem æque gratam offendens exhibet: utpote per specialia amicitia signa, & officia per præventionem in honore, per pecuniam mutuam, aliave beneficia per amicorum interventionem &c. 2. Quoties injuriæ inter inimicos factæ invicem se compensant; neuter quidem tenetur veniam petere, quod pœnam sapit: uterque tamen tenetur aliis charitatis, & amicitia signis reconciliationem procurare. 3. Quando læsus petitionem veniæ, vel reconciliationis non curaturus, aut inde magis irritandus creditur, ut in simili superius dictum, quo spectat expectatio commodi temporis, quo interim ira deservat, & reconciliatio sperari, ac suaviori modo impetrari possit, ut in simili dicam Regula sequenti, 4. Quando lædens est Superior eximius, ut non conveniat à subdito veniam petere

tere propter diminutionem authoritatis: tenent  
tamen, & facillimè potest aliis beneficii signis, &  
argumentis subditi læsi animum reconciliare, &  
scandalum impedire, *secundùm Omnes.* Esque  
media in promptu sunt.

40<sup>o</sup> IV. Quid si duo mutuo se offenderunt, & ini-  
mici facti sunt: quisnam prius tenebitur recon-  
ciliationem petere, & procurare, alterum allo-  
qui, salutare &c. aut si opus sit, veniam petere  
&c. ille utique, qui vel prius, vel gravius offen-  
dit; & vix contingit hic ambos esse pares; &  
enim injuriæ sunt æquales; & tunc tenebitur, qui  
prior offendit, vel prior causa rixæ exitit: aut in-  
juriæ sunt inæquales; & tunc tenebitur, qui gra-  
vius offendit, etiamsi posterius. Quod si ta-  
men contingeret injurias censi moraliter ita pe-  
res, & simultaneas, ut non videatur major ratio  
quòd potius unus incipiat, quàm alter, tunc utri-  
que æquè incumbet, data occasione inchoare re-  
conciliationem, salutationem, alloquium &c. in-  
si contingat uni potius, quàm alteri competeret  
inchoare sermonem secundùm mores patriæ, vel  
aliam circumstantiam. Sic inter æquales etiam  
incumbit prius salutare, & alloqui, qui coram alio  
stante, vel sedente transit, vel de novo accedit,  
vel qui aliquid vult petere, quàm illi, qui stat, &  
det, vel rogandus est. Sed hæc relinquun-  
tur judicio prudentis.



REGULA II.

Pro reconciliatione cum inimico, qui te offendit.

**O**Mnis inimicus alteri, à quo quantumlibet<sup>41</sup> offensus, vel læsus fuit, tenetur sub mortali ad veram, & sinceram reconciliationem internam, simul & externam, illi veniam petenti, oportune tamen, ac salvâ justitiâ, & jure suo. Hanc iterum docet Christus Matth. 6. *Si enim non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester caelestis dimittet peccata vestra:* & alibi post narratam parabolam de servo nequam, & crudeli, qui post dimissâ sibi à Rege decem millia talentorum, suo confervo noluit dimittere centum denarios, & ideò ad carcères damnatò, donec reddat novissimum quadrantem; concludit Christus: *scilicet Pater vester caelestis faciet vobis, si non dimiseritis unusquisque proximo suo de cordibus vestris.* Jam Regulam breviter explico.

1. Tenetur ad veram, & sinceram reconcilia-<sup>42</sup> tionem internam; prout significat Christus verbis modò citatis. Hæc duo requirit. *Unum* velut negativum; ut scilicet ex animo remittat offensam, deponendo omne odium, rancorem, pravum affectum, malevolentiam, vindictæ injustæ appetitum, ut nimirum nolit vindicare per se ipsum, aut aliundè vindicare injustè: & uno verbo: ut non velit ei ullum malum spirituale, vel corporale justum, vel injustum inferendum: Quod quidem omni inimico, etiam in inimicitia perseveranti debitum est, ut jam superiùs dictum. *Alie-*

rum positivum, ut scilicet exercent actum positivum charitatis, amoris, & benevolentiae erga ipsum, quo velit ipsi omnia vera, & salutaria bona, & uno verbo, eadem quæ sibi ipsi, juxta regulam magni mandati, *sicut te ipsum*. Ratio utriusque patet. Quia vera, & sincera reconciliatio, seu amicitiae destructæ reparatio, necessario requirit abolitionem odii, & positionem novi amoris. Excluduntur ergo reconciliações non veræ, & sinceræ, sed falsæ, & fucatæ: dum vel foris tantum reconciliatio simulatur, intus verò odium, malevolentia, vindicta retinetur: vel simulant se libenter velle remittere, & reconciliare, interim vanè fingunt, & prætendunt causas, quibus odium, & malitiam justè probant: manent hi in statu peccati mortalis inimicitiae: nam qui tam stricte præcipit reconciliaçãoem cum inimico, **DEUS**, non irridetur.

43 II. *Internam simul & externam.* Necessarium mirum est, ut offensus inimico veniam petenti hanc suam internam reconciliaçãoem, ac remissionem odii, & offensæ exterius ostendat, non tantum exhibendo signa charitatis communia (quæ prope inimico etiam in inimicitia perseveranti debentur), sed etiam signum aliquod speciale verbo, vel factu, quo illi intelligat peripicue, te inimicitiam deposuisse, & amicitiam redintegratam esse, juxta dicta §. 2. & 3. Quare veniam petenti nolle dare, & negare signa aliqua, quibus te inimicitiam deposuisse significes, interæquales saltè, nimis aperta odii petenti, & obfirmati demonstratio esset, & sine dubio peccat

peccatum mortale. Solus Superior offensus potest subito reo veniam, seu reconciliationem externam negare, vel differre potius, ut is delicto magis agnito emendetur, vel justè puniatur. Neque enim id tunc est signum odii, sed potius amoris, utpote ad emendationem conducens. Verùm hìc multà prudentià, & discretione opus est, ne plus æquò subditus exacerbetur, & ipse Superior de affectu odii facilè convincatur, quod prætexebat se bono fine facere, utpote si ad longum tempus, præsertim sapiùs humiliter petenti subito veniam dare negaret. Ut ex communi rectè notant Laym. *lib. 2. tract. 3. c. 4. n. 4. Filliucius, Sylvius, Bonacina* alii cum Baslæo *verb. Caritas n. 14.*

*III. Veniam petenti, oportune tamen:* Nam in-44 primis offensus utique per se non tenetur ad reconciliationem externam, nisi inimicus offensus petat. Deinde non est coarctandus offensus, ut statim post injuriam illatam, atrocem præsertim, petenti veniam dare teneatur; est enim supra humanam fragilitatem, & res violenta recenti vulnere, necdum sedatâ animi perturbatione offensum cogere ad positivam reconciliationem faciendam: sufficiens ergo, & opportunum tempus prudentis judicio exspectetur: intereà sufficet ipsi offenso se negativè habere, deliberatum odium, ac malevolentiam seu vindictam injustam excludendo, qua ratione tunc dilatio reconciliationis non erit signum odii, sed potius indicium infirmitatis humanæ. Ut ex communi notat Tamb.

*tit. §. 3. n. 22.*

Z 4

IV. Ac

45 **IV.** *Ac salvâ justitiâ, & jure suo.* Quia nullus tenetur diligere inimicum ultra terminos justitiæ & charitatis erga seipsum: adeoque nullus tenetur remittere inimico jus suum ad sibi satisfaciendum, vel compensandum pro injuria, vel damno illato, juxta latè dicta §. 2. Quod si ergo inimicus à te offensus veniam quidem petat, atque debitam satisfactionem non offerat, cum tamen possit, & deberet eam exhibere, teneberis quidem ostendere, te odium in animo nequaquam fore, & offensam remittere, interim tamen satisfactionem debitam exigere intra, vel extra judicium, si re potes, & eousque reconciliationem differre, quia rem tibi debitam postulas: & si alter ex parte de offensu odium, ac inimicitiam innovet, non tibi, sed sibi ipsi imputet, qui satisfactionem, quam postulat, & deberet dare, (v. g. revocationem calumniam, restitutionem famæ, vel honoris) merito negat. At verò si satisfactionem debitam vel non possit dare, quia impossibilis est, v. g. pro homicidio, seu occisione filii, propinqui, vel amici tui; vel non debeat dare, quia excessiva, tenetur offensus petenti statim veniam dare, & amicitiæ respondere: alioquin merito judicatur in odio gratis velle perseverare, cum debeat suo adversarius ejus non desit.

## REGULA III.

*Pro reconciliationis tempore.*

46 **J**am habes unum tempus reconciliationis debitæ cum inimico, quando nimirum is optat tunc veniam petit; quando ergo ulterius? Quo



ticscunq̄ tenetur homo se reconciliare cum  
 Deo, aut vult facere opus meritorium apud  
 Deum, toties tenetur ad reconciliatiōem, sal-  
 tem internam cum proximo. *Omnes.* Ratio  
 manifesta est: Quia nullus potest reconciliari cum  
 Deo, vel mereri apud Deum, hoc est, aliquo ope-  
 re gratiam Dei consequi, vel augere, voluntariē  
 persistens in peccato mortali: atqui gerens ini-  
 micitiā cum proximo voluntariē persistit in pec-  
 cato mortali, nisi reconcilietur saltem interiūs o-  
 dium deponendo, & offensam remittendo, juxta  
 dicta suis locis: ergo &c. Est ergo inimicitia  
 voluntariē continuata absque reconciliatiōe sal-  
 tem interna, & cum opus est, etiam externa, unum  
 continuum peccatum mortale, secundū omnes.  
 Clarum ex Scriptura. Nam Apostolus ad *Galat.*  
 s. inter opera carnis, & peccata mortalia gravis-  
 sima numerat inimicitias, dicens: *Manifesta*  
*sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immundi-*  
*cia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus,*  
*veneficia, inimicitia, contentiones &c. quae*  
*predico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia*  
*agunt, Regnum DEI non consequentur.* Hæc  
 Apostolus. Exclusio autem à Regno Dei certis-  
 sima est nota peccati mortalis. Et ratio clara est:  
 Quia inimicitia nil aliud est; quam odium conti-  
 nuatum, continua aversio, indignatio, malevolen-  
 tia adversus proximum, non quidem continuē a-  
 ctualiter, & formaliter, quasi quis inimicus alteri  
 continuo actuali odio alterum aversetur, eique ma-  
 le velit, quod fieri nequit; sed continuō habituali-  
 ter.

ter, & dispositivè, sic ut inimicus alteri ita habitum  
liter dispositus, & ab illo aversus sit, ut quodvis  
currit ejus memoria, aspectus, mentio, semper  
excretur, eique malè velit; adeò ut gravis sit  
ad videndum & gravior ad colloquendum, ab  
amaritudine vix de eo cogitare, vel loquentem  
eo audire possit &c. Atqui omne odium volun-  
tariè retentum contra proximum est peccatum  
mortale: ergo inimicitia voluntariè continua  
non erit, nisi unum peccatum continuum mortale;  
nimirum nisi formaliter, vel materialiter  
terrumpatur, prout in simili explicatum habet  
peccato injustæ detentionis rei alienæ. Dicitur  
ergo hoc supposito;

I. Quoties quis tenetur ad contritionem, vel  
attritionem, utpote in susceptione, vel adminis-  
tratione Sacramentorum, in articulo mortis &c.  
sub mortali etiam tenetur interiùs saltem recon-  
ciliari proximo, odium deponendo, eique bene-  
lendo, juxta dicta regulæ. Et docet perspicue  
ipse Christus *Matth. 6. Si enim dimiseritis su-  
per se autem non dimiseritis &c.*

II. Quotiescunque quis vult exercere opus  
meritorium, v. g. orare, jejunare, elemosinam  
dare, Sacrum audire, vel Sacrificium pro se  
liter offerri &c. ut opus ei meritorium sit, tenetur  
prius reconciliari proximo. Est rursum aperta  
doctrina Christi *Matth. 5. Si offers munus tuum  
ad Altare (de omni opere bono Deo grato, &  
meritorio eadem est ratio) & ibi recordatus fueris,  
quia frater tuus habet aliquid adversus te*

relinque ibi munus tuum ante Altare, vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. Sic Christus. Et optimè exponit D. Augustinus Serm. de verbis Domini in monte Matth. 5. Si absens est frater tuus, vade non pedibus corporis, sed animo humili te posterne in conspectu ejus, cui oblaturus es: si presens revocandus ad amorem, ab eo veniam petendo, si eum lassisti; vel si te lassit, dimittendo cordis rancorem. Hæc S. Pater, pauculis verbis omnem modum reconciliacionis concludens.

REGULA IV.

Pro Confessariis inimicorum.

Confessarius pœnitentem in inimicitia perseverantem, nolentem scilicet reconciliari proximo, ex animo odium, rancorem, vindictam injultam deponere: item nolentem signa charitatis communia exhibere proximo inimico juxta dicta Sect. preced. §. 3. absolvere non potest sub peccato sacrilegii tam ipsius Confessarii absolventis, quam pœnitentis absoluti. Est nimis certum: & Ratio clara est: Quia talis pœnitens actuali peccato odii, & inimicitiae pessimè dispositus obicitur formæ Gratiæ Sacramentali, ideoque falsificatur forma, & Sacramentum irritatur gravissimò sacrilegiò. At, quid judicandum de pœnitente, qui Confessario dicit, se omninò velle ignoscere, sed non posse oblivisci, non quidem odisse, non tamen posse aspicere, alloqui, salutare &c. Advertendum tales sæpè ita constitutos esse, non ex verò odio voluntario interno in proximum, sed

sed solum ex forti impressione phantastica, ma-  
me melancholicos, & colericos, qui injuria  
ptâ, in memoria impressa statim ad recorda-  
nem, ad conspectum, vel præsentiam inimici  
ventur ad motus amaritudinis, rancoris, accen-  
nis contra ipsum, sic ut ejusmodi motus vel  
veniant, vel perturbent rationem, & sæpe in ver-  
gestus, & signa atrocia erumpant, licet reveren-  
luntate non consentiant, quin etiam facti sibi præ-  
sentes, & advertentes motus suos, resistent  
trario actu amoris, & benevolentia ei bene-  
lint &c. Cùm his Confessario habenda præcau-  
tia, & cautè eis credendum, cùm dicunt, se ex  
nimo ignoscere inimico, non tamen posse obli-  
sci. Si tamen capaces sint, interrogandi sunt, quomodo  
liter non possint oblivisci? an solum quoad me-  
moriâ, & horrorem injuriæ acceptæ, vel in-  
volentiam? Si primum, credat Confessarius  
absolvat; si secundum, nequaquam.

Unde poenitentem talem rectè monet, & dicitur  
tur Joan. Sancijs *Select. disp. 2. n. 1. in fine*, quod  
quod experiaris te trepidare coram eo, qui te offen-  
dit, imò & expallescere, & cupere eum non vide-  
re, vel ut longè discedat; non statim putes te peccare,  
care, si ad malè illi desiderandum non procedas.  
illi enim motus sunt naturales, necessariò sequen-  
tes ex præsentia objecti apprehensi, ut sibi male  
sti; non verò actus voluntarii de malo alterius.

*Sic Sancijs apud Tamb. lib. 5. c. 1.*

n. 1.

SECTO

## SECTIO IV.

De reliquis peccatis contra Charitatem proximi.

Invidiâ, irâ, discordiâ, contentione.

## SUMMARIUM.

48. Invidia, quid, quale, & quantum peccatum?  
 49. Quid timor, prima invidia affectio?  
 50. Quid zelus, seu æmulatio, secunda invidia affectio?  
 51. Quid Nemesis, seu indignatio, tertia invidia affectio?  
 52. Ira, quid, quando, & quale sit peccatum?  
 53. Discordia, quid, quando, & quale sit peccatum?  
 54. Contentio, quid, quando, & quale sit peccatum?

## §. I.

## Invidia

**D**efinitur: odium aliena felicitatis. Tristitia de bono alieno inordinata. Sed clarissime ex D. Thoma 2. 2. q. 63. a. 1: Invidia est tristitia de bono alieno æstimato ab invidente ut malo proprio: quatenus scilicet minuit, & obscurat propriam invidentis excellentiam: quo, licet simillimum, & valdè annexum, tamen differt à peccato odii proximi. Odio enim quis malè vult proximo, gaudet de ejus malo, & consequenter etiam tristatur de ejus bono, sed absolute, & in ordine ad ipsum tantum proximum, quatenus nimirum proximi bonum est. Invidiâ autem solùm tristatur de bono proximi non absolute, sed in ordine ad ipsum tantum invidentem, quatenus nimirum invidus bonum proximi æstimat malum proprium. Est ergo invidia genuina proles superbia.

bia.

bia, cujus inordinatio consistit in hoc, quod  
ita inordinate amet, vel appetat sibi propriam  
excellenciam in bonis veris, vel fictis, ut nolit  
modi, vel similia bona inesse proximo suo:  
que, si videat ea proximo inesse, invidet, tristet  
ac velut ringitur amarulento affectu. Praeceptum  
D. Augustinus lib. 11. De Genesi ad litt. c. 11.

*Amando quisque excellentiam suam, vel parvam  
invidet, quod ei coaquentur: vel inferioribus,  
quod sibi coaquentur: vel superioribus, quod  
sibi coaquentur.* Haec Sanctus. Jam ad penitentiam  
ligendam malitiam hujus peccati frequentissimè  
gnaviter advertendum est.

I. Invidia peccaminosa, & mortaliter  
non consistit in tristitia de bono alieno ea pro  
ratione apprehenso, ut malo proprio, seu  
nuente propriam invidentis excellentiam; hoc  
enim per se malum non est, nam supra con  
mus, licitè nos posse gaudere de malo alieno  
cise apprehenso ut bono proprio: cur non  
tra similiter liceat tritari de bono alieno  
apprehenso, ut malo proprio: Plus ergo  
invidia peccaminosa, & in communissima  
tentia mortaliter mala. Itaque directè, sicut  
mus mox de ira (iram scilicet secundam se  
passionem indifferentem: iram inordinatam &  
cessivam in ipso motu tantum esse venialem  
genere suo: iram tandem inordinatam, & ex  
livam in appetitu vindictæ injustæ esse mortalem  
ex genere suo contra charitatem) ita planè  
dum: invidiam quatenus præcise est tristitia de

bono alieno, ut malo proprio apprehenso, esse passionem indifferentem, quippe, quæ etiam bona esse, & ad bonum finem dirigi possit: invidiam inordinatam in ipso motu solo excedentem, vel amaram nimis, de se esse venialem: invidiam denique inordinatam adversus proximum, quatenus nimirum procedit ad verum odium proximi, nocendo, & tristando ei inesse tale bonum, etiam ut ipsi bonum est, ei malum volendo, etiam ad insidias, detractones, aliave mala procedendo &c. omninò esse peccatum mortale, omnes fatentur. Et quia reverà in praxi talis solet esse invidia invidorum, ideò meritò

II. Invidia juxta communissimam sententiam est peccatum mortale ex genere suo, nimirum quatenus præfatò modò involvit odium proximi, & simpliciter non vult, dolet, & tristatur, tale bonum inesse proximo. Sic enim duplicem malitiam involvit: *Unam* contra charitatem proximi, ut palam est: *Alteram* specialem contra voluntatem Dei: cum enim voluntas Dei sit immediata causa distributionis bonorum, ac donorum omnium, voluntati Dei repugnare convincitur, qui invidet, vel tristatur de bono, vel dono à Deo dato proximo, ideòque peccat mortaliter, nisi imperfectio actus, & parvitas materiæ excuset. Imperfectio actus quidem: sunt enim quidam naturâ proni ad invidiam (quod etiam in brutis advertimus) adeòque facillè moventur ad invidiam in proximum; qui motus, si rationom omninò præveniant, culpâ vacabunt; si aliqualis semiplena tantum

tantum advertentia accedat, veniales evadunt, nam ut etiam advertit S. Thom. *cit. 4. 3.* contra aliquos primos motus invidiæ invenire quædam que etiam in viris perfectis, qui sunt peccata venialia. Similiter ob levitatem materia, proinde solum aliquod leve bonum, fortunam, lucrum, & invidere, non tamen animo invidendi etiam in peccata jora, vel quævis bona, non nisi veniale erit.

III. Invidiæ ergo peccati gravitas mensuratur est ex magnitudine boni corporalis, vel spiritualis, quod invidetur. Hinc omnium gravissima est invidiæ species, atque peccatum in Spiritum Sanctum, quod dicitur *fraterna charitatis invidia*, quâ scilicet ipsa bona spiritualia, ac dona Spiritus Sancti, atque adeo ipsam charitatem & gratiam Dei, virtutem ac sanctitatem proximo invidet, & inesse tristatur, quia nimirum illam propriam suam excellentiam minuere, sui vilipendium causare, aut certè vitam, & actus suos destruere, & condemnare videt, vel æstimat. Unde odium detractiones, temeraria judicicia, persecutiones bonorum, tandem & homicidia. Talis invidia mortifera Cain occidentis fratrem suum Abel: de quo 1. Joan. 3. *Hæc est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem ejus justa.* Simili invidia rabidi clamant Sap. 2. *Circumveniamus hominem justum, quoniam invidiam dissimilis est operibus nostris.* Gravitas



*Volit ad videndum, quoniam dissimilis est aliis  
viti illius. Vide S. Augustinum lib. 1. de serm.  
Domini in monte c. 43.*

IV. Invidia denique iure optimo computatur  
inter peccata capitalia: quippe plurimorum, &  
omnium ferè peccatorum contra proximum ca-  
put, & causa. Ejus à S. Gregorio l. 31. *Moral.*  
c. 17. quinque assignantur fãliã. 1. Odium, quod  
quis mala vult illi cui boni invidet. 2. Susurra-  
tio, quæ apud alios invidum reddere molitur eum,  
cui invidetur, adeoque amicitiam dissolvere. 3.  
Detractio, quã famam denigrat bonam, quam pro-  
ximo quis invidet. 4. Exultatio in adversis. 5. Af-  
flictio in prosperis proximi. Et hæc est pœna con-  
tinua invidi, quã suo livore tabelcit, ac velut ser-  
pentina mortificatione cor exedit. Psalm. IIII.  
*Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fre-  
met, & tabesceat, desiderium peccatorum peribit.*  
Et optimè D. Nazianzenus *orat.* 27. inquit: *So-  
lus in omnibus affectibus iniquissimus simul & a-  
quissimus, invidia est: iniquissimus, quia bonis  
omnibus adversus est: æquissimus, quia dominos  
suos exest & conficit.*

Advertendum tandem, hic invidiã perfimiles esse  
alias tres affectiones. Timoris, Zeli, & Nemesis,  
multum tamen differentes, prout optimè explicat  
S. Thomas 2. 2. q. 36. a. 2. Accipe compendium.

*Timor.*

**A**ffectus timoris est tristitiã de bono alterius, 49  
quatenus nobis, aliis, vel Reipublicæ no-  
xium est, vel esse prudenter judicatur (secluso  
THEOL. MORAL. PARS II. A a nimi-

nimirum iudicio temerario ) Et hæc affectio  
 se bona, & licita est: scilicet enim boni tristatur  
 de prosperitate, divitiis, potentiâ, dignitate imp  
 rum, quatenus iis abutentes nobis, proximis, Reip  
 publicæ, vel Ecclesiæ nexii sunt, aut damna int  
 runt. Quâ ratione D. Gregor. lib. 22. Moralium  
 6. dixit: *Evenire plerumque solet, ut non amant  
 charitate, & inimici in ruina latifcet, ut  
 sum eius gloria sine invidia culpa contrister:  
 & ruente eo quosdam bene erigi credimus, & pro  
 ciente illo, pleròsque injustè opprimi formidamus.*  
 Hæc S. Doctor. Sic licitè tristamur de doctrinæ  
 eloquentia, dexteritate hæretici, quia his malis  
 in errorem inducit, vel in errore confirmat, ideoque  
 Ecclesiæ & salutis animæ noxius est. Certe S. Ambrosius  
 brosius contra Augustinum adhuc Manichæum  
 in publicis Lytaniis orâsse fertur: *ab Antipatro  
 Logica, libera nos Domine.* Sic licitè tristamur  
 de dignitate, vel officio collato alicui, quem no  
 mus, vel prudenter timemus officio non frui  
 cere, eòve abuti in damnum nostrum, proximo  
 rum &c. vel Reipublicæ &c. (secus esset: si  
 steris de officio collato alicui, quem scis  
 acturum, tibi, tuisque similibus debitas penam  
 fliceturum, abusus non toleraturum &c.) De  
 rentia huius affectus timoris ab invidia manichæ  
 est. Iusta enim est causa tristandi de bono proximi,  
 mi, quatenus eo abutitur ad peccatum, nostrum  
 vel aliorum damnum: At minimè est iusta causa  
 tristandi de bono proximi, quatenus putamus  
 nui nostram excellentiam, quod est superbia.

contra Charitatem, qua ex proximi bono & felicitate, ob amoris & amicitiae unionem, nobis potius aliquid excellentiae accedere, judicare, adeoque gaudere deberemus; amicorum enim omnia communia sunt, saltem quoad affectum, si non usum.

## Zelus,

Seu æmulatio: est tristitia de bono proximi, non quia ipsius est, sed quia simile bonum nobis deest; seu quia nos eo caremus. Quo patet differentia hujus affectus ab invidia; hæc enim quis tristatur de bono alterius, quia alterius est, & ideo suam excellentiam minuere putat: zelus autem, vel æmulatio non tristatur de bono alterius in se, quasi nolit habere ipsum bonum, & occasionem boni alterius, sed præcisè tristatur de propria penuria, quod quis scilicet non habeat simile bonum. Et hic affectus bonus est, ac laudabilis, non tantum quoad bona spiritualia, virtutes, merita, bona opera: talem enim æmulationem præcipit Apostolus I. Corinth. 12. *Æmulamini Charismata meliora*: Eoque sensu D. Hieronymus Epist. ad Latam de ejus filia scripsit: *habeat socias, cum quibus discat, quibus invideat, quarum laudibus mordeatur*: Verum etiam quoad bona naturalia, vel corporalia, temporalia, utpote quod scientias, artes, industrias, lucra &c. studentes enim, vel artes addiscentes, videntes aliorum profectum merito tristantur de suo defectu, quo ipsi excitentur ad proficiens studium. Artifex videns alios suam industriam familiam suam benè alere, ditescere, merito æmulatur, & dolet, se non posse ita prospere

prosperare. Mercator, vel caupo pleròsque plurimos emptores, vel hospites ad suum vicium divertere, licitè quidem dolet de illo concitari, quatenus suum detrimentum est, & cessatio lucris, quod alioquin justè habere posset; at non dolere, & absque peccato odii, vel vindictæ dolere, quatenus concurrant ad vicinum, quatenus ille concitari suo vicino suo bonus est. Quæ benè notanda, & discernenda sunt confessario.

*Nemesis,*

**S**i *S*eu indignatio est affectus: quo quis trillat bona temporalia (nam in spiritualibus non potest habere locum) ut divitias, dignitates, officia, beneficia &c. obvenire impiis, vel indignis. Quod ipso differt ab invidia, quâ quis tristatur de bono alterius, non quatenus alteri indignè obvenit, sed quatenus suam excellentiam obscurat ex superioritate. Hæc affectio, & tristitia vitiosa est & mala, si tendat in bonum proximum indigni, aut quatenus solutè bona proximi sunt, sic enim est contra caritatem, quâ proximo quodvis bonum suum vult & gaudere debemus; aut quatenus talia bona de dispositione divina ob certos, & semper honestos, etiam indignis proveniunt: sic enim superbia, blasphemia, & est contra Voluntatem Dei, cui voluntas nostra in voluto formali cognito semper conformari debet. Unde contra hanc tristitiam dicitur Psalm. 36. *Noli amulari in eo, qui prosperatur in via sua; in homine faciente injustitiam &c.* Bona autem, & licita potest esse hæc tristitia & affectio *Nemesis* de bono indignis contingere.

si bona illa considerentur, prout humana voluntate contra justitiam, & voluntatem indignis obveniunt, aut prout eis indignus ad peccandum abutitur. Sic Navar. c. 23. 118. cum Layman. lib. 2. tract. 3. c. 10. n. 2.

## §. II.

## Ira

**D**efinitur communiter: inordinatus appetitus vindictæ. Sed explicatius noster Marchant. tom. 2. tract. 6. tit. 2. §. 2. conclus. 2. Inordinata animi commotio vindictam, vel quasi vindictam inordinatè, vel injustè appetentis. Iræ enim peccaminosæ duplex est inordinatio. Una ex parte ipsius motus iræ, seu modi irascendi, ut si nimium interiùs excandescas, vel exterius per signanimis patefacias. Altera ex parte objecti, seu vindictæ, ut si proximo appetas vindictam injustam, vel justò majorem,

II. Ira inordinata primo modo, quoad motum passionis, seu modum irascendi nimium, est peccatum veniale ex genere suo. Est enim excessus voluntarius in passione animi de se indifferente, quippè quæ etiam bona, & virtuosa esse possit, ut si eâ utamur ex motivo virtutis, & zelo justitiæ, ad propulsandum, vel vindicandum malum peccati in nobis, vel aliis nostræ curæ commissis; juxta illud Psalmi 4. *Irascimini, & nolite peccare*: excessus autem, vel inordinatio in re indifferente per se culpam venialem non excedit, juxta regulam jam sæpiùs repetitam. Rectè tamen docet *Merchant. cit.* iram etiam hac inordinatione

motus etiam seclusâ vindictâ injustâ, evadere peccatum mortale ratione enormis excessus, & deformitatis in irascendo, cum quis deliberat, & volens motus iracundiæ adeo exerceat, ut vel facit, ut erumpat in enormes gestus, clamores, contumelias, spumas, membrorum contorsiones, ut gravissima injuria hominis constitutionem faciat. Talis utique peccat mortaliter: Quia imaginem DEI, ac creaturam rationalem enormiter dehonestat, & deturpat, maximeque indecenter substantiæ rationali. Unde SS. Patres passim docent per iram hominem mutari in bestiam, imò in dæmonem. Et rectè tres solent assignari iræ species. *Rancor, Insania, Furor.* Rancor est ira, quatenus causat, & continet interitum indignationem, aversionem, odium, vindictam. *Insania*, quatenus mentem rationis usu privat. *Furor*, quatenus, in ejusmodi inordinatos, & enormes motus erumpit.

III. Ira inordinata secundo modo, quatenus ordinatum appetitum vindictæ inferendæ, expeccatum mortale ex genere suo; quippe directè pugnans Charitati, quatenus proximo inordinatè malum appetit: ac etiam justitiæ, si actu in injuriâ vindictas erumpat. Hujus communiter quatuor assignantur gradus. 1. Cum quis appetit vindictam in immeritum: 2. Etsi in meritum, tamen ultra meritum: 3. Etsi in quomodocumque meritum, tamen præter ordinem; ut si amico appetas vindictam, vel pœnam propriam auctoritate per te infligendam. 4. Etsi omnimodè

his servatis, tamen appetatur vindicta non ad debitum, ut justa est, ex zelo iustitiæ, ac odio iniquitatis sed merè ut fatiativa animi tui malevoli, ex odio personæ, amore proprio, vindicandi libidine. Tribus prioribus modis est peccatum contra iustitiam, quarto modo contra charitatem tantum, ubique mortale ex genere suo, de quo nulla difficultas.

IV. Ira utrovis modo inordinata meritò computatur inter peccata capitalia, quippe plurimorum peccatorum, ac malorum caput, & origo, quæ nimis nota. Sex tamen ejus peculiare filia, ac soboles enumerantur à D. Gregorio *lib. 31. moral. c. 17.* Nimirum *indignatio, tumor mentis, clamor, contumelia, rixa, blasphemia.* Ira enim, aut remanet intus in corde: & sic innascitur *indignatio*, seu aversio & affectus inordinatus in proximum, ex eo quòd apprehendat se indignè à tali tractari. Et consequenter. 2. nascitur *tumor mentis*, quo quis morosè excogitat diversas vias vindicandi, iisque cogitationibus animum tumefacit, & inflat: & tunc est peccatum pro ratione vindictæ cogitatæ gravis, vel levis, mortale, vel veniale. Indignatio autem plerumque veniale est, nisi ad gravem proximi contemptum procedat. Aut ira ulterius erumpit in os, & sic. 3. nascitur clamor, indignationis index, cum iratus vocem tollit, multa inordinatè, & confusè effundens. Id Christus *Matth. 5.* significat per vocem *raca*, quod nihil distinctè significat sed solum motum indignationis exprimit. Et hic clamor per se peccatum veniale est. Consequenter autem

4. nascitur *contumelia*, interni contemptus in  
 quâ quis proximo malum objicit intentione  
 inhonorandi: quod Christus expressit per verbum  
*fatue*, quo omnis contumelia aperta significatur.  
 Peccatum mortale ex genere suo. Aut ira erumpit  
 in ipsum opus, & actuale vindictam, &  
 5. nascitur *rixa*, percussio, vulnera, cædes.  
 consequenter, maxime, si vindicta non succedat.  
 6. etiam *blasphemia* in ipsum DEUM. Omnia  
 mortalia ex genere suo, de his nulla controversia.  
 Hæc quidem jam supra Tractatu proceriali in  
 ne de peccatis Capitalibus descripta, hic proprio  
 ordinem repetere libuit.

§. III.

*Discordia.*

§ 3 **D**efinitur à *S. Thom. q. 37. a. 1.* Dissensio  
 voluntatum circa bonum, quod ex charitate  
 mare debemus. Opponitur charitati, quæ necesse  
 sario causat concordiam, consensionem & pacem  
 voluntatum in bonum. Et hinc dicitur

I. Dissensio voluntatum *circa bonum*. Nam  
 sensio, & discordia voluntatum circa malum,  
 mala, & vitiosa, sed bona & laudabilis est. De qua  
 Salvator Matth. 10. *Non veni pacem mittere, sed  
 gladium: veni enim separare hominem adversum  
 patrem suum &c.* docens nimirum, ne parentibus quo-  
 dem, aut cognatis consentiendum, aut obtempera-  
 dum esse circa malum, sed generose repugnandum  
 cum ad malum inducere, vel à bono proposito  
 pedire vellent. Ut etiam alibi significat se sequenti-  
 bus præcipiens odium parentum, & cognatorum.

II. Cor.



II. Circa bonum, quod ex charitate amare debemus: seu in quo cum proximo consentire tenemur, utpote quod necessarium, utile est ad Dei gloriam, & nostram, ut proximorum salutem spirituales, vel corporales; in his enim scienter à proximo dissentire est peccatum contra charitatem, juxta rationem materiæ gravis, vel levis, mortale, vel veniale. *Communis DD.*

III. Nullum autem peccatum discordiæ erit dissentire à proximo circa aliquod bonum, in quo concordare obligati non sumus: utpote si socio petente, ut cum eo in Religionem intres, certam peregrinationem suscipias, consentire nolis, utique non peccas. *Omnes cum S. Thoma cit.* Item, si nolis consentire, ut proximus consequatur aliquod bonum ipsi non debitum, non quòd ipsi bonum non faveas, sed quòd tuam, vel alterius commoditatem præferas proximo.

IV. Denique dissensio voluntatum ex ignorantia inculcata orta, cum scilicet unus hoc, alter aliud rationi magis consentaneum, aut ad Dei honorem, vel proximi utilitatem convenientius judicat probabili ratione (qualis fuit dissensio inter Paulum, & Barnabam) culpâ vacat. per se loquendo: salva nimirum aliâ charitate, & secluso scandalo, ut ex *S. Antonino* notat *Laym. lib. 2. tract. 3. c. 11. n. 1.*

§. IV.  
Contentio.

Definitur à *S. Thoma 2. 2. q. 38. a. 1. Im-54*  
*pugnatio veritatis cum confidentia clamorosa.*  
Explico breviter.

A a § I. Im-

I. Impugnatio veritatis dupliciter fieri potest vel intentione formali; ut cum quis veritatem certam, & agnitam impugnat; vel intentione materiali, ut cum quis impugnat doctrinam aliquam, perinde habens sive falsa, sive vera sit, aut ignorantia culpabili, vel crassâ putat esse falsam, quod tamen posset, & deberet scire esse veram.

II. Contentio utroque modo ( dummodo modo fiat, non solum exercitii, disputationis, alterius scientiam examinandi, vel explorandi causâ, quod licitè fit ) ex genere suo mortalis contra charitatem, quâ tenemur cum proximo consentire in bonis ipsi necessariis: veritas autem sapè necessaria est proximo, cum quo contendimus, vel iis, qui audiunt; utpote si contentio de re ad salutem animæ vel corporis, ad famam vel fortunam pertinente; tunc enim impugnat contentiosè veritatem, utique est peccatum contra charitatem. Er quidem scienter impugnat veritatem agnitam, maximè in rebus fidei, salutis, est peccatum gravissimum in Spiritu sancto, scilicet *agnita veritatis impugnatio*, cui merito Apostolus *ad Galat. 5.* inter peccata contra Spiritui contraria, & à Regno Dei excludenda numerat contentiones, & rixas.

III. Additur: *cum confidentia clamorosa*. Quòd licet ad essentiam contentionis non pertineat, est tamen circumstantia accidentaliter aggravans, contentioni vitiosæ plerumque conjuncta. Et monet *D. Thomas cit.* etiam falsitatis impugnationem de se bonam, & laudabilem, *122a*

tamen vitari inordinatione clamoris, gestuum  
&c. Item ex circumstantiis personarum, loci,  
temporis non congruentibus, in quibus plerum-  
que peccatum veniale, & quandoque etiam mor-  
tale intervenire potest ratione scandali alieni, aut  
lapsus proximi &c. idque maximè in contentione,  
vel disputatione de rebus Fidei, dum aut non satis  
doctus, aut coram non doctis & simplicibus con-  
tendit, ut alibi notatum est. Et hinc.

IV. In jure Canonico c. *Quicumque de hereti-*  
*cis §. inhibemus. in 6.* sub excommunicationis  
sententia ferendæ prohibetur laicis, ne publicè,  
vel privatim de Fide disputent, quòd tales ple-  
rumque in rebus Theologicis non satis versati sint.  
Verum hæc prohibitio locum non habet in casu  
necessitatis, vel utilitatis magnæ, aut ipsius hæ-  
retici, errantis adversarii, aut Catholicorum sim-  
plicium audientium, si laicus satis doctus, & suf-  
ficiens sit, ut observat Sanch. *lib. 2. moral. c. 6. n.*  
*7.* Idque maximè in nostris partibus, ubi Hære-  
tici tolerati cum Catholicis permixti sunt, & con-  
suetudo viget, ut laici saltem privatim cum hære-  
ticis disputent, idque sæpè utiliter, ac fructuosè,  
imò sæpè fructuosius, quàm si Ecclesiastici, vel  
Religiosi sint. Ut cum *Valentia* notat *Laym.*

*cit. num. 3.*



CA.

## CAPUT VII.

De Religione & Oratione generatim,  
ac Horis Canonicis. Remissive,

## SECTIO I.

Quid sit Religio, quæ ejus actus?

## SUMMARIUM,

1. Religio non pro certo statu, sed pro virtute sumpta.
  2. Est virtus moralis, inter omnes virtutes morales præstantior.
  3. Reductivè spectans ad virtutem justitiæ.
  4. Ejus objectum materiale quod est cultus Deo, tanquam objecto cui, exhibendus;
  5. Qui necessariò præsupponit duos actus intellectuales, perficitur duobus actibus voluntatis ordinariis.
  6. Elucido scilicet, & imperatio.
1. **R**eligio sic dicta, vel à religendo juxta *lib. 10. Ethim. c. 17.* vel à religando juxta *Lactant. lib. 4. Divinarum institutionum c. 28.* vel à relegendo juxta Ciceron. *lib. 2. De natura Deorum.* Dupliciter sumitur. I. Pro virtute speciali, quæ Deo debitus cultus exhibetur; & hac agimus in proposito. II. Pro statu certo, Congregatione hominum Deo vero cultum exhibentium: aut universali, ut olim fuit Synagoga Judæorum, & modò est Ecclesia Catholica; aut particulari, ut sunt certi Status, vel Congregationes hominum per tria vota Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis specialiter Divino

tui & fervituti mancipatorum, & velut religato-  
rum: qui proinde velut antonomastice dicuntur  
Religiosi, & eorum Status vel Congregationes,  
Religiones. De Religione tantum ut virtus est,  
sermo est. Et sit

ASSERTIO I.

**R**eligio est virtus moralis, qua Deo tanquam  
primorum rerum omnium principio, ac Domino  
excellentiſſimo debitus cultus exhibetur, cujus  
proinde actus immediatus elicitus est Devotio:  
mediatus vero & imperatus est ipse cultus Dei  
internus, vel externus. Communis.

§. I.

Est virtus moralis.

**V**irtus quidem, quia vere bona qualitas men-  
tis, qua habentem perficit, & opus ejus  
bonum, honestum, & laudabile efficit, colere  
enim Deum maxime bonum, honestum, ac lau-  
dabile est. *Moralis* vero, non *Theologica*, quia  
actu suo immediatè elicitò non tendit in Deum, ut  
immediatum objectum suum, sicut virtutes *Theolo-*  
*gicae*, Fides, Spes, Charitas: ut suis locis explica-  
tum est: Sed immediatè tendit in cultum Dei, tan-  
quam immediatum objectum *Quod*: & solum  
immediatè, ac ultimatè tendit in Deum, ut ob-  
jectum *Cui*, cui scilicet Religio intendit, & fata-  
git debitum cultum exhibere. Vide dicta c. i.  
Seft. 1. in explicatione definitionis Fidei.

Hoc ipsotamen Religio est omnium virtutum  
moralium præstantissima; quia licet, ut cæteræ  
virtutes morales, immediatè ordinet hominem  
ad

ad operationem moralem convenientem ſubor-  
 tiaſationali, ſcilicet debitum cultum exhibere  
 Deo; tamen per hoc ipſum poſt virtutes Theo-  
 gicas ſuper omnes alias virtutes morales, maxi-  
 mè & perfectiſſimè hominem ordinat ad ipſum  
 Deum, ut ex ſe patet; cùm reliquæ virtutes mo-  
 rales potiſſimum hominem ordinent ad ſe ipſum.

3 Reducitur tamen virtus Religionis ad virtutem  
 Juſtitiaſ, quæ reddit cuique, quod ſuum eſt, &  
 quod ipſi jure debetur. Differt tamen, & differ-  
 à Juſtitia rigorofa, & humana, quia hæc reddit  
 teri debitum ſecundùm perfectam æqualitatem.  
 Deo autem non poteſt ab homine vel creatura  
 reddi debitum ad perfectam æqualitatem, nec po-  
 teſt ei tantum exhiberi quantum ei debetur. Red-  
 ditur tamen ei debitus cultus ſecundùm conſide-  
 rationem humanæ facultatis, & acceptionis  
 vinæ, ut pulchrè explicat S. Thom. 2. 2. q. 81.  
 5. ad 3. Ubi jam obiter nota Supremum Deum  
 eſſe Sacrificium Miſſæ, quia aliquatenus ex-  
 lis Deo ob infinitam dignitatem Hoſtiæ oblatæ.

Hinc quamvis generatim differant hæc qua-  
 tuor: *Religio*, quæ Deo; *Pietas*, quæ parentibus;  
*Obſervantia*, quæ perſonis in dignitate conſtitutis;  
*Gratitudo*, quæ Benefactoribus debitus cultus  
 exhibetur, reſpectu tamen ipſius Dei omnia hæc  
 ſunt eadem virtus Religionis, quæ nimirum Deo  
 Supremo omnium Domino, Principio, ac Patre  
 tî, Benefactori debitus cultus exhibetur, ut bene  
 notant Leſſ. lib. 2. De Juſt. c. 36. dub. 2. n. 10.  
 Tann. tom. 3. diſp. 5. q. 1. dub. 2.

## §. II.

*Quâ Deo, rerum omnium Principio.*

4  
**E**Xprimitur differentia Religionis ab omnibus aliis virtutibus moralibus nimis manifestè: simulque significatur ejus duplex objectum proximum *quod*, & ultimum *cui*, tam materiale, quam formale. Religionis objectum proximum *quod* materiale quidem est ipse cultus Deo exhibendus, seu actiones illæ, quibus Deum colere intendit, & satagit Religio, ut inclinationes, genuflexiones &c. Objectum verò formale, seu ratio formalis, quam Religio in cultu Deo exhibendo per se requirit, est ratio debiti. Quemadmodum enim Justitia humana reddens homini, quod suum est, in eo per se non respicit rationem boni ad proximum, ut nimirum per illud redditum proximo benè sit (hoc enim proprium est charitatis) sed per se respicit rationem debiti, quia justum est, & jure illi debitum; ita Religio velut specialis Justitia erga Deum, reddens Deo debitum in cultu Divino exhibendum per se non respicit rationem boni erga Deum, ut per illum cultum quasi Deo benè sit, quatenus ipsi placet, & quasi cultum facit (hoc enim proximum est charitatis Divinæ) sed per se respicit rationem debiti, quia nimirum Deo ob summam ejus excellentiam & supremum dominum in omnes cultus tali jure debitus est. Tu, si sapis, & in colendo Deo meriti avidus es, in cultu tuo junge rationem utramque & debiti, & boni, seu placiti Divini.

Obje-

Objectum Religionis ultimum *Cui*, materiam  
 le quidem est ipse Deus unus & Trinus quoad  
 sentiam & omnem infinitam perfectionem  
 Objectum verò formale, seu, ratio formalis, quae  
 Religio in ipso Deo colendo per se respicit, est  
 summa & infinita ejus excellentia & eminentia  
 per omnia creata, & specialiter super homines  
 quatenus nimirum est primum rerum omnium  
 principium, & Eminentissimus Dominus vitae  
 mortis &c. Quibus bene notatis liquido patet  
 differentia Religionis à Charitate, quae  
 Deum, ut summum bonum, & actiones omnes  
 refert ad Deum, ut bona & placita Deo. Reli-  
 gio autem colit Deum ut summè excellentem, &  
 actiones refert ad Deum colendum, ut quid  
 debitum DEO. Iterum moneo, junge semper  
 tamque rationem.

## §. III.

*Debitus cultus exhibetur;*

5 **E**Xprimitur actus proprius virtutis Religio-  
 nis, quae licet sit virtus moralis voluntariae, necesse  
 est tamen praesupponit duos actus ex parte  
 intellectus, & duos ad minimum actus ex parte  
 voluntatis, hoc ordine. I. Judicium specu-  
 lativum ex parte intellectus de summâ Dei  
 omnes excellentia & nostra omnimoda subjec-  
 tione; quod ad Fidem spectat. II. Judicium practi-  
 cum, seu declamen intellectus, Deo, ob summam  
 ejus excellentiam, debitum & congruum cultum  
 esse exhibendum, tum in genere tum in particu-  
 ri, seu hic & nunc talem vel talem v. g. Sacrifici-



um Missæ &c. III. Sequitur actus voluntatis huic  
judicio pratico consentientis, quo scilicet volun-  
tas acceptat, vult, & statuit Deo debitum cultum  
exhibere, tum in genere semper data occasione,  
tum in particulari, seu hic & nunc talem vel talem,  
v. g. audire Missam &c. Et hic actus propriè dicitur,  
& est devotio, de qua mox. IV. Denique ordi-  
nariè debet sequi alius actus sive in voluntate, si-  
ve in aliis potentiis internis vel externis à priori  
imperatus, quò nimirum voluntas religiosa hic &  
nunc vult & intendit colere Deum v. g. orando,  
adorando &c. & hic dicitur actus Religionis impe-  
ratus: suntque diversissimi interni, & externi.

§. IV.

*Cujus proinde actus,*

**R**eligionis actus immediatus, elicitus, & sem- 6  
per internus voluntatis est devotio, seu vo-  
luntas & intentio colendi Deum. Devotio enim  
propriè nihil aliud est, quàm prompta voluntas,  
seu promptus & fervidus voluntatis affectus fa-  
ciendi ea, quæ ad Dei cultum, obsequium ac ser-  
vitium pertinent, quo nimirum homo Deo se qua-  
si devovet, tradit, & mancipat ad servitium &  
cultum ejus pro conditione statûs sui, sic enim o-  
lim apud Gentiles devoti dicebantur, qui se ido-  
lis devovebant ad mortem.

Religionis actus mediatus & imperatus est ipse  
cultus Dei, seu actiones illæ, quibus Religionis  
virtus intendit, & satagit colere Deum: cæque di-  
versissimæ; aliæ sunt internæ tantùm, ut Orationes  
& affectus mentales erga Deum; aliæ internæ si-



mul & externæ (externæ sine internis nihil valent) ut adorationes, genuflexiones, Sacrificia & cætera innumera. D. Thomas 2. 2. q. 82. 1. 1. universaliter undecim enumerat actus Religionis: *Devotio, Oratio, Adoratio, Sacrificium, Oblatio, Primitia, Decima, Votum, Juramentum, Interjuratio, & Laus Dei.* Ad hos nimirum referuntur debent omnes prorsus observationes sacrae, & cæremoniæ ad cultum Dei ordinatæ: ut erectio Ecclesiarum, Altarium, celebratio Festorum, observatio jejuniorum, usus rerum ab Ecclesia benedictarum, & maximè omnium usus Sacramentorum à Christo institutorum. Omnes enim actiones quatenus ad cultum Dei referuntur, sunt actus speciales virtutis Religionis. Verùm de his alibi præsertim in secundo, & tertio Præcepto prænotatum. Solùm oratio & adoratio, ac cultus Dei ad primum Præceptum Decalogi, & nostrum præpositum spectant.

## SECTIO II.

### *De Oratione generatim.*

#### SUMMARIUM.

7. *Oratio propriè dicta, seu petitio ad aliquid impetrandum Deo facta,*
8. *Est actus virtutis Religionis:*
9. *Ex parte intellectus duos actus supponens: scilicet cognitionem practicam summa Dei Excellentia, Potentia Bonitatis &c. & cognitionem nostræ subjectionis, & dependentiæ &c.*
10. *Duos verò necessariò & velut essentialiter impetrandum scilicet desiderium in voluntate, & propositionem in intellectu.*

ASSE

ASSERTIO II.

**O**ratio proprie dicta est actus virtutis Religionis, quò homo Deo omnium bonorum Auxiliatori ac principio subditum se esse agnoscens pro aliquo bono impetrando supplicat; idòque duos necessarios actus supponit ex parte intellectus: Et duos essentialiter involvit, nimirum desiderium voluntatis & propositionem intellectus. Est in re communissima. Definitionem in terminis tradit nosse March. Tribun. to. 2. tr. 2. part. 2. tit. 2. q. 1.

EXPLICATIO.

**O**ratio proprie dicta est &c. Oratio enim generatim & latè sumpta dicitur quæcumque pia mentis affectio, & elevatio in Deum, proprie verò, & strictè, dicitur petitio facta Deo pro impetrando aliquo bono. Unde tam variæ sunt apud SS. PP. & DD. definitiones orationis. S. Damascenus lib. 3. Orth. Fid. c. 24. ita: oratio est ascensus mentis in Deum. D. Gregor. Nyssen. in lib. de oratione: Oratio est conversatio, sermocinatioque cum Deo. D. Augustin: serm. 230. De tempore: Est ascensio animæ de terrestribus ad cælestia, inquisitio supernorum, invisibilium desiderium. Et Auctor libri de spiritu & anima. c. 50. In operibus S. August. tom. 3. Oratio est conversio mentis in Deum per pium & humilem affectum. Alià aliter. Omnes de Oratione largè sumpta. De proprie verò sumpta Oratione. D. Basilus orat. in Julitam Martyrem. Oratio est boni cujusdam petitio, qua a piis ad Deum effunditur. D. Bern. de scil. claustra. c. 1. Oratio est devota cordis intentio

in Deum pro malis amovendis, & bonis adipiscendis. D. Thom. 2. 2. q. 83. a. 1. & cum eo communitatis DD. Est petitio rerum decentium impetrandarum à Deo immediatè, vel mediatè ad eum directè. Item, est actus rationis practica, delectivum animæ coram Deo explicantis, ut aliquid ab eo impetremus. Alii aliter, sed in re ferè coincidunt, omnesque verè. Præstat nostra claritas terminorum.

8 II. Est actus virtutis Religionis. Nam actus primò immediatè elicitus Religionis scilicet devotionis, est prompta voluntas colendi Deum cum debitò summæ ejus excellentiæ. Actus secundò elicitus, vel, quod idem est, immediatè impetratorius, & excellentissimus Religionis est Oratio, quæ ab homine perfectissimo modo summam excellentiam Dei, bonorum omnium Auctoris & principis, & àmque subjectionem, dependentiam, & egenam agnoscens & protestans ab eo bonum simpliciter petit & postulat; oratio ergò adæquatè summam varios involvit actus in *Affertione* indicatos.

9 III. Duos supponit actus ex parte intellectus. I. Ex parte intellectus supponit cognitionem præcise Divinæ summæ Excellentie, Potentiæ, & Bonitatis, quam sequitur firma Fides, & Spes, & fiducia rem postulandam impetrandi à Deo impetrare pote qui possit, quia summè potens, & qui verè bonus, & fidelis in servandis tantis promissionibus factis orantibus ipsum. Hæc fiducia est simpliciter necessaria ad Orationem utilem, & efficacem: ut fusè docet Salvator Luc. 11. in parabola de tribus panibus.

Jacobi 1. *Postulet autem in fide nihil hesitans, qui enim hesitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur, & circumfertur; non ergo estimet homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino.*  
 Et ad Hebræos 4. *Adeamus ergò cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut misericordiam consequamur.* Et quia hæc fiducia est actus Spei Theologicæ necessariò ad Orationem requisitæ, ideò ratione hujus oratio etiam dicitur, & est actus Spei & atque ad illam reducitur. II. Ex parte intellectûs oratio supponit practicam cognitionem nostræ ad Deum subjectionis, dependentiæ, indigentæ, seu impotentæ, & infirmitatis, præsertim quoad hoc vel illud bonum impetrandum; quam cognitionem ex parte voluntatis rursùs sequitur humilis submissio sui ipsius ad Deum omnium bonorum Auctorem & principium juncta cum devotione, seu humili voluntate Deum orandi pro bono impetrando; & hic actus est propriissimus Religionis, & necessariò debet concomitari orationem utilem & efficacem: juxta illud: *Respexit in orationem humilium.* Ps. 101. Et Eccl. 35. v. 21. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit.* Qua ratione supra definita est Oratio: *Conversio ad Deum per ipsum & humilem affectum.* Unde passim propriæ Orationis condiciones & comites assignantur fides, Spes, & fiducia impetrandi à Deo ex parte Dei, & humilitas seu submissio ex parte nostra.

IV. Et duo necessariò involvit, & propositio-  
 nem intellectûs, & desiderium voluntatis. Hic  
 jam essentialiter incipit Oratio seriò voluntatis  
 Bb 3                      desi-

desideriò, & intentione impetrandi hoc vel illud  
vel quodvis bonum à Deo: & ratione huius actus  
Oratio supra à SS. PP. definitur: *Conversio mentis  
in Deum, pius mentis affectus in Deum: longinquum  
lium desiderium &c.*

Denique necessarius est actus intellectus  
eticus illud voluntatis desiderium coram Deo  
primens, quemadmodum desiderium nostrum  
ram homine exprimimus voce, vel scripto: &  
tione huius actus Oratio supra definitur: *colloquium,  
quum, seu collocutio familiaris cum Deo expressio  
desiderii. Certum porrò est, Orationem adæquatum  
sumptam necessariò, & quasi essentialiter includit  
re utrumque actum, & desiderium voluntatis,  
expressionem intellectus, neque enim oratio  
sistere potest in solo desiderio, vel affectu volun-  
tatis: quantumvis enim quis desideret, si suum de-  
siderium non exprimat, non dicitur orare vel pe-  
re: quòd autem dicatur Ps. 9. *Desiderium pauperum  
exaudivit Dominus;* non intelligendum  
est de desiderio muto, sed de desiderio actu vel  
cutione mentis expresso, vel potiùs significato  
propensio Dei ad audiendum, quia scilicet dicitur  
adhuc aliquid in desiderio pauperum est, aut  
quam etiam proponant, vel exprimant, Deus  
audit juxta illud *Isa. 65. Antequam clamet, ego  
exaudiam.* Ut rectè notat S. Thom. *cit. q. 83. ad  
ad 1.* Multò minùs Oratio potest consistere in  
lo aliquo actu intellectus, nisi simul etiam adhibeatur  
fiderium, ac pius affectus, vel motus voluntatis  
in Deum, ut omnes concedunt. *Quaritur vult**

an Oratio præcisè & formaliter constituenda sit in desiderio voluntatis, an verò in actu expressivo intellectus? Quæstio speculativa est.

Scotistæ volunt esse actus voluntatis volentis, desiderantis, jubentis, instituentis: Thomistæ verò & plerique alii volunt esse actus intellectus practicos exprimentes actus voluntatis petentis, jubentis. Undè communiter definiunt Orationem esse actum rationis practicæ desiderium animæ coram Deo explicantis, ut aliquid ab ipso impetretur. Utraque Sententia bona est: ac per hoc patet responsio ad quæstionem: an Oratio pertineat ad intellectum, vel ad voluntatem? Theologus Moralis dicit verissimè spectare ad utrumque: de formalitate metaphysica permittit rixari Scholasticos. Reliqua ad Orationem pertinentia per duas sequentes Sectiones breviter expediemus.

### SECTIO III.

*Quis, quibus, pro quibus, & quid orandum?*

#### SUMMARIUM.

11. Absolutè & terminativè orandus est solus Deus.
12. Angeli verò & Sancti seu justì tam in celo, quàm in terra adhuc existentes, solùm transitivè & respectivè tanquam Patroni.
13. Ubi probabilius etiam anima in purgatorio.
14. Orare soli creaturæ rationali competit.
15. Et quidem utilissimè orant viatores etiam peccatores:
16. At etiam utiliter pro nobis Sancti in celis.
17. Uti & anima in purgatorio pro se ipsis.
18. Pro quibus orandum, aut utiliter orari possit?
19. Quid orandum, seu licitè peti possit ab orante?

Bb 4

§. I.

§. I.

*Quis orandus.*

**I I.** **S**olus Deus, Optimus, Maximus absolutivè orandus est, tanquam summus, & absolutus Auctor omnium bonorum Naturæ, Gratia, & Gloria. *Omnes.* Ratio est: quod solus Deus sua Potentiâ, Providentiâ, & Bonitate pro libera voluntate omninò dispensat; solus habet potestatem vitæ, & mortis, ut proinde Beatitude, & alium Sanctum orare absolute, & terminativè tanquam Auctorem principalem auctorem boni, vel beneficii, verus sit actus idololatricus, ut suo loco videbimus.

**12 II.** Angeli & Sancti in Cœlis utiliter orandi invocandi sunt, sed, ut jam innui, solum terminativè, & respectivè tanquam Patroni, & Intercessores nostri apud Deum omnium bonorum Auctorem. Est de Fide Catholica, ex professo latius assertendum, & defendendum *c. sequenti.*

**III.** Etiam Sancti, seu Justi in terris existunt rectè, utiliterque orantur, seu invocantur, ut Patroni, vel Intercessores nostri apud Deum. Fide ex Scriptura passim. Jerem. 42. *Vos enim confistis me ad Dominum Deum vestrum, dicit Dominus Deus Israel: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum &c.* ad Rom. 15. *Obsecro ergò vos fratres mei Dominum nostrum Jesum Christum, & per caritatem Sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum &c.* Jac. 5. *Orate pro invicem, ut salvemini: multum enim curat deprecatio justì assidua.*

IV. 15



IV. Animæ in purgatorio non sunt orandæ, 13  
vel invocandæ, eo quod pro nobis orare non so-  
leant, juxta communem DD. cum D. Thoma cit.  
q. 83. a. II. ad 3. Rationem dante: Illi qui sunt  
in purgatorio, nondum fruuntur visione Verbi,  
ut possint cognoscere ea, quæ nos cogitamus, vel  
dicimus, & ideò eorum suffragia non implora-  
mus orando. Contrarium tamen longè proba-  
bilius docent Joan. Medina c. de Orat. q. 4. ver-  
bo de animabus. Bellarmin. lib. 2. de purgatorio  
c. 15. Suarez & alii. Tum quia possunt in ge-  
nere orare pro iis, qui eis benefaciunt, vel earum  
Orationes implorant: tum quod Angeli Custodes  
eis Orationes nostras deferre, vel alio modo Deus  
illis nostras miseras manifestare possit. Accedit,  
quod ex Scriptura Sacra constet, animas Patrum  
veteris Testamenti, dum in limbo detinebantur  
pro populo orare solitas, Jerem. 15. & 2. Ma-  
chab. ultimo: ubi de Jeremia defuncto dicitur:  
*Hic est, qui multum orat pro populo.* Quidni pro-  
babile sit? imò piorum praxi, & bono effectū sæ-  
pius comprobatum.

§. II.

Quibus orandum?

I. Orare soli creaturæ rationali competit. Ra-14  
tio omnium est: quia Oratio est actus ra-  
tionis, & subjectionis ad alterum, adeoque suppo-  
nit indigentiam boni postulati, quæ duo soli crea-  
turæ rationali competunt, Deo, brutisque repu-  
gnant, ut per se clarum est.

II. Viatores justissimi utilissimè orant, cum sint in 15  
Bb 5 statu

statu gratiæ, & amicitia cum Deo, ideoque facilius  
 & efficacius impetrent petita, & insuper merean-  
 tur sua oratione: quin etiam peccatores utiliter o-  
 rant, & exaudiuntur. Communis cum D. Thom.  
 2. 2. q. 13. a. 16. Et expressè D. August. tract.  
 44. in Joann. dicens: *Si peccatores Deus non  
 audiret, frustra ille Publicanus oculos in ter-  
 ram demittens, & pectus suum percussus  
 ceret: DEUS propitius esto mihi peccatori.*  
 D. Chrysost. Auctor operis imperfecti explicat  
 verba Christi Matth. 7. *Omnis, qui petit, acci-  
 pit: addit: Sive justus sit, sive peccator;* dicitur  
 modo ritè oret. Ratio est: quia orationis pro-  
 prius effectus, impetratio non nititur justitiæ,  
 statu gratiæ sicut meritum solum, sed tantum gra-  
 tiâ, misericordiâ, & liberali Dei promissione.  
 qui dives est, ac pius in omnes, justos, ac impios.  
 Ad illud cæcinati Joann. 9. *Scimus, quia Deus peccatores  
 non audit:* Respondit S. Aug. cit. *Esse dicitur  
 etiam nondum Spiritu S. inuncti, seu perfecte  
 luminati, & ideo non esse ratum. Quamvis peccator  
 sit ratificari (ait S. Thom. cit.) si intelligatur de  
 peccatore, in quantum peccator est: utpote, qui  
 vel cum actuali affectu peccati, vel pro ipso affec-  
 tu peccati petat: hunc enim Deus non exaudit  
 mera misericordia, nisi quandoque ad vindictam  
 juxta illud D. August. tract. 73. in Joann. *DEUS  
 quadam negat propitius, qui concedit iras.*  
 Denique proprius sensus illius cæci videtur esse,  
 quòd Deus peccatores non exaudiat ad petiti-  
 nem miraculorum in confirmationem falsæ fidei.*

& consequenter Christum non potuisse tunc facere miraculum, nisi ejus vita, & doctrina esset justa, vera, & à Deo.

III. Sancti in cœlis utiliter orant pro nobis. De Fi-16

de Catholica ex professo probandum *c. seq.* Quia ipse etiam Christus, ut homo, etiam nunc in cœlis vere, & propriè orat Patrem pro nobis. Ut colligitur ex verbis ejusdem Joan. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclerum dabit vobis.* Ad Hebr. 7. *Salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Rom. 8. *Christus Jesus &c. qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Quamvis aliqui hanc interpellationem, vel intercessionem Christi apud Patrem pro nobis intelligant non de oratione propriè dicta, eò quod Christus jam plenissimè peractò Redemptoris & Mediatoris officio nihil novi pro nobis Patrem postulare habeat, sed de continua repræsentatione meritorum Passionis, & mortis Christi: idque ob vitandum scandalum in Fide Divinitatis Christi: ideò Ecclesia non orat de Christo: *Ora pro nobis*; sed simpliciter ut ad Deum: *miserere nostri.* Vide Suar. *de oratione disp. 54. sect. 2. Less. lib. 2. c. 37. dub. 5.* ac alios.

IV. Denique de animabus in purgatorio certum est, eas orare pro se ipsis, pro liberatione à pœnis, Suarez, Layman. *Less. cit.* Cùm enim pœnam, & miseriam suam agnoscant, & sint in desiderio, ac spe liberationis, quid obstat, quin hoc desiderium suum humili oratione Deo repræsentent, saltem ut excitet fidelium mentes ad eas juvandas suis

fuis suffragiis, cum juxta communem sententiam ipsæ suam liberationem immediatè à Deo impetare nequeant à pœnis debitis ad satisfaciendum divinæ justitiæ. An verò illæ animæ pro nobis terris existentibus orent? vide dicta §. præced.

## §. III.

*Pro quibus orandum.*

181. **P**ro se quisque viator, & homo hominatore, in communi & particulari, etiam peccatore, quantumvis obstinato, etiam inimico, orare potest, & quandoque debet. *Certum de factis* mitur partim ex praxi Ecclesiæ, partim ex verbo Apostoli 1. ad Timoth. 2. *Obsecro vos pro omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Jacob. 5. *Orate pro invicem, ut salventur.* Et altè Christus Matth. 5. *Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Ratio est: quia cum omnes indigeant gratiâ Dei, ut salvi fiant, omnia eis auxilia ad id necessaria desiderare & petere possumus: imo ex charitate, & speciali occurrente necessitate, etiam debemus. Justis quidem ut peccatores, petere possumus, injustis autem, & peccatoribus, ac inimicis, ut convertantur, cum Deo si possibile non sit, etiam durissima corda emolliant. Et licet in speciali pro hoc, vel illo præsertim peccatore vel inimico positivè orare non teneamur, conclusa speciali ejus necessitate, in orationibus tamen communibus pro omnibus fuis, (ut sunt Oratio Dominica, & Orationes communes Ecclesiasticæ) tenemur etiam includere quosvis peccatores.

inimicos, ita ut mortaliter peccaret, qui aliquem eorum positivè excluderet. Juxta communem doctrinam in materia de charitate proximi. Vide Suarez *cit. c. 15. §. 16.* II. Pro animabus in Purgatorio, ut à pœnis liberentur, salubriter oratur. *Certum de fide*, etiam in veteri Testamento *cit. Machab. 2. c. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.* Quo loco *cit. D. August. lib. de cura pro mortuis habenda c. 11.* addit. *Etsi id nunquam in Scripturis veteribus omninò legeretur, tamen sufficere deberet universa Ecclesia, in hac consuetudine clara auctoritas.* Et de verbis Apost. *c. 32. ait: Orationibus S. Ecclesia, & Sacrificio salutari, elemosynis, que pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum, mortuos adjuvari, ut cum eis misericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt: Hoc enim à PP. traditum universa observat Ecclesia.*

Neque solùm licet, sed etiam debet Christianus quandoque orare, vel benefacere pro animabus in purgatorio in communi, & in speciali pro specialiter conjunctis, Parentibus, benefactoribus saltem ex charitate & misericordia, quâ tenemur proximo in necessitate gravi succurrere, cùm facile possumus: nam animarum in Purgatorio miseria & necessitas verè gravis est, iisque per orationes, elemosynas, Sacrificia, aliâque suffragia facile succurrere possumus, tanquam per medium ordinatum ad earum faciliorem liberationem.

nem.

nem. III. Nec excusandi sunt à mortali, qui magis quam vellent pro illis animabus, & maxime in conjunctione orare. Praxis facillima est, si nihil speciale velis orare, in Orationis Dominicæ ultima petitione: *Libera nos à malo: piè te reflecte ad miseras illas animas.*

IV. Pro Beatis in cælo fermè non est orandum, sed eis potiùs pro intercessione supplicandum, cum enim nullo egeant, sed sint in termino felicitatis, quivis sua Beatitudine contentissimus, ideò ipsi nostris orationibus minimè, sed nos potiùs eorum orationibus indigemus, ait Innocentius III. *c. cum Martha. De celeb. Missarum.* August. *Serm. 17. De verbis Apost. & tract. 1. in Joan.* Dixi autem fermè, nihil enim oblatum alicui Sancto, v.g. speciali Patrono, Fundatori, Ordinis majorem gloriam accidentalem in terris, v.g. Canonizationem, effectum miraculorum à Deo desiderare, vel petere, ut refert, & non improbat Innocentius loc. cit. Et explicat Suarez *l. 9. c. 14.* Vide dicta *De Sacrificio in quest. Pro quibus orandum.* Memini cujusdam devoti B. Virginis, qui dum ageretur Romæ de definienda controversia Immaculatae Conceptionis, piè, lepide aliter hortari solebat: *Orate pro B. Virgine, orate diligenter.* An culpandum, & non potiùs laudandum putas? Pro damnatis orare nefas est, cum in suo statu nec dilectionis Dei, nec hominum, nec ullius orationis effectus capaces sint ut etiam monet D. Gregor. *lib. 4. Dialog.*

§. IV.

Quid orandum?

I. Bona spiritualia gratiæ, virtutis, & Gloriæ, principaliter & absolute petenda sunt, cum ad hominem viatorem quàm maximè pertineat desiderare ultimum finem Beatitudinis, & media necessaria ad illum finem, uti sunt bona gratiæ, virtutum ac bonorum operum, atque ea, quæ opposita sunt, detestari & fugere, ut sunt peccatum, omnèque peccati periculum, tentatio, occasio. Omnia autem hujusmodi bona spiritualia à Deo absolute & simpliciter petenda Christus plenè complexus est in Oratione Dominica omnium perfectissima: quippe in cujus prima petitione petitur Dei Gloria, secundâ nostra Beatitudo. Tertiâ, & quartâ media ad illam consequendam necessaria, spiritualia, & temporalia. Quintâ, sextâ & septimâ mala impediencia amoveri, utpote malum culpæ factæ, vel faciendæ, ac malum pœnæ: ut passim explicant DD. Et præ cæteris S. Aug. Epist. 162. ad Probam per totam. Ubi c. 12. addit: *Quamvis alia verba dicamus, que affectus orantis format, nihil aliud dicimus, quam quod in ista Dominica Oratione positum est, si rectè & congruenter oramus.* Absolute autem illa bona spiritualia, & sine conditione petenda sunt, quia illis nemo malè uti potest.

II. Quæ hominis bona absolute sunt, ita tamen, ut eis malè uti possit, ut scientia, artes, corporis vita, sanitas &c. & alia ad eam necessaria etiam absolute à Deo nobis, & aliis petere possumus.

mus. Communis apud Suarez *cit. c. 17. n. 2.* Ratio est: quia dicta bona sunt naturales petitiones hominis, ideoque secundum se, & absolute appetibilia recta ratione: ergo à Deo velut à fine eorum recte petuntur, etiam absolute; dum modò animò quis ita affectus sit, quòd in calumnia secundum Dei providentiam ea bona sibi non petere intelligeret, petere nollet, sed Divina dispositioni acquiescere.

III. Quæ omninò indifferentia sunt, ut abundantia divitiarum, honores, ac dignitates &c. non ob bonum finem & desiderari, & peti à Deo possunt, cum reverà ad bonos fines utilia sint, ad quæ licet secundum se indifferentia, tamen ex intentione boni finis bona honesta, Deo placita, ad ipsam salutem utilia fiunt, tamen ob summum periculum eis abutendi contra Dei gloriam in nostram perniciem non absolute petenda sunt, sed sub conditione expressa: si ita expediat ad Dei Gloriam & nostram salutem. Sic PP. & DD. omnes cum D. August. eadem *Epist. 162. c. 12.* S. Thom. *cit. art. 5.* Ratio clara est: quia illa bona homini, supposita ejus infirmitate, reverà periculosa sunt, ne iis in Dei offensam, & suam perniciem abutatur. Quare Christus pro majori perfectione, & securitate salutis ea potius contemnit, docuit in Evangelio passim. Quamvis ergo quis intendat, & firmiter speret eis bene uti ad salutem suam, aliorumque utilitatem v.g. pingui beneficii, divite matrimonio; quia tamen de futuro eventu incertus est, ideo solum sub conditione,



Dei providentiam & bonitatem relata ea petere oportet.

IV. Licet ad bonum finem sibi, vel aliis quandoque petere corporalia, vel temporalia mala: ut pote mortem, morbum, adversitatem, & alia huiusmodi, quæ dicuntur mala pœnæ; quia licet illa naturaliter mala sint, supernaturaliter tamen ad finem altiorem, puta emendationem vitiatorum exercitium virtutis, adeoque Beatitudinem consequendam, verè bona, & utilia esse possunt. At verò petere à Deo rem malam moraliter, seu peccaminosam, quod dicitur malum culpæ, non solum non est actus Religionis, & Oratio, quæ debet esse petitio bonorum & decentium; sed semper est peccatorum mortale, non solum quando res petita est mortaliter mala, v. g. injusta vindicta, victoria injustæ causæ &c. sed etiam si venialiter tantum mala sit, ut si petas, ut mendacio, vel ludo venialiter malo proximum decipere possis. Est enim gravissima, & blasphema in Deum irreverentia, petere ejus concursus, vel auxilium ad rem quamcumque malam, sicque ipsum facere auctorem mali.

SECTIO IV.

Orationis efficacia, necessitas, & divisio.

SUMMARIUM.

1. Ut Oratio in impetrando sit efficax. 2. Infallibilis, quæ suorum requiruntur conditiones. 3. Ut petatur quid necessarium, vel utile ad salutem, 4. pro se ipso, 5. pite, 6. perseveranter.

THEOL. MORAL. PARS II.

Cc

21.

21. *Oratio viatori adulto non tantum utilis est; sed etiam necessaria necessitate medii.*  
 22. *Ideoque etiam necessaria necessitate præcepti Divini, naturalis.*  
 23. *Quando orandum?*  
 24. *Orationis varia divisiones.*

## §. I.

*Qua, & quanta sit Orationis efficacia?*

201. **P**RÆTER triplicem effectum omni bono operi communem: *meritorium, satisfactorium, & impetratorium*: specialiter proprius Orationis effectus est impetrare rem petitam à Deo, petitione solius Dei Bonitatis & misericordiae ex liberali ejus promissione. Atque ut efficacia Orationis in impetrando sit infallibilis, ex Scriptura & SS. DD. communiter quatuor requiritur conditiones, 1. ut scilicet id, quod petitur, sit necessarium ad salutem. 2. Pro se ipso. 3. Pie. 4. Perseveranter. Explico. Prima conditio secundum Dei promissionem Orationis certò impetratio est petere necessaria, vel utilia ad salutem, Joan. 16. c. *Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quid autem est petere in nomine Salvatoris, vel petere necessaria ad salutem? Ut exponit, & quomodo prosequitur D. Aug. tract. 102. & 73. in Joan. ad eum locum dicens: *Non petitur in nomine Salvatoris, quidquid petitur contra salutem suam: Et ideo contraria poscentis non facit voluntatem, ut faciat sanitatem; novit enim*

Medicus, quid pro sua, quid contra suam salutem poscat agrotus.

Secunda conditio certò impetrantis est petere pro se ipso, non item pro alio: nam licet promissio Christi generalis sit, ut se etiam extendat ad Orationes pro aliis fufas: juxta illud Jacob. c. 5. *Orate pro invicem, ut salvemini &c.* quia tamen petita, quæ ad alterius salutem pertinent, etiam multum pendent ab arbitrio alterius, cum ille abter facile possit eis obicem ponere, facile quoque contingere potest, ut Oratio pro salute alterius fufas, non sit efficax: juxta illud Jerem. 15. *Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.* Sic S. August. tr. 102. in Joan. dicens: *Ita sanè intelligendum, quod ait: dabit vobis; ut ea beneficia significata sciantur his verbis, quæ propriè ad eum spectant, qui petit, exauditur: Quippe omnis Sanctus pro se ipso, non autem pro omnibus exauditur, vel amicis, vel inimicis suis, vel quibusvis aliis; quia non utcumque dictum est: dabit, sed dabit vobis.*

Tertia Orationis certò impetrantis conditio est, ut sit pia, scilicet. cum devotione, & maximè cum firma fide, spe, & fiducia impetrandi, quod petitur. Hoc enim maximè & ubique exigunt promissiones Divinæ, ut Matth. 21. *Omnia quacunque petieritis in Oratione, credentes accipietis.* Et clarissimè exprimit D. Jacob. 1. c. supra in definitione Orationis allegatus. Benè ergò dixit D. Th. 1. c. Orationis meritum quidem pendere à Charitate,

tate, vim verò impetrandi principaliter pendere  
spe & fiducia in Deum. Non tamen necessarium  
requiritur, ut fiat Oratio in statu gratiæ cum etiam  
peccatores utiliter petant, & certò exaudiantur per  
necessariis ad salutem, ut suprà dictum.

Quarta conditio Orationis certò impetranda  
est, ut fiat *perseveranter*: ut scilicet non statim  
desistamus non audiri visi, sed iterum iterumque  
instemus juxta monitum Christi *Luc. 18. Operamini  
semper orare, & non deficere.* Et ex professo  
*Luc. 11. De amico, & tribus panibus.* Item  
Judice iniquo, & importuna vidua. De his  
PP. Interpretes, & Concionatores passim. Hæc  
quatuor conditionibus concurrentibus Oratio  
per infallibiliter impetrat, quas pulchrè com-  
munitur D. Basilius lib. de orando DEO, dicens  
*Idèò quandoque petis, & non accipis, quia peti-  
tiam postulasti, vel infideliter, vel leviter, vel  
conferentia tibi, vel desisti.*

## §. II.

*Quanta Orationis necessitas?*

211. **O** Ratio homini viatori adulto, non tantum  
utilis & salubris est, sed etiam necessarium  
necessitate mediæ ad salutem, secundum ordinem  
rium à Deo ordinatum modum defacto hominibus  
salvandi. Omnes cum *Suarez cit. e. 28.* So-  
mitur ex verbis Christi *Luc. 11. Petite & dabitur  
vobis*: quasi dicat, nisi petieritis, non accipietis  
adeòque petitionem esse necessarium medium  
accipiendum. Item *Apost. Rom. 10. Omnis qui  
invocaverit nomen Domini, salvus erit*: etc.

addit: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* indicans non minùs, quàm Fidem, etiam invocationem Nominis Divini, seu Orationem esse medium necessarium ad salutem,

Ratio autem est: Quia suavis Dei providentia, & ordinatissima dispositio creaturis non solum suos fines, sed etiam media ad illos fines consequendos necessaria & congrua disponens, creaturæ quoque rationali disposuit, ut ad suum finem Beatitudinem non nisi per actiones liberas & congruas, tanquam media perveniret: specialiter autem congruit creaturis rationalibus, ut postquam agnoverunt Deum, sui, & omnium bonorum Auctorem, suæque infirmitatis unicum Adjutorem, se se humiliter subjiciendo, & ejus auxilia bona, & Gloriam desiderent, & petant. Idque non quidem ut nostra oratione immutetur Divina dispositio, & providentia aliud impetrando, quàm ab æterno præviderit, & disposuerit Deus; sed ut impetretur id ipsum, quod Deus per Orationes disposuit impetrandum, & nobis largiendum: uti eleganter explicat D. Greg. lib. 1. c. 8. relatus in Jure causa 23. q. 4. *Obtineri nequaquam possunt, que prædestinata non fuerunt. sed ea, que Sancti viri operando efficiunt, ita prædestinata sunt, ut precibus obtineantur: Ut scilicet homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus Omnipotens ante secula disposuit donare.* Hæc ille. Et D. August. lib. 2. de dono perseverantiæ c. 16. *Constat, Deum alia non orantibus, sicut initium Fidei, alia non nisi orantibus præparasse, sicut us-*  

Cc 3 que

que in finem perseverantiam. Non itaque oramus necessario, ut vel Deo nostras indigentias vel desideria antea notissima, manifestemus, moveamus Deum ad aliquid largiendum, quod largiri antea non disposuit, cum sit immutabilis, sed ut & hac ratione nostram erga Deum subjectionem, atque in ipsum fidem, atque fiduciam prostemur, & mereamur impetrare illud ipsum quod nobis per Orationes donare disposuit, inter quæ principalissimum est finalis perseverantia: atque hæc est una, & principalis ratio.

22 II. Oratio quoque necessaria est necessario præcepti Divini, & naturalis. Communiter cum D. Thom. a. 3. ad 2. Sequiturque ex dicto. Quod enim est necessarium ad salutem necessarium est ad salutem, & necessarium est ad salutem necessitate præcepti Divini, & naturalis, quatenus videtur adultus procurare suam salutem per medium à Deo ordinata: atque medium ordinatum à Deo ad impetranda auxilia, & dona Dei necessarium est ad salutem Oratio, ut dictum: ergo. Necessitas ergo huius præcepti naturalis solum oritur ex Lege Charitatis erga nos ipsos, quâ tenemur procurare nostram salutem, sed etiam ex Legge virtutis Religivnis, quâ tenemur debito cultu nostram erga Deum subjectionem contestari: Idque præceptum naturale, ad eum insitum est naturæ rationali, ut in eo omnes gentes consentiant; cum natura quam fuerit gens tam barbara, ac infidelis, quæ Deum aliquem seu verum, seu falsum, aliquando tu coli negaret.

III. Tempora, quibus obligat præceptum hoc orandi Deum, per se loquendo & ex virtute Religionis, determinari non possunt: necessarium tamen est, ut non nimis diu ab oratione desistamus: juxta verba Christi *Luc. 18. oportet semper orare, & non desicere.* 1. *Thessal. 4. Sine intermissione orate.* Ratio est: quia nullum ferè tempus est, quo homo ex innata infirmitate inter tot necessitates, & pericula animæ & corporis non egeat speciali gratia, & auxilio Divino, ut vel convertatur, si malus, vel perseveret, si bonus: continuo ergò, & frequenter orandum est, ut saltem per longum tempus, prudentis judicio æstimandum, ab oratione non cessetur. Et probabile est etiam obligare in initio morali perfecti usûs rationis, cum scilicet homini practicè proponitur Deus Auctor omnium bonorum, suæque indigentia, & dependentia à Deo. *Filliuc. tract. 23. c. 2. cum aliis.*

IV. Per accidens autem, & saltem ex Lege Charitatis sæpius tenetur homo orare ob occurrentem specialem eventum. Quatuor casus assignant DD. communiter. *Primus*: si gravis tentatio superanda sit. *Secundus casus* est: si eximium à Deo beneficium ad salutem necessarium homini impetrandum. *Tertius*: mortis propriæ imminente periculo. *Quartus*: si communitas in magno periculo, vel necessitate constituta sit, ut Dei auxilium ad avertendum malum implorandum esse videatur: cum constet, Deum sæpè succurrere nolle, nisi per Orationes juxta suam providen-

videntiam; ergo ad hoc medium à Deo ordinatum adhibendum ex lege charitatis quivis ex populo tenebitur, & quidem sub gravi culpa, omnino tamen prudenti iudicio æstimanda. Addit Sylvester *verb. Oratio q. 8. Navar. c. 13. n. 11. Suarez cit. c. 30. in fine.* Si proximus in spirituali necessitate constitutus sit, cui aliter succurrere que nequeat, teneri tunc illum pro eo orare. Exemplum bonum in duello duorum, quod quis alibi impedire non posset. Hæc tamen obligatio merito videtur scrupulosa. Denique sermo de præcepto Divino ac naturali orandi communis & universali respectu omnium: nam in particulari variis præceptis variè sæpius obligamur orandi qui ad quatuor titulos revocari possunt: 1. Status: ut Clerici majores, Beneficiati, Religiosi juxta suas Regulas. 2. Votum speciale. 3. Præceptum. 4. Præceptum impositum à Superiore in Sacramento Pœnitentiæ.

## §. III.

*Oratio quadruplex.*

241. **O**ratio universim dividitur in mentalem tantum: & mentalem ac vocalem simul. Oratio mentalis, vel interna tantum est, que in solis internis actibus intellectus & voluntatis ( præ initiò explicatis ) absque eo, quòd voce, vel signo externo manifestetur. Oratio mentalis & vocalis, seu interna & externa simul dicitur, que simul interno cordis affectu, & externa voce exprimitur: ut illa Publicani: *Deus propitius esto mihi peccatori &c.* Et Luc. 11. *Cum oratis dicite*



*Pater sanctificetur nomen tuum.* Perperam additur Oratio vocalis tantum; Oratio enim vocalis ad hoc, ut habeat veram rationem Orationis, necessario debet habere adjunctam internam Orationem, seu devotionem, utpote ex parte voluntatis intentionem colendi Deum, & orandi: ex parte intellectus vero attentionem saltem ad verba, & ad finem Deum, prout in specie de Oratione Canonica declaratur. Nam hoc modo Moniales persolventes Divinum Officium in lingua latina, vel alii, ignoto idiomate preces formatas recitantes, verè utiliter orare possunt, & debent: quia licet non habeant nec intellectus actum internum intelligentiæ verborum, seu attentionem ad sensum verborum, nec consequenter in voluntate explicitam petitionem, vel desiderium impetrandi ea, quæ petuntur, habent tamen, ac habere possunt, & debent, & in intellectu attentionem ad verba pronuntiata, & ad finem Orationis, scilicet Deum, ut nimirum advertant, & sciant se Deum orare, ac colere, eisque supplicare pro sua, aliorumque salute: Et conformiter in voluntate habent devotionem, seu voluntatem colendi, & orandi Deum, ac petitionem, vel desiderium consensus, & implicitum eorum, quæ petuntur.

II. Oratio hæc vocalis dividitur in privatam & publicam. Oratio privata est, quam proprio suo motu & nomine homo effundit ad Deum pro se, vel pro aliis: licet enim cuivis sufficiat Oratio mentalis coram Deo, cordium potiùs quàm

verborum inspectore ; nihilominus Orationi  
 vata mentali rectè utiliterque adjungitur Oratio  
 vocalis, vel ut jam formata antea, ut sunt Oratio  
 Dominica & Psalmi, vel ut Oratio formanda  
 orante. 1. Ad excitandam interiorem cordis  
 votionem, verba enim prolata monent, excitant  
 & movent cor, intellectum & voluntatem ad  
 nam devotionem & attentionem, maxime quando  
 sunt verba S. Scripturæ. 2. Ad reddendum deo  
 tum serviendi Deo & mente, & corpore: juxta  
 lud Oseæ. 14. *Tollite vobiscum verba, & con-  
 vertimini ad Dominum, & dicite ei; Oremus  
 aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddes  
 vitulos labiorum nostrorum.* 3. Ob quandam  
 dundantiam animæ in corpus ex vehementi  
 ctione cordis, juxta illud Ps. 15. *Propter bo-  
 rum est cor meum, & exultavit lingua mea.* Oratio  
 publica dicitur, quæ auctoritate publica Ec-  
 clesiæ instituta, & in persona, ac numero totius  
 clesiæ à ministris ad id deputatis offerunt: ut  
*Missa, Hora Canonica, Officium B. Virginis, Oratio  
 sanctorum, Psalmi Graduales, & Pantheon  
 les &c.* Et hæc Oratio necessariò debet esse vo-  
 calis, & externa, ut tota populo Christiano  
 tescat, vel innotescere possit.

## §. IV.

*De Horis Canonicis, Remissive.*

**D**E his in gratiam Ordinandorum latius scri-  
 ptum est in Theologica Sacramentali parte  
 finem, in Tractatulo appendice. Quæ non  
 dentur hic operâ inutili recudenda.

## CAPUT VIII.

De Adoratione & Cultu DEO, Sanctis, Rebus sacris debito.

## SECTIO I.

De Adoratione, & Cultu Deo debito.

## SUMMARIUM.

1. Adoratio seu Cultus dupliciter sumi potest.
2. Adorationis definitio.
3. Adorationis actus: &
4. Divisio in Latiam, Duliam, Hyperduliam, & cultum politicum.
5. Dulia dupliciter sumi potest, habitualiter & actualiter.
6. Actualiter & proprie sumpta definitur.
7. Ejus actus specialissimi sunt actus Sacrificii, Templi, Altaria, Sacerdotium, & omnes Ordines Sacri.
8. Quid Dulia?
9. Quid Hyperdulia?
10. Quid sit Adoratio absoluta, & respectiva?

## §. I.

## Cultus &amp; Adoratio generatim.

**A**dorationis nomen in Sacra Scriptura dupliciter sumitur. 1. Et longè frequentius stri-  
ctè, & velut per antonomasiam pro solo cultu debito, & proprio ipsi Deo: ut patet omnibus Scripturæ locis, quibus præcipitur solus Deus adorari, vel quibus prohibetur adorari creatura. 2. Et non infrequenter accipitur generatim & largè pro quocunque cultu, vel veneratione exhibita alicui ob ejus excellentiam specialem, ut patet omnibus Scri-

Scri-

Scripturæ locis ; ubi dicuntur Angeli , homines ,  
 Prophetæ , Reges , imò & aliæ creaturæ adorati  
 loca abundè recitabimus *Seët. 2. 3. & 4.* Eodem  
 sensu D. Hieron. Apolog. adversus Ruffinum  
*Protinus , inquit , concito gradu Bethlehem meum  
 reversus sum , & adoravi presepem , & incubatorum  
 Salvatoris.* Et hac acceptione Adoratio generatim  
 sumpta , prout idem est , ac cultus , hic breviter  
 definienda , & dividenda est.

### Adorationis

#### *Definitio , & actus.*

2 **C**ultus , seu Adoratio generatim est *contestatio  
 externa , seu nota submissiois erga alterum  
 ob ejus æstimatam excellentiam :* quo  
 tenter differt ab honore , seu veneratione ; hæc  
 enim , seu veneratio præcisè dicit contestationem  
 submissiois , vel subjectionis alicujus. Unde ho-  
 norari etiam æqualis , vel inferior potest ; colari  
 rò , vel adorari minimè : cultus enim , vel adoratio  
 dicit contestationem etiam nostræ submissiois  
 aut subjectionis erga alterum ob ejus æstimatam  
 excellentiam. Unde eodem ferè modo , quo supra  
 de Religione erga Deum explicatum est , cultus  
 seu adoratio quatuor necessariò importat actus  
 duos ex parte intellectûs , & duos ex parte volun-  
 tatis. Ex parte intellectûs 1. Judicium speculati-  
 vum , quo cognoscitur alterius excellentia. 2. Ju-  
 dicium practicum dictans alteri illi hic , & non  
 ob ejus excellentiam cognitam debitum , & con-  
 gruum cultum exhibendum esse. 3. Sequitur  
 actus

actus voluntatis consentientis huic dictamini, quo nimirum vult voluntas alteri pro ejus excellentia cognita debitam reverentiam exhibere, & aliquo actu externo, vel gestu suam erga alterum subjectionem contestari, & velut notam facere. 4. Denique sequitur ipse actus externus, vel gestus aliquis ita imperatus à voluntate tanquam nota, vel contestatio submissionis erga alterius æstimatam excellentiam. Atque in hoc quarto actu, vel gestu externo ita imperato à voluntate ad contestandam submissionem erga alterius excellentiam propriè, & essentialiter consistit cultus, seu adoratio, sive erga Deum, sive erga hominem. Et patet clarus sensus definitionis traditæ.

Actus ejusmodi externi cultus, vel adorationis communis tam erga Deum, quam erga hominem possunt esse diversissimi, ut passim videre est in Scripturis Sacris. *Primus*, & præcipuus actus adorationis est prostratio in terram: sic in Veteri Testamento sæpissimè Sancti dicuntur adorasse & Deum, & Angelos, & homines proni in terram: & in Novo Testamento Matth. 2. *Magi procidentes adoraverunt eum*, scilicet Christum natum. Joan. 9. Cæcus sanatus à Christo procidens adoravit eum. *Secundus*, sola inclinatio capitis & pectoris: sic servus Abrahamæ Gen. 24. inclinavit se, & adoravit. *Tertius*, genuflexio, modus communissimus. Isai. 45. *Mihi curvabitur omne genu*. Philip. 2. *In nomine Jesu omne genu flectatur &c.* *Quartus*, Adoratio olim etiam fiebat per oscula, vel ipsi adorato, ejusque vesti, vel manui

manui propriæ, quæ adoratum tetigerat, impræ-  
 fa; etiam nunc est in usu. Denique ad modum ad-  
 orationis & cultus tam sacri, quam profani mo-  
 ritò spectat maximè apud Europæos capitis des-  
 titio; cum enim pileus sit libertatis insigne & su-  
 prema vestis hominis, verè erga alterum submi-  
 sionem, ac velut subjectionem ac servitorem pro-  
 fitetur, qui ipsi pileum deponit: quod si fiat cum  
 vero interno affectu, & animo se alteri, Deo, vel  
 homini submittendi, erit verus actus adorationis  
 & cultus, alias simplicis honoris, maximè cum  
 facit æqualis æquali, vel inferiori.

## §. II.

*Adorationis, seu Cultus divisio, &  
Species.*

- 4 **C**ultus, seu Adoratio generatim dividitur  
 tres Species scilicet: *Latriam, Duliam, &*  
*Cultum politicum*; quasi in supremam, mediam, &  
 infimam. *Adoratio suprema, Latria*, dicitur, quæ  
 redditur cultus proprius debitus Excellentie De-  
 vine infinitæ. *Media, Dulia*, dicitur, quæ reddi-  
 tur cultus debitus excellentie creatæ Super-  
 naturali minori Divinæ, majori tamen humanæ na-  
 turali, scilicet Beatis. *Infima politica, seu cultus*  
*politicus* dicitur, quo redditur cultus debitus ex-  
 cellentie creaturæ purè naturali, ut Superioribus  
 &c. *Ratio* ergò divisionis sumitur ex ratione di-  
 versa excellentiarum, cum enim adoratio, seu cul-  
 tus tribuatur alteri ob ejus æstimatam excellen-  
 tiam, tot necessariò erunt diversæ Species adora-

tionis, seu cultus, quot sunt diversæ species excellentiæ. Sunt autem tres præcipuè, *Prima est Excellentia Divina*, suprema, infinita simpliciter. Huic respondet Adoratio, & Cultus Latriæ. *Secunda est excellentia creata & supernaturalis* consistens in gratia & gloria Sanctorum: & huic respondet Adoratio & Cultus Dulix. *Tertia est excellentia creata, humana, & naturalis tantum*, consistens in humanis virtutibus, dignitatibus, potestatibus: & huic respondet adoratio, seu cultus politicus, quo coluntur homines virtuosi, docti, devoti, Reges, Principes, Superiores, Majores quivis. Hi tres species Adorationis, seu Cultus propriè, & essentialiter distinguuntur per actus internos voluntatis, volentis debitum cultum submissionis exhibere alteri ob ejus tantam, vel talem excellentiam æstimatam. Nam *prima species, Latria* dicit summam inclinationem, & demissionem voluntatis, velut in nihilum respectu sui erga Deum apprehensum sub ratione supremæ, & undequaque in omni genere perfectionis, infinitæ excellentiæ; respectu cujus nos velut nihil æstimamus; cum nullius ejus propriæ perfectionis capaces simus: & respectu cujus reverà nihil sumus: cum finiti ad infinitum nulla sit proportio; & subtracto ejus concursu, ac influxu continuo conservativo mox in pristinum nihilum recideremus.

§. Hunc affectum cultus Latriæ patheticè expressit S. P. N. Franciscus ita Deum nostrum adorare solitus: *O Domine quis tu? quis ego? Tu*

omnia, ego nihil! Tu abyssus entis & boni! Ego abyssus nihili, & mali! Tibi ergo abyssali humilitate, & veneratione me posterno: O Deus meus & Omnia. Apud Cornel. à Lap. in cap. 17. ad adv. 25. sub finem.

*Secunda species*, *Dulia* dicit longè minorem inclinationem, & dimissionem voluntatis erga Sanctos apprehensos sub ratione supernaturalis excellentiæ, nimirum consummatæ gratiæ, gloriae, & amicitiae Divinæ, majoris quidem humanæ, sed adhuc infinitè minoris Divinæ: respectu quorum proindè non omninò nihil sumus: quippe eisdem supernaturalis excellentiæ capaces, tamen adhuc carentes meritò submittendi.

3 *Tertia species*, *Cultus politicus* dicit adhuc longè minorem inclinationem, ac submissionem voluntatis erga alium hominem apprehensum sub ratione certæ excellentiæ humanæ, naturæ in virtute, dignitate, superioritate; respectu quorum proindè non nihil, sed benè aliquid sumus: quippe ipsis naturâ & capacitate ejusdem excellentiæ æquales, & fortè in alio genere excellentiæ superiores; interim tamen quatenus ipsi nos excellunt meritò submittendi. At verò non necessario istæ tres species distinguuntur, nec facile distingui possunt per actus, seu gestus externos: omnes enim actus adorationis, seu cultus externi supra assignati ferè communes sunt omni adorationi, & cultui Dei, Sanctorum, hominum, præter actum Sacrificii soli Deo debitum. Neque opus est: sufficit ergò distingui per actus internos.



qui sunt forma, & velut anima actuum externo-  
rum adorationis & cultus. Undè imperitè, & in-  
fultè Hæretici (nominatim Philipp. Hailbronner  
in suo Opere A catholicis sibi  
mantrari, quomodo gesticulandum sit in cultu  
Latriæ erga Deum? & quomodo in cultu Dulix,  
vel Hyperdulix respectu Sanctorum, vel Virgi-  
nis?

§. Denique quoad nomina istarum specierum  
sciendum est, neque in Hebræa, neque in Latina  
lingua dari nomina propria distinctiva istarum  
specierum, sed omnia communia. Similiter &  
Græca nomina Latria ΛΑΤΕΙΑ & Dulia in signifi-  
catione Græca communia sunt, utrumque enim  
significat servitatem, vel cultum.

## §. III.

Latria speciatim, Adoratio Deo soli debita.

I. L A T R I A vox græca, latinè idem est ac servitus: **S**  
Lex usu DD. significat servitium, ac cultum  
soli Deo exhibendum. Et potest accipi habitua-  
liter pro virtute & habitu inclinante hominem ad  
exhibendum Deo debitum servitium, ac cultum  
externum: & sic Latria idem est cum virtute Re-  
ligionis, hoc solo discrimine, quòd Religio ge-  
neraliter respiciat omnem cultum Deo exhiben-  
dum, tam internum, quàm externum: Latria ve-  
rò specialiter respiciat servitium, & cultum Dei  
externum, simul tamen cum actu interno exhi-  
bendum.

II. Communiter tamen Latria accipitur actua-  
liter pro actuali cultu & adoratione Dei externa,

& sic idem est ac adoratio strictè sumpta pro cultu soli Deo debito, in S. Scriptura passim omnibus locis, quibus aut præcipiunt solus Deus adorari, & prohibetur adorari creatura, ut Deuter. 6. *Matth. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Apocal. c. 22. Joannes apparente sibi Angelo ait: *cecidisti ante pedes ejus, ut adorarem, & dixit mihi: vide, ne feceris, conservus enim tuus sum &c. Deum adora.* In quem locum S. Augustinus q. 61. in Genes. Talis apparuerat Joanni Angelus, ut pro Deo posset adorari, & ideo fuerat intelligendus adorator. Eodem sensu D. Hieronimus contra Vigilant: *Quis, O insanum caput, quando Martyres adoravit? Quis hominem adoravit Deum?* Eodemque sensu adorationem præcipuè accipiunt SS. PP. strictè, prout & accipitur in illo trito versiculo:

*Effigiem Christi, cum transis, semper honoras.*

*Non tamen effigiem, sed quem designat, adoras.*

Rectè denique Perrier. in c. 32. Gen. ad verbum latinum verbum *adorari* non esse ferè in usu, & que in vulgari Christianorum sermone, nihil aliud veri, soliùsque Dei cultu. Atque adeò adorationem propriè sumpta, & Latria actualis omnino idem sunt, & synonyma: cujus proinde est

Definitio.

- 6 III. **L**atria, seu Adoratio propriè dicta est actus externa Religionis, quo per contumeliam tem corporis gestum, aliave actione sacra externa protestamur nostram subjectionem erga Deum summum omnium, & Excellentissimum Dominum.

ius increatam & infinitam excellentiam, adeoque tribuimus ei summum, & Divinum honorem. Sic ex communi Valent. rom. 3. disp. 6. q. 3. part. 1. Liqueat definitio sufficienter ex hactenus dictis. Differentia Patriæ & Adorationis huius soli Deo propriæ principaliter & universaliter desumitur ab actu interno Religioso voluntatis, volentis tali actu externo colere ipsum Deum, ac protestari suam infimam submissionem, ac subjectionem erga Deum, ut supremum nostrum Dominum ob eius supremam & infinitam excellentiam, ut §. preced. explicatum, quicumque deinde sit ille actus externus: generaliter enim omnis actus externus moraliter bonus, imò & indifferens potest esse actus Patriæ & adorationis, quatenus à virtute Religionis ordinatur ad cultum Dei. Speciales actus sunt prostratio, inclinatio, genuflexio &c. facti in cultum ipsius Dei.

IV. Specialissimi autem actus Patriæ sunt actus Sacrificii, & quæ ad ipsum referuntur; Temppla, Altaria, Sacerdotium, ac Sacri Ordines omnes. Nam Sacrificium, quo Deo res sensibilis immutata, vel destructa offertur in recognitionem ejus supremi Domini, profitemur & contestamur nostram omnimodam subjectionem erga Deum ut supremum & excellentissimum vitæ & mortis Dominum: cum autem nulli alteri, nisi soli Deo debeat talis omnimoda subjectio, tanquam primo principio, & supremo Domino vitæ & mortis, perspicuum est, Sacrificium & maxime Sacrosanctum Missæ, quâ ipsa persona Divina

religiosè offertur & deberi uni soli Deo. Hinc est illa pulcherrima sententia D. Aug. l. 10. De Civitate Dei. c. 4. *Multi de cultu Divino usurpata sunt, qua honoribus deferuntur humanis, sive humilitate nimia, sive adulatione pestifera, ita tamen, quibus ea deferuntur, homines habentur, qui dicuntur colendi & venerandi; si autem est meritum additur, & adorandi. Quis vero sacrificandum censuit, nisi et, quem Deum aut seruum aut putavit, aut finxit? Hæc Aug. unde etiam Exod. 22. dicitur: Qui immolat Divi, occidit praterquam Domino soli.*

§. Hæc de Sacrificio intellectu communissimo. At singulari & arcaniori intellectu Sacrificio contestamur tam omnimodam nostram subordinationem, subjectionem, ac dependentiam erga Deum supremum, & undequaque excellentissimum Dominum, tantamque Dei super nos eminentiam, potestatem, ac dominium, ut dignissimum agnoscamus, ac profiteamur nos ipsos destruere, ac immolare, sicque velut in nihilum recedere in honorem, cultum, & obsequium Dei: necque enim aliter istam omnimodam dependentiam & abyssale nihilum nostrum respectu Dei representare, ac profiteri perfecte possumus. Verum quia hoc non expedit, nec ipse Deus vult, loco nobis quasi substituiamus, immolamus, ac destruimus aliam rem sensibilem; in Veteri quidem Lege boves, oves, vitulos, hircos &c. in figuram. In Nova autem Lege ipsum Corpus & Sanguinem Christi, ad hocque concomitanter totum Christum Deum &c.

*Hominem*: Idque non solum mystica repræsentatione, velut mortuum sub mortui speciebus panis & vini redactum, ac per modum cibi ac potûs sumendum; verum etiam aliquantulum physicè ita consummendum in nobis, quoad illud esse Sacramentale, ut si defacto non haberet esse aliud, nisi in Sacramento, reverà consumptis speciebus Sacramenti, deberet desinere esse. Obstupescite cœli super hoc. Sed hoc piè incidentaliter. Ex dictis patet, quòd actus Latriæ, seu Adorationis Divinæ quoad differentiam ab aliis cultibus, etsi primariò, & universaliter, ut dictum est, dignoscatur ab intentione interna voluntatis, ita singulariter volentis colere Deum; secundariò tamen etiam dignoscitur ex actu externo, qui ex natura, vel conditione sua, aut consuetudine communi soli Deo exhiberi debet. Ut sunt maximè actus Sacrificii, & si qui alii.

## §. IV.

*Dulia, Hyperdulia.*

**D**ulia itidem vox græca ex primæva institutione significans servitutem generatim: unde Theodulus, Cosmodulus, servus Dei, servus mundi, ex usu & appropriatione DD. significat eum cultum, qui creaturis exhibetur ob earum excellentiam creatam quidem, sed singularem, ac supernaturalem. Potestque accipi aut habitualiter pro virtute & habitu inclinante ad eum cultum, & actualiter, pro ipso actuali cultu Sanctorum, ut suprâ Latria: & sic nos accipimus.

D d 3

Defi-

*Definitur.*

I. **D**ulia est cultus sacer externus, quo gellamur vel actu aliquo externo contestamur nostram submissionem erga creaturas sanctas ob eorum excellentiam creatam supernaturalem gratiam scilicet, & gloriæ; ac proinde solis Angelis, Sanctis defunctis exhibendus est hic cultus, quoque, de quorum gratia, sanctitate, & gloria constat; exhibitus tamen olim Prophetis & Sanctis viris, ut infra videbitur.

Cultus hic Duliaæ medius est inter Divinum religionis, seu Latria, & cultum politicum; a cultu Divino differt, quia creaturam, ejusque excellentiam creatam respicit: à cultu politico differt, quia ille respicit excellentiam sacram supernaturalem, iste verò naturalem, vel politicam tantum. Denique subdividitur in Duliam simplicem, & Hyperduliam. Dulia simplex & communis est cultus, quo coluntur Sancti communiter ob eorum ordinariam excellentiam supernaturalem gratia & gloriæ.

*Hyperdulia.*

9 II. **E**st, quâ specialiter colitur creatura sancta ob extraordinariam aliquam excellentiam supernaturalem. Hoc nimirum cultus Hyperduliaæ defacto colitur. B. V. Maria Mater Dei ob ejus duplicem extraordinariam excellentiam supernaturalem: 1. Gratia & Gloriæ singularis super omnes Angelos & Sanctos. 2. Ob ternitatis Dei, ac proximæ consanguinitatis cum Christo Filio Dei, quam *Suarez 3. part. 1. c. 2. q. 1.*

diff. 1. Sect. 2. meritò vocat quandam quasi affinitatem cum Deo.

Eodem cultu Hyperdulix colenda est sacra Christi Humanitas seorsim sumpta à Verbo. Ut habet communis DD. cum S. Th. 3. *paræ 9. 25. 4. 1. Et Scot. in 2. dist. 25.* adeò, ut Christo duplex exhibendus sit cultus & adoratio: & Latriæ tanquam Deo ob excellentiam Divinitatis; & Hyperdulix ut Homini ob excellentiam supernaturalem maximam super omnes creaturas sacre Humanitatis, nimirum supremæ Gratiæ & Gloriæ, & Unionis Hypostaticæ ad Verbum: attamen practicè & absolute solum cultu Latriæ adorandus est tanquam Persona Divina, & non Hyperdulix, nisi fortè à docto intelligente, ob periculum hæresis duas personas in Christo fingentis, & scandali.

*Adoratio absoluta, & respectiva.*

III. **A** Doratio absoluta, & per se quoad Sanctos dicitur, quæ exhibetur Sanctis ob eorum propriam & intrinsecam excellentiam gratiæ & gloriæ, & hæc dicitur Dulix, & Hyperdulix, distincta prorsus ab adoratione Latriæ, ut dictis patet. *Adoratio respectiva*, & per accidens quoad eosdem Sanctos (& maxime res sacras, Imagines, Reliquias &c. de quibus *Sect. 4.*) dicitur, quæ exhibetur Sanctis ob respectum singularem ad Deum per modum singularis imaginis, filiationis, amicitix, templi Dei; & præcipue sic coli possit B. V. Maria ob singularissimum respectum ad Deum, non solum perfectissimæ Imaginis

ginis, Filia, Amicæ, sed etiam Matris Dei. Et hæc adoratio spectat ad virtutem Religionis & Patriæ, tanquam ejus actus secundarius, quem modum dilectio proximi propter Deum spectat ad virtutem Charitatis Divinæ tanquam actus ejus secundarius. Verùm etiam hic rectè monentur DD. in praxi præsertim à simplicibus non stultis & intelligertibus abstinendum esse ab hoc cultu, & adoratione respectiva Patriæ in Sanctis, atque etiam ipsa B. V. Maria ob periculum idololatriæ: ut docet etiam S. Th. cit. a. 3. ad 3. dicens: creatura rationali debetur reverentia propter se ipsam, & ideo si creaturæ rationali, in qua est imago Dei, exhibetur adoratio Patriæ (respectiva nimirum) posset esse erroris occasio, ut scilicet motus adorationis sisteret in homine, in quantum res quædam, & non referretur in Deum, cujus est imago. Sic S. Doctor, qui tamen alibi 2. 2. q. 84. ad 1. expressè fatetur: Deum olim in Angelis ipsam repræsentantibus potuisse coli Patriæ, & merito,

*Præmonitio.*

IV. **H**is ita necessariò prænotatis pro necessitate explicatione terminorum accedendum est ad materiam maximè propriam primo Præcepto Decalogi, quod sicut affirmativè præcipit debitum cultum exhibere, ita negativè prohibet cultum Deo debitum, ac proprium exhiberi aliæ creaturæ. Videndum ergò, quis cultus Deo, quis verò Sanctis, ac rebus sacris exhiberi possit, ac debeat, salvo primo Præcepto. Sectiones ergo sequuntur



sequentes mixtæ erunt Theologico-controversisti-  
cæ, sed summò compendiò decerptæ ex *Card. Bel-*  
*larm. Becan. Gregor. de Valent.* Sunt enim con-  
trovertiæ omnium communissimæ, scitu admo-  
dum necessariæ omni Fideli, Pastori maximè,

## S E C T I O II.

Latria, & Adoratio primò Præceptò  
mandata.

## S U M M A R I U M.

11. Præcepto divino positivo primo Decalogi obligamur ado-  
rare Deum Cultu Latria;
12. Affirmativè quidem tempore & modo à Deo, & Ecclesia  
determinato
13. Negativè verò semper obligamur non tribuere ulli crea-  
turæ cultum sicut Deo.
14. Nihil ergo hoc primo præcepto prohibetur tanquam ido-  
latria, quam cultum Deo debitum tribuere creaturæ,  
sicut Deo.

## A S S E R T I O I.

Præcepto Divino primo Decalogi naturali &  
positivo Deus optimus, maximus adorandus  
est adoratione Latria omnium perfectissima, quâ  
nimirum contestamur nostram subjectionem ad i-  
psam, ut supremum omnium Dominum, supreme  
& infinitæ Excellentie super omnes. Affirmativè  
quidem tempore, & modo determinato ab ipso  
Deo, vel Ecclesia: negativè verò, ne ulli unquam  
creaturæ exhibeatur cultus, seu honor sicut Deo.  
Nihil ergo primo præcepto prohibetur tanquam  
idolatria, quam honorem Deo debitum tribuere  
creaturæ, sicut Deo. Ita omnes Orthodoxi. Ex-  
plico breviter.

## §. I.

*Præcepto Divino primo Decalogi.*

**I** *N*am præceptum primum Decalogi licet terminis negativum, *non habebis Deos alios nos coram me, non adorabis ea, neque coles* virtute tamen simul est affirmativum: *habebis solum verum Deum, me solum adorabis & coles; prout clarius exprimitur Deut. 6. & Mat. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Præceptum verò naturale dicitur ipsa ratio cuiusvis rationis capaci: quâ constat cuiusvis præstantiæ excellenti pro ratione suâ excellentiæ & dignitatis dignum cultûs honorem esse tribuentem. Cum ergo Deus naturâ suâ sit summâ & infinitâ excellentiæ, consequens est, eum summâ & perfectissimâ quâdam adoratione esse colendum, quâ proprio nomine vocamus Latriam, quâ seipsum contestemur nostram infimam subjectionem esse Deum, ut supremum omnium Dominum, Autorem, Principium, & Finem universorum, summam ac infinitam prorsus supra omnes excellentiam. Unde D. August. *lib. 1. de Trinit. c. 6. Substantiam non servire creatura, sed Creatori.* (ad Romanos 1.) Non eo modo, quo jubemur per charitatem servire invicem (*ad Galat. 3.*) quod Græcè *dulévin*; sed eo modo, quo Deo tantum servitur, quod est Græcè *iatrévin*. Secundum hanc enim servitutem dictum est: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Quod autem Deo invisibili & inspectori cordium cultus actu externo sensibili exhibendus sit cultus &

oratio, constat ex Scripturis Sacris ejusmodi cultum externum & commendantibus, & præcipientibus, præfertim diversis Sacrificiis; cujus rationem benè dat D. Joan. Damascen. *lib. 2. de Fide Orthodoxa c. 13.* Quia sicut ex duplici natura compositi fumus, corporali, & spiritali, ita convenit, ut utriusque naturæ operibus, internis scilicet animæ, & externis corporis protestemur nos omnia debere Deo. Et D. Aug. *lib. de cura pro mortuis habenda c. 5.* aliam indicat rationem dicens: quia externi ejusmodi gestus & actus corporis habent miram vim ad fovendum & augendum internum affectum erga Deum: ita loquens: *ne scio, quo pacto cuncti motus corporis, cum non possint, nisi motu animi procedente fieri, eisdem exteriorius visibilibus factis, ille interior invisibilis, qui eos fecit, augeatur: ac per hoc cordis affectum, qui in fierent hac, præcessit, quia facta sunt, crescit.* Hæc S. Doctor Aug.

§. II.

*Affirmativè quidem tempore & modo ab ipso Deo vel Ecclesia determinato.*

**N**am præceptum illud naturale positivum primum Decalogi de adorando solo Deo ex se non determinat, nec certâ tempora, nec certos ritus, vel modos, quibus colatur Deus, sed in veteri quidem Lege ab ipso Deo per Moysem determinatum fuit diversissimis ac plurimis præceptis positivis cæremonialibus appellatis, quoad tempus ad diem Sabbathi & certa Festa, quoad modum verò ad diversissima Sacrificia, aliàsque cæremo-

remonias : in nova autem Lege (præter præcepta Christi de Sacrificio Missæ & Sacramentis) ab Ecclesia determinatum fuit universaliter quidem omni populo Christiano ad diem Dominicam quâ Deus auditione Missæ & Religiosa feriatur colatur, de quibus speciatim in tertio præcepto specialiter verò pro Clericis loco & nomine Populi Christiani ad quotidie persolvenda divina Officia, aliósque certos ritus per annum.

## §. III.

*Negative verò obligat.*

13 **U**T nulli creaturae tribuatur Divinitas, sicut Deo. In quo consentiunt omnes Christiani, & evidenter constat ex terminis præcepti: *Non habebis Deos alienos. non facies tibi sculptile, non adorabis &c.* De peccatis oppositis agitur c. seq. latè per totum. Verum controversia est gravissima inter Catholicos & Hæreticos nostri temporis, quidnam præcisè & adquatè prohibeatur primo præcepto tanquam idololatria? Hæretici enim, ut evertant ritus religiosos Catholicorum impudenter & malitiosè contendunt præcepto hoc prohiberi, tanquam veram idololatriam, omnem profus cultû tam ipsius Dei, quàm Sanctorum &c. qui sine expresso verbo Dei exercetur, & usurpatur: atq; adeo non tantum cultum & invocationem Sanctorum, venerationem Sacrarum imaginum, Reliquiarum &c. verum etiam Sacrificium Missæ, adorationem Sacrosanctæ Eucharistiæ, omnesque ferè Catholicos ritus colendi Deum, blasphemant, esse idololatriam primam.

Præcepto Decalogi prohibitam, quodd scilicet non  
 exister, expressum Dei verbum, seu mandatum e-  
 usmodi cultus. Idque confirmare nituntur ob-  
 scuris quibusdam locis, quæ latissimè refert, & o-  
 pime explicat, & refutat Gregor. de Valent. tom.  
 3. disp. 6. q. 10. punct. 1. per totum, quem consule.  
 Contra hos ergo pro fundamento dicendorum in-  
 sequentibus, dixi ulterius in Assertionè :

## §. IV.

*Nihil prohibetur eo præcepto tanquam idololatria,  
 quam honorem DEO debitum tribuere  
 creature, sicut DEO.*

Ta omnes Orthodoxi. Ratio clara est: Quia 4  
 primo Præcepto in terminis prohibetur idolo-  
 latia: *Non habebis Deos alienos coram me, non  
 facies tibi sculptile: non adorabis ea, neque coles:*  
 sed vera idololatria nihil aliud est, quàm creaturæ  
 alicui v. g. idolo, dæmoni, vel homini, Divinum  
 cultum tribuere, sicut Deo; ergo id solum, & ni-  
 hil aliud prohibetur primo Præcepto: minor præ-  
 terquam, quòd ex ipsa nominis ethimologia pa-  
 teat,  
 I. Probatur ex S. Scriptura, quæ ubique cul-  
 tum veri Dei per antithesin opponit cultui idolo-  
 rum, & falforum Deorum, & idololatriam ceu  
 phrasi Hebreâ fornicationem vocat, cultum idolo-  
 rum, simulachrorum, falforum Deorum, adorare o-  
 pera manuum hominum, quæ oculos habent, &  
 non vident: Loca sunt innumera, & ubique ob-  
 via: Ex. g. Sap. 14. *Hac fuit vita humana de-  
 ceptis,*

ceptio, quoniam aut affectus, aut Regibus deservientes homines, incommutabile nomen lapideum & lignis imposuerunt. Et luculenter Jer. c. 2. invectus in idololatrias: Mutavit gens Deus & certò ipsi non sunt Dii. Populus vero mutavit gloriam suam in idolum. O superbi cæli, super hoc, & porta ejus desolamini vehementer: Duo enim mala fecit populus meus: reliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt foveas sternas &c. Non potuit Propheta clarius expone-  
 mere idololatriam, non solum continere aver-  
 sionem à verò Deo, sed etiam conversionem ad crea-  
 turam fragilem, scilicet idolum, ut ad Deum  
 Divino honore colendum, quod mox magis ex-  
 primit dicens: dicentes ligno: Pater meus es tuus  
 lapidi: tu me genuisti. Perierunt ad me verum  
 & non faciem, & in tempore afflictionis suæ  
 surge & libera nos: ubi sunt Dii tui, quos fecisti  
 tibi? surgant, & liberent te in tempore afflictionis  
 tuæ &c. Ergo idololatria vera non potest consistere  
 cum cultu aliquo ipsius veri Dei, sed dicitur  
 tum creaturæ, vel idoli, tanquam Dei.

II. Confirmatur id ipsum luculenter testimoniis  
 SS. PP. Tertullian. lib. de Idol. initio: Idololatria  
 Deo fraudem facit, honores illi suos negat, &  
 conferens aliis &c. Lactant. lib. 1. Divinit. c. 19.  
 negant factum esse unquam, ut qui verum  
 Deos colit, etiam Deum coluerit: neque fieri po-  
 test: Quoniam si honos idem tribuatur aliis,  
 omnino non colitur. S. Gregorius Nazianzenus  
 Orat. in Christi Nativit. Idololatriam dicitur

Adorationis à Deo ad creaturam translationem. D. Augustinus lib. 1. de Trinit. c. 6. *Fubemur* *servire &c.* addit: *Unde Idololatra dicuntur, qui simulacris eam servitutem exhibent, qua debetur Deo; secundum hanc enim servitutem dicitur est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* D. Ambros. in c. 1. ad Ephel. *Idololatria Dei honorificentiam usurpat, & vindicat creatura.* Similia alii passim. Nullo ergo sensu Scripturæ, vel SS. PP. cultus aliquis veri Dei potest vocari idololatria.

III. Nihil urget principale fundamentum Hæreticorum ex Deut. 12. Ubi variis præceptis præscripto cultu veri Dei adjicitur novum præceptum: *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas:* Ergo (inferunt) quidquid in cultu etiam veri Dei in verbo Dei præceptum non est, prohibitum est, superstitiosum est, idololatria est. Idque confirmant aliis locis Scripturæ: attamen re ipsâ loquentibus de cultu idolorum, & non veri Dei, ut bene monstrat *Valent. sup. cit.* Hoc Achille eversum & prostratum volunt omnem prorsus cultum religiosum Catholicorū, etiam circa verum Deum Christum, Eucharistiam, nedum circa Sanctos, vel res sacras. Responsio plana, patens, & facilis est: Nihil ad nos; præceptum enim illud: *hoc tantum facito Domino &c.* ex claro contextu præcisè respicit, & determinat illa præcepta cæremonialia data Judæis, & Sacrificiis, & ritibus in Dei cultu adhibendis; & prohibet aliquid addi, vel mi-

nu,

nui, ne scilicet populus ille carnalis in superstitio-  
 nes, vel idolatriam deflecteret: atqui præceptum  
 illa cæremonialia, sicut & Legalia vetera per  
 novam Legem abrogata nihil ad vos Christianos  
 spectat: neque illud præceptum superadditum ad  
 illud quod verum est omne peccatum contra illud præ-  
 ceptum in vero Dei cultu factum fuisse idolatriam  
 nam etiam prohibitum erat extra Templum, vel  
 cum à Deo electum offerri Deo Sacrificia: At  
 quomodo unquam dixit ( præter malitiosos Hæreticos )  
 extra Templum Sacrificium offerre Deo fuisse  
 idolatriam? Quod clarè significatur 2. Paralip.  
 33. ubi dicitur descriptâ poenitentia Manasse  
*Qui postquam coangustatus est, oravit Dominum  
 Deum suum: & egit poenitentiam valde: & ab-  
 stulit deos alienos, & simulacra de domo  
 Domini: &c. præcepitque Judæ, ut serviret Dominus  
 Deus Israël.* Tandem subditur: *Attamen adhuc  
 populus immolabat in excelsis Domino Deo suo.*  
 34. & 35. ubi dicitur: *Attamen adhuc populus  
 septuaginta habent: Populus immolabat: sed  
 Domino Deo suo.* Sensus manifestus est, etsi  
 idolatria sublata fuerit, attamen adhuc peccatum  
 populus extra locum debitum immolando, non  
 quidem idolis, sed Domino Deo, non utique  
 simpliciter peccato idolatriæ, sed alio inobedienti-  
 æ modo.

IV. Insuper posito ( minimè concessio ) præ-  
 ceptum illud etiam spectare ad nos Christianos  
*Respondetur:* Illo præcepto excludi non omnem  
 prorsus cultum qualicumque modo non præ-  
 ceptum, sed illum tantum, qui ita non est præ-



ptus, ut etiam sit prohibitus, quod tripliciter probatur. 1. Ex toto contextu ejusdem Deuter. 12. Ex quo constat Deum solum voluisse excludere ritus impios gentium, utique prohibitos. 2. Ex phrasi Scripturæ in aliis locis, quibus non præceptum idem dicitur, ac contra præceptum vel prohibitum, ut Deuter. 17. *Cum reperti fuerint apud te &c. vir aut mulier, qui faciant malum &c. & adorent solem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi*, id est, prohibui. 3. Certissimè constat ex Scripturis cultus aliquos voluntarios esse Deo gratos, quamvis à Deo non sint præcepti: ut votum, juramentum, observatio aliquorum Festorum ob beneficiorum memoriam, uti absque omni Dei mandato factum est. *Judith. 15. Esther. 9.* Item cælebs vita ad purius serviendum Deo, de quo Apost. 1. *ad Corinth. 7. Præceptum Domini non habeo*: latè tamen commendat virginitatem & vitam cælibem. Denique etsi de multis ritibus colendi Deum nullum exstet præceptum scriptum, sunt tamen præcepta tradita ex traditione Apostolica, & Auctoritate Ecclesiæ proposita, quam frustra nituntur adversarii evertere. Itaque quoad ritus Ecclesiæ in colendo Deo, Christo, Eucharistiâ, nullam prorsus possunt ostendere idolatriam Hæretici, nisi ex falsissimo principio, modo everso; omnem cultum etiam veri Dei absque ejus expresso mandato esse idolatriam. Hoc autem multò magis urget in cultu Sanctorum, & Rerum sacrarum. Sit ergo

## SECTIO III.

## De Cultu &amp; Invocatione Sanctorum.

## SUMMARIUM.

15. *Primo præcepto Decalogi non prohiberi, sed licitum esse cultum Dulia Sanctorum.*
16. *Probatur I. Ratione:*
17. *II. Ex Scriptura & SS. Patribus multipliciter.*
18. *Objectiones Hereticorum*
19. *Solvuntur.*
20. *Sanctos pro nobis orare.*
21. *Ac proinde salubriter à nobis invocari, probatur multipliciter.*
22. *Objectiones Hereticorum*
23. *Diluuntur.*

## ASSERTIO II.

15 **P**rimo Præcepto Decalogi minimè prohibetur, sed licitum & sanctum est, Sanctos Angelos, homines, seu animas beatas in cælis colere, cultu aliquo sacro & religioso, majori, quam civili & politico: quem vocamus *culium*, vel *adorationem Dulia*. Est de Fide Catholica, definita in Conciliis, maximè in Synodo secunda Nicensi. Et novissimè in Concil. Trid. Sess. 25. in Decreto de Purgatorio. Est omnium Catholicorum contra omnes Hæreticos nostri temporis, paucos eorum veteres Antesignanos: *Wicleffum*, ac alios.

## I. Probatur Ratione.

16 **P**rimo Præcepto prohibetur solum idololatria, quâ creaturæ divinus honor tribuitur, sicut Deo: utpote animo protestandi suam inferioritatem erga alterum, ut Deum seu supremum

Dominum suum: atqui talis cultus seu adoratio  
 minime tribuitur Sanctis, sed longè inferior, quò  
 scilicet contestamur nostram submissionem erga  
 Sanctos ob eorum excellentiam creatam super-  
 naturalem, ut speciales amicos Dei, Principes  
 celi, Patronos & Advocatos nostros apud Deum,  
 ut constat omnium Catholicorum consensu, &  
 confessione: Et Hæreticis oppositum impuden-  
 tissimè mentientibus in Catholicos optimo jure  
 respondetur, quod respondit *D. Hier. Vigilantio*  
 Hæretico, qui primus fermè cultum Sanctorum  
 impugnavit, & idololatriam vocavit: *Quis d*  
*injunum caput! aliquando Martyres adora-*  
*vi? Quis hominem putavit Deum?* Deinde  
 insaratio dicitur, cuius personæ excellenti pro ra-  
 tione excellentiæ debitum, ac congruum exhiben-  
 dum esse cultum honorem, vel venerationem: sed  
 Sancti Dei habent excellentiam peculiarem super-  
 naturalem, etsi infinite inferiorem Divinâ, ta-  
 men etiam multò majorem & superiorem omni  
 profus excellentiâ humanâ naturali, utpote in-  
 ammissibilis gratiæ, & amicitia Dei, ac sempiternæ  
 gloriæ: ergo debetur eis cultus aliquis, utpote in-  
 terior cultu divino, major tamen cultu civili, &  
 politico, adeoque inter utramque medius, quem  
 vocamus *Dulia*.

Denique si honor civilis debetur civili, seu hu-  
 manæ virtuti, sapientiæ, potentiæ, nobilitati &c.  
 Ergo honor plus quàm civilis debetur supernatu-  
 rali virtuti, sapientiæ, dignitati &c. Sed Sancti  
 in æmense excellunt supernaturali virtute, &  
 sancti.

sanctitate consummata, sapientiâ perfectissimâ  
 clara visione Dei, & omnium rerum in Deo  
 speculo relucentium, ac potentiâ, nobilitate, dig-  
 nitate velut Reges, & Principes cœlestes. *Luc. 12.*  
*Ego dispono vobis Regnum &c. (Apo. 3.)*  
*vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.*  
 alibi: ergo Sanctis debetur honor, seu cultus  
 quis altior, & plus quàm civilis, ac politicus.

*II. Ex S. Scriptura, & Patribus.*

17 **C**ertissimè constat ex Sacris Litteris, crea-  
 tum, etiam à Sanctis, & sanctè, qualem nos  
 mus exhibendum Sanctis, & *Duliam* vocantem.

I. Psalm. 98. *Adorate scabellum pedum*  
*quoniam Sanctum est.* Quo scabello intelligitur  
 arca Testamenti, uti vocavit Salomon I. Paral.  
 28. dicens: *Cogitavi, ut edificarem domum,*  
*quæ requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum*  
*pedum Domini Dei nostri.* Et Psalm. 134.  
*Introibimus in tabernaculum ejus, adoramus*  
*in loco, ubi steterunt pedes ejus.* Et mox  
 quitur: *Surge Domine in requiem tuam, in*  
*arca sanctificationis tue:* Atqui certum est,

sermonem esse de aliquo cultu, utique non  
 politico, sed aliquo altioris ordinis, & sacro  
 excellentiam aliquam supernaturalem, quoniam  
*Sanctum est,* ait textus: ergo licitus & factus  
 est aliquis cultus plus quàm civilis creaturæ, quoniam  
 lem nos Sanctis exhibemus, ac *Duliam* vocamus.

II. In eadem Scriptura referuntur etiam  
 geli adorati, etiam ab hominibus sanctis, & p-

dentibus *Gen. 18.* Abraham tres Angelos in specie hominum sibi apparentes adoravit pronus in terram. Similiter *Gen. 19.* Loth duos Angelos adoravit pronus in terram. Nec verisimilis est Hæreticorum responsio, dicentium: Abrahamum & Lothum illos Angelos putasse homines esse, & ideo cultu solum politico adorasse. Clarius n. 22. *Aperuit Dominus oculos Balam, & vidit Angelum stantem evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram.* Audis, non prius adoravit, quam Angelum cognovit: ridiculum autem est dicere, Angelis deberi cultum humanum civilem politicum. Item *Josue 5.* cum vidisset Josue virum stantem evaginato gladio, dixit: *Noster es, an adversariorum? Qui respondit: nequaquam, sed sum Princeps exercitus Domini, & nunc venio: continuo cecidit Josue prostratus in terram, & adorans ait &c.* Non adoravit ut Deum cultu Læviticæ, quia Angelus dixerat, se esse ministrum Domini. Nec ut hominem cultu civili, quia non prius adoravit, quam intellexit esse Angelum, Dei Legatum: ergo aliquo cultu medio, sacroque, quem *Dulia* dicimus. Nec potest dici: Josue malefecisse & idololatriam commisisse; quia Angelus non solum eum non prohibuit ab adoratione, sed etiam majorem reverentiam injungens dixit: *Salve calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim, in quo stas, sanctus est.* Nec locus ille aliàs profanus in campetribus Jericho erat sanctus, nisi ex præsentia Angeli.

III. Eadem S. Scriptura refert etiam Sanctos homi-

homines adoratos. *1. Reg. 28.* Saul adoravit  
 animam Samuelis sibi apparentem: certum  
 est animabus defunctis non competere  
 cultum civilem politicum. Nec potest dici  
 errasse, quia nec Samuel, nec Scriptura eum  
 apprehendit. *Item 3. Reg. 18.* *Abdias* vir factus  
*cecidit super faciem suam* adorans Heliam. Non  
 potest dici adorasse cultu civili ob excellentiam  
 humanam: major enim erat *Abdias*, unus  
 Principibus Regni, *Heliâ* privato homine: ad-  
 vit ergo cultu aliquo sacro ob excellentiam super-  
 naturalem, scilicet ut Prophetam, & hominem  
 Dei singulari sanctitate excellentem. *Item*  
*Reg. 2.* *Videntes autem filii Prophetarum,*  
*erant in Jericho, è contra dixerunt:* *Requirit*  
*vit Spiritus Helie super Helisæum:* *Et occur-*  
*tes in occursum ejus adoraverunt eum pro-*  
*in terram.* Quem locum aptissimum de  
 ratione hominis plusquam civili & sacra ob  
 supernaturalem excellentiam suo more corrup-  
 Lutherus in sua versione, erasâ particula  
 Cum tamen habetur in omnibus profus ex  
 plaribus Latinis, Græcis, & Hebraicis. *Tan-*  
*Daniel. 2.* Nabuchodonosor adoravit *Dani-*  
 lem: Quis autem dicat potentissimum Regem  
 adorasse Daniele, unum ex suis captivis, ob  
 civili politico ob humanam excellentiam? ad-  
 ravit ergo cultu majori, & sacro, ob excellentiam  
 supernaturalem, tanquam hominem Deo plene  
 & minimè per errorem, nam adorans dixit: *De-*  
*us vester, Deus Deorum est, Dominus Regum*

revelans mysteria, quoniam tu potuisti aperire hoc Sacramentum.

§. Nec refert (quod ineptissime cavillantur Hæretici) in Scriptura non referri non adorationem hominum Sanctorum in cœlo, quia in Veteri Testamento nullus adhuc Sanctus fuit in cœlo; in Novo autem Testamento, quando scriptum est, adhuc pauci.

IV. Probarur auctoritate irrefragibili, ac unanimi consensu SS. PP. Græcorum, & Latinorum, totius Antiquæ Ecclesiæ. Ex Græcis omnes. Origen. hom. 3. in diversos. Horum (SS. Martyrum) memoria semper, ut dignum est, in Ecclesia celebratur. D. Athanas. lib. de virginit. circa finem. Basil. Orat. in S. Mamantem. Et Orat. in 40. Martyr. D. Gregor. Naz. Orat. in Machab. & Julianum. D. Epiph. heres. 79. D. Chrysost. hom. de SS. Juventio & Maximo. D. Cyrill. de Alex. lib. 6. ad Julian. D. Damascen. de Fide Orthodoxa lib. 4. c. 16. inter alia dicens: Honorare decet Sanctos & Amicos Christi ut filios, & heredes Christi, Tertullian. lib. de corona milit. D. Cyprian. lib. 4. Epist. 5. inter alia dicens: Martyrum passiones, & dies anniversaria commemoratione celebramus. S. Ambros. Sermon. 6. in fine: Quisquis honorat Martyres, honorat & Christum, & qui spernit Sanctos, spernit & Dominum. D. Hieronym. ad Ripatium: Honoramus servos, ut honor servorum redundet ad Dominum. Et in vita D. Paulæ: Vale, o Paula! & cultorem tuum orationibus adjuva.

D. August. Serm. 1. de SS. Petr. & Paul. *Beati-  
mum Petrum piscatorem modò genibus prostra-  
tis adorant gentium multitudo.* Idem docet Epist.  
44. & alibi. D. Gregor. lib. 3. Dialog. c. 29.  
Bern. Serm. in illud Signum mag. *Ampliatam  
Maria vestigia & devotissima supplicatione beati  
illius pedibus provolvamur.* Et alibi sapienter  
Aliique Omnes. Textus ad longum lege  
vel descriptos apud Bellarm. *tract. 1. de Beati-  
tudine Sanctorum lib. 1. c. 13. in toto.*

*Objiciunt Hæretici.*

181. **I**oca Scripturæ Deut. 6. *Dominum Deum  
tuum adorabis, & illi soli servies.* 1. Timoth.  
7. *Soli Deo honor & gloria.* Galat. 5.  
*His, qui naturâ non sunt Di, serviebatis.*  
Græco est verbum *Dulcein*, ut etiam Dulla  
cludatur eorum, qui non sunt naturâ Di. seu De-  
verus. Alia loca minoris momenti, & nil urge-  
tia consultò omitto. II. Exempla Scripturæ  
jiciunt *Esth. 1.* Mardochæus noluit adorare,  
genusflectere coram Ammon, rationem reddere  
*Timui, ne honorem Dei mei transferrem ad homi-  
nem, & ne quemquam adorarem excepto Deo meo.*  
*Act. 14.* Paulus & Barnabas verant Lycaonias  
volentes se adorare. Et *Apoc. 19.* Angelus Joanni  
volenti se adorare dixit: *Vide, ne faceris, conser-  
vatus sum &c. Deum adora.* III. Dicta aliter  
PP. S. Athanas. ex professo docet: neque Angelos  
neque SS. homines, adoratione colendos esse. 2.  
*Epiphani. in hæresi Collyridiani sapius repetit  
Mariam non esse adorandam, sed solum Deum.*

D. Aug.



D. Aug. lib. De vera Religione c. 55. disertè dicit:  
*Non sit nobis Religio cultus hominum mortuorum,*  
*quia si pie vixerunt, non sic habentur, ut tales que-*  
*rant honores, sed illam a nobis coli volunt, quo*  
*illuminate latantur meriti sui nos esse consortes.*

IV. Rationem. Duplex tantum est honor, vel cul-  
tus: religiosus Deo debitus. & civilis, debitus  
hominibus excellentibus: at Sanctis non convenit  
cultus religiosus, cum non sint Dii; nec civilis,  
cum non versentur nobiscum civiliter; ergo nul-  
lus. Ita Calvin. lib. 1. Instit. c. 11. & 12. Ad-  
dicens ineptam esse distinctionem Catholicorum:  
*Sanctorum Duliã, & non Latriã,* cum enim La-  
tria significet cultum, colere sine Latria erit cole-  
re sine cultu. Insuper plus est Dulia, id est servi-  
tus, quæ tantum Superiori debetur, quam Latria,  
id est, cultus, qui etiam exhibetur æquali.

*Respondent Catholici.*

ADI. Omnia illa loca Scripturæ, & similia de-  
bere intelligi de adoratione, & servitute  
strictè sumptâ, prout soli Deo competit ob supre-  
mam eius, & infinitam excellentiam, ac supre-  
mum dominium, prout hætenus explicatum est:  
tali autem cultu, & adoratione nos adorare San-  
ctos, mendacium & calumnia est Hæreticorum.  
ADI. Similiter respondetur, omnibus illis locis  
negatos, & recusatos esse cultus Divinos Deo de-  
bitos. Nam Ammon superbissimus omninò am-  
buebat cultum aliquem Divinum. Lycaonii non  
non solum adorare volebant Paulum & Barna-  
bam, sed etiam ut Diis immolare boves adductos:

E e 5                      ideó-

ideoque meritò scissis vestibus præ horrore repulsi sunt. Angelus ille apparebat in persona Dei, dixerat enim: *Ego sum primus, & novissimus, & vivens; & fui mortuus* (Apocalypsis 1.) & *ego sum vivens &c.* adeoque meritò fuisset à Joanne adoratus pro Deo, vel Christo, nisi id explicasset, quis esset, sicque eum cultum recusasset, tunc non recusaturus aliam venerationem sibi competentem. Prout explicat D. Aug. q. 67. in *Gen. Talis enim*, dicens, *apparuerat Angelus, ut pro Deo posset adorari, & ideò corrigendus erat adorator.* Quamquam aliter D. Gregorius *lib. 17. moral. c. 11.* & Rupert. *in c. 19. Avoc. respiciunt*, Angelos, qui in Veteri Testamento sunt se adorari ab hominibus, in Novo Testamento ob reverentiam Sacratissimæ Humanitatis Christi in Divinam Personam assumptæ præ modestià id recusare.

III. Apertissimum est ex contextu ipsorum Locorum citatorum, SS. PP. loqui contra errores Gentilium, & superstitiones etiam quorundam Christianorum illorum temporum, qui B. V. Mariæ, vel Sanctis defunctis divinos honores detulerunt. Nam quòd Sancti aliàs debito honore persequendi sint, iidem SS. PP. sexcentis aliis locis clarissimè asseruerunt, & docuerunt, ex quibus alii supra allegati sunt. Hæretici autem illi, mulantes, nequiter plura & clara, importunè & impudenter pauca & obscura corradunt. Vide P. Jacobum Keller *in suo Catholico Papatu tom. 2. c. 7. per totum latissimè.*

Ad IV. Negatur Major ex dictis *Secl. preced.*  
Datur enim cultus medius inter religiosum, & civilem, sicut datur excellentia media inter divinam, & humanam naturalem, scilicet supernaturalis creata Beatorum, Angelorum, Sanctorum. Deinde inepta est sequela Calvinii, non distinctio Catholicorum, qui cum dicunt Sanctos coli Duliâ, & non Latria: Latriam, etsi primæva significatione Græca significet quemvis cultum non tamen accipiunt pro quovis cultu, sed pro cultu illo, qui soli Deo debetur ob ejus excellentiam divinam: adeoque Sanctos colere absque Latria non est colere absque omni cultu, uti ineptit Calvinus, sed est colere absque illo speciali cultu soli Deo proprio, quem nos appropriato nomine vocamus *Latriam*. Denique quod Hæretici obijciant, nos Templâ, Altaria exstruere, Sacrificia offerre, Festa agere Sanctis tanquam Diis, more suo impudenter mentiuntur, & imponunt Catholicis, cum illa omnia principaliter fiant Deo, & non nisi secundario in memoriam Sanctorum, & venerationem ipsis competentem, ut constat unanimi consensu & doctrina Catholicorum. Et de Templis docet D. Aug. *lib. 8. De Civit. Dei c. 27.* De Sacerdotibus *lib. 20. contra Faustum. c. 21.* Eadem est ratio de Festis.

ASSERTIO III.

**B**eati Angeli & Sancti, & orant pro nobis, & à nobis rectè & salubriter invocantur tanquam Intercessores apud Deum. Utrumque est de Fide Catholica, contra Hæreticos, eorumque archidu-

§. I.

*Sancti pro nobis orant.*

201. **P**ROBATUR ex Scriptura Jerem. 15. *Si steterint Moyses & Samuel coram me, non erit anima mea ad populum istum.* Ergò Moyses & Samuel jam defuncti poterant, & solebant orare pro populo Judæorum, alioquin si nunquam orasset, vel orare non potuissent, inepta esset hæc Deo locutio, perindè ac si quis diceret: Si charissimum precamentum meum oraret pro te, tamen nihil impetraret. 2. *Machab. ult.* De S. Jeremia Propheta dudum defuncto dicitur: *Hic est fratrum amator, & populi Israel, hic est, qui multum oravit pro populo, & universa Sancta civitate Jeremia: Propheta Dei.* Quòd si ergo tunc Sancti in Lybæ existentes orabant pro viventibus, quanto magis orabunt nunc Gloriosi in cœlis pro nobis, necessitates nostras olim experti, & modò in Deo confidentes. *Apoc. 5.* describuntur viginti quatuor Seniores in cœlo procidisse coram Deo habentes *Phialas aureas plenas odoramentorum, quas sunt Orationes Sanctorum.* *Apocal. 8.* *Ascendit fœmus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo.* Ubi de intercessionibus Sanctorum pro Ecclesia exponunt SS. PP. & Interpretes unanimiter. Deinde *ibid. c. 6.* *Anima SS. Martyrum clamore magno petunt vindictam de interfectoribus suis; ergò multò magis petunt misericordiam pro viventibus.* 2. *Petri 1. Dabit oper-*

operam & frequenter habere vos ( commenda-  
tos, vel in animo meo ) post obitum meum, ut ho-  
rum memoriam faciatis. Ergo Sancti saltem ge-  
runt curam. Quin insuper *Lus. 16.* Dives in infer-  
no orat pro fratribus suis, mitti ad eos Lazarum,  
qui eos commoneat, ne & ipsi veniant ad hunc lo-  
cum tormentorum: ergo multò magis iusti &  
Sancti in caelis orabunt pro fratribus suis, & tota  
Ecclesia.

II. Probatur ratione duplici Theologicâ. Cer-  
tissimum est ex Scriptura, Angelos orare pro no-  
bis. *Tob. 12. Zachar. 1. Apoc. 8. Daniel. 10. Ps.*  
*90. Matth. 18.* Ergo multo magis id faciunt  
Spiritus, & animæ Beatorum: cum & habeant  
omnia quoad hoc, quæ habent Angeli: utpotè in-  
tellectum, voluntatem, visionem Dei, & grati-  
am, & charitatem erga nos. Et insuper aliquid  
habent præ Angelis, quòd sint confratres nostri in  
Christo, & membra Ecclesiæ, nobis magis con-  
iuncti, quàm sint angeli, atque experti miseras,  
& pericula nostra. Unde *Ambros. lib. 8. in Luc.*  
*Sicut Angeli præsumt, ita & hi, qui vitam merue-*  
*runt Angelorum.* Rursus certissima fide constat  
in Scripturis Justos viventes utiliter orare pro aliis,  
ut patet de *Moyse Exod. 32. & Ps. 105.* ubi dici-  
tur: *Et dixi, ut disperderet eos, si non Moyse,*  
*electus ejus, stetisset in confractioe in conspectu*  
*ejus.* Et *Job. 42.* Deus ipse mandat amicis *Job:*  
*Ne ad servum meum Job, & offerete holocaustum*  
*pro vobis: Job autem servus meus orabit pro vo-*  
*bis, faciem ejus suscipiam, ut non vobis impute-*  
*tur*

*tur stultitia: Ergò multò magis Sancti locati in  
 cœlis orabunt pro nobis: nam ut rectè ait D. Hier.  
 lib. contra Vigilant. Si Apostoli & Martyres ad  
 huc in corpore constituti, quando pro se adhuc de-  
 bent esse solliciti, pro aliis orant, quantò magis  
 post coronas, victorias, triumphos. Et S. Leo Pa-  
 pa serm. 2. Petrus tunc plenius & potentius, quàm  
 sibi commissa sunt, peragit. Rationem dat D.  
 Th. 2. 2. q. 83. a. 1. cum Oratio pro aliis facta  
 ex Charitate proveniat, idcirco quantò Sancti,  
 qui sunt in Patria, sunt perfectioris Charitatis,  
 tantò magis orant pro viatoribus, qui orationibus  
 juvari possunt, & quantò sunt conjunctiores Deo,  
 tantò eorum orationes sunt efficaciores, habet e-  
 nim hoc divinus ordo, ut ex Superiorum excellen-  
 tia in inferiora refundatur, sicut ex claritate solis  
 in aërem.*

III. Probat<sup>r</sup> Authoritate & doctrinâ unanimi  
 SS. PP. Cyprian. lib. 1. *Epist.* ex professo. Greg.  
 Naz. orat. 14. de obitu patris sui dicit: *Nunc ma-  
 gis proficit nobis precibus, quàm antea doctrinâ.*  
 D. Chrysostr. *serm. De SS. Juventio & Maximo.*  
 D. Hier: ex professo *contra Vigilant.* D. Aug. lib.  
 7. *De Baptismo contra Donatistas.* S. Leo Papa  
*tract. 3. De annivers. & serm. 1. De SS. Petro &  
 Paulo.* Aliique passim, omnes citandi §. seq.

IV. Probat<sup>r</sup> Historiis authenticis, & Sancto-  
 rum apparitionibus, qui apertè testati sunt, se pro  
 viventibus orare, ac beneficia impetrare. Sic D.  
 Aug. lib. de cura pro mortuis habenda c. 16. ait

non solum beneficiorum effectibus, verum etiam  
 ipsis hominum aspectibus confessorem apparuisse  
 se Felicem, cum a Barbaris Nota oppugnaretur:  
 audivimus non incertis rumoribus, sed testibus  
 certis. Et Euseb. lib. 6. Hist. c. 5. describit: S.  
 Potamienam Martyrem carnifici orationes in cœ-  
 lo promississe. Deinde triduo à morte apparuis-  
 se, coronam capiti imponendo in signum futuri  
 martyrii. Similia passim habentur plurima apud S.  
 Basil. Orat. de S. Mamante Martyre. Greg. Naz.  
 Orat. 1. in Julian. Et Oratione de S. Casario,  
 Greg. Nyssen. Orat. de vita S. Gregor. Neocasar.  
 Theodor. lib. 5. Histor. c. 24. S. Ambros. de SS.  
 Cervas. & Protas. Et serm. De S. Agnete. Sulpit.  
 in vita S. Martini. Qui omnes Auctores san-  
 ctitate & doctrinâ celebres ante mille annos flo-  
 ruerunt: eosque omnes mendacii, seu falsitatis  
 insimulare, intolerabilis, sed hæreticis non insue-  
 ta, est impudentia.

§. II.

Sancti proinde invocandi.

I. **P**ROBatur ex Scriptura Job. 5. voca ergo, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum convertere. Exod. 32. Ita ores Moyses: recordare Domine Abraham, Isaac, & Jacob servorum tuorum. Pl. 131. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus: propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui. Dan. 3. Ne auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac servum tuum, & Israël Sanctum tuum. §. Hic notandum, quia in Veteri

Veteri Testamento ante Christi adventum Sancti qui moriebantur, non intrabant coelum, neque Deum videbant, nec consequenter cognoscere poterant ordinariè preces viventium, ideo non tunc consuetum, ut vivi orarent eos alloquendo: ut dicendo: *Sancte Abraham, ora pro nobis*; sed solum orabant homines ejus temporis ad Deum legendo merita Sanctorum, qui jam obierant, ut in ipsorum orationibus juvarentur. Unde D. Augustinus q. 194. in Exod. ait: *admonemur, cum merita nostranos gravant, ne diligamur à Deo, relevari apud Deum illorum meritis posse, quos Deus deligit.* Idipsum docet D. Chrysost. Hom. 42. in Genes. & hom. 27. in Matth.

II. Probatur ratione Theologica. Certissimum est ex S. Scriptura, homines sanctos viventes à viventibus rectè esse invocatos. I. Reg. 7. dicitur à Israël ad Samuelem: *ne cesses clamare pro nobis ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philistinorum.* Job. ult. *Ita ad servum meum Jerem. 42. Dixeruntque ad Jeremiam Prophetam: cadat oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum &c.* Baruch. I. *Pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum, quia peccavimus Domino Deo nostro.* Et in Nova lege frequentissimè Rom. 15. *Obsecro vos fratres per Dominum nostrum Jesum Christum, & per Charitatem Sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum.* Et Jac. 5. *Orate pro invicem, ut salvemini, multum enim valet deprecatio justis assidue.*



Quod si ergo Sancti, ac iusti adhuc in terra peregrinantes rectè invocantur; ergò multò magis eosdem Sanctos nunc cum Christo regnantes licebit invocare. *Probatur consequent.* Si Sancti nunc in cœlis non possent invocari à nobis, esset, vel quia nolent, vel quia non possent pro nobis intercedere, vel quia non scirent nostras preces, & invocationes. *Non primum*: quia nunc sunt majori Charitate præditi, quàm antea; atque ut loquitur *D. Cyprian. serm. de mortalitate*, solliciti. *Neque secundum*: quia si poterant, dum adhuc erant peregrini, quantò magis nunc possunt in Patria Beati, & inamissibili gratiâ, amicitia, ac beatificâ fruitione Deo uniti? *Neque tertium*: quia Sancti in cœlo beatificè & intuitivè vident divinam Essentiam, in qua, tanquam vivò speculò, creaturæ omnes presentantur, adeoque etiam preces nobis ad ipsos fusæ: aut certè alio modo ipsis à Deo revelantur. Certè Beati in Beatitudine æquales Angelis ea ratione, quâ Angeli possunt cognoscere pœnitentiam peccatoris in terra, de qua tantoperè lætantur in cœlis *Luc. 15. Gaudium erit cœlorum Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente*; eadem ratione Sancti poterunt cognoscere preces nostras. Saltem denique Sanctis in cœlo regnantibus non denegandum est id perfectionis, quod ipsis in hac vita etiam sæpè concessum fuit: atqui Sanctis in hac vita sæpè concessum fuit cognoscere occulta aliorum etiam absentium. *1. Reg. 9. Samuel cognovit omnia, quæ erant in corde Saul. 4. Reg. 5. Elisæus scivit omnia,*

Cap. VIII.  
 tantum Sancti  
 um, neque  
 gnoscere  
 led non  
 endo: 1. g  
 obis; sed  
 l. Deum  
 oppierant.  
 de D. Aug.  
 a merita  
 relevari  
 Deus dicit  
 42. in  
 Certissimè  
 ventis à  
 dicunt  
 ro nobis  
 os de ma  
 meum  
 am Prop  
 tuo, & r  
 & c. Bar  
 um Deu  
 Deo n  
 15. O  
 m Fel  
 i Spirit  
 pro me  
 saluam  
 i affid  
 Qu



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

nia, quæ à seruo Giezi absente erant perpetrata cum Naaman Principe &c. Item 4. Reg. 6. Iden scivit omnia consilia Regis Syria, eaque decessit Regi Israël. Daniel 2. Daniel scivit occultum somnium Nabuchodonosor. Act. 5. Petrus scivit occultam fraudem Annania. Hoc argumentum nunquam adhuc solvere potuerunt Hæretici, quibus lûm obscure ajunt, aliam esse rationem viamque aliam mortuorum; at quanam sit alia ratio, explicare nequeunt, nisi tritâ illâ cantilena: invocationem mortuorum esse invocationem, & cultum factum in Scriptura prohibutum. De quo mox §. 4.

III. Probatum Authoritate antiquissima, & continua Conciliorum, & SS. P. P. Concil. Calcedonense Etione II. Synod. 6. Generali can. 7. ubi dicitur Solo Deo Creatore adorato, invocet Christiani Sanctos, ut pro se intercedere apud Majestatem Divinam dignentur. Similiter VII. Synod. Generali. act. 6. Cum timore omnia agamus, pollicentes intercessionem incontaminata Deservit. Item SS. Angelorum, omniumq; Sanctorum Concil. Gerundense c. 3. Aurelianense, Mevanense sub Carolo Mag. can. 33. Tolet. V. c. 7. & VI. c. 1. Braccar. li. c. 9. quò inducuntur Litanie cum invocatione Dei, & Sanctorum triduo ante Ascensionem, quæ Concilia fere omnia consensu Episcoporum universalis celebrata sunt ante mille annos SS. PP. Sententias latè recitant Bellarmin. rom. 1. De Beatitud. Sanct. lib. 1. c. 18. Becan. in Manuali controvers. lib. 1. c. 1. Jacob. Keller in Papæ Cathol. l. 1. a. 7. per totum latissimè. Antiquiss.

finimos quosdam audiamus. Origines in Thremis, si-  
 ve planctu : *Incipiam me genibus prosternere, &*  
*deprecari omnes Sanctos, ut mihi, non audenti*  
*petere Deum, propter nimietatem peccati, suc-*  
*currant. O Sancti Dei! vos lachrymis, fletu, &*  
*dolore deprecor, ut procidatis misericordias ejus*  
*pro me misero.* S. Ephrem. in Sermonibus de lau-  
 dibus SS. Martyr. *Precamur, Beatiss. Martyres!*  
*qui pro Domino Salvatore proque illius Charitate*  
*forte tormenta subiistis, ideoque familiariter Do-*  
*mino conjuncti estis, ut pro nobis miserimis pec-*  
*toribus, & negligentia squallore sordentibus*  
*Dominum interpellare dignemini, ut super ve-*  
*niat in nos gratia Christi &c.* D. Greg. Naz. in  
 Orat. S. Cypr. *Tu vero nos ab alto propitius re-*  
*spice, nostrumque sermonem, ac vitam dirige,*  
*& Sanctum ovile hoc pasce.* D. Chryl. Hom. 26,  
 in Epist. 2. Corinth. *Nam & ipse purpurâ indu-*  
*tus, peregrè proficiscitur, sepulchra illa SS. Mar-*  
*tyrum complexurus, Sanctos rogans, ut sibi pa-*  
*tracinerentur apud Deum.* Et alibi sæpissime. D.  
 Ambr. lib. de Viduis : *Obscrandi sunt Angeli, qui*  
*nobis ad praesidium dati sunt. Martyres obscran-*  
*di, quorum videmur nobis quoddam corporis*  
*pignere patrociniū vendicare; possunt pro*  
*peccatis nostris rogare, qui proprio sanguine et-*  
*iam, qua habuerunt peccata, luerunt.* D. Hier.  
 Epist. 27. ad Eustoch. in Epitaphio S. Paulæ : *Va-*  
*le Paula! & cultoris tui ulimam Senectutem*  
*orationibus juva: Fides & opera tua Christo*  
*le sociant, praesens facilius, quod postulas, impe-*  
*trabis.*

452 *Tract. II. In I. Præcept. Decal. Cap. VIII.*  
*trabis. D. Aug. lib. 7. de Baptif. contra Donat.*  
*c. 9. ita invocat S. Cyriacum: adjuvet nos*  
*nos orationibus suis, in istius carnis mortalitate*  
*tate tanquam in caliginosa nube laboramus,*  
*ut donante Domino, quantum possumus, eius*  
*eius imitemur. Obsecro vos per vestram caritatem,*  
*qui securi estis de vobis, solliciti de nobis.*  
*Intercedite constanter atque reverenter pro nobis*  
*miseris, multumque negligenter peccatoribus.*  
*Atque SS. PP. omnes ante annos floruerunt.*  
*Greg. Magnus, qui hæreticis in hac materia inimicus est,*  
*ut proinde impudenter mentiantur hæretici, & nominatim in*  
*Confessio. August. a. 1. veteres Scriptores Greg. Mag. nullam*  
*fecisse mentionem invocatis Sanctorum.*

IV. Confirmatur Historiis authenticis, & probatis.  
Deinde infinitis ferè miraculis, quæ Sancti demonstrarunt se audire preces deprecantium, & viventium, ac eos velle, & posse jurare præsertim apud Theodoret. *lib. 1. hist. c. 24. S. Ambros. serm. 90. de S. Agnete. S. Aug. lib. 22. de vit. Dei c. 8. Gregor. Turonens. totis libris in Gloria Martyr. & Confess. Gregor. lib. 3. Dialog. c. 22. 25. 24. 37. D. Bonavent. in Vita S. Francisci: alioque innumeros.*  
Omnes autem, ac tantos PP. aut mendaciter mulare, aut omnia ista miracula vel ficta aut ope dæmonum facta asserere, omnino incredibile est, nisi apud illos, qui omnem fidem fecerunt.

§. III.

Objiciunt Heretici.

I. Invocatio Sanctorum cedit in injuriam Dei, 2<sup>o</sup> qui solus vult invocari: *Invoca me &c.* Pro-  
bant variis Scripturæ locis, quibus jubet se invo-  
cari. Sed singulariter urgent Rom. 10. Scriptum  
est: *Omnis, qui invocaverit Nomen Domini,*  
*salvus erit: Quomodo autem invocabunt, in*  
*quem non crediderunt?* ergò (ajunt) ille solus  
invocandus est, in quem creditur: atqui in solum  
Deum creditur: ergò solus Deus invocandus; aut  
ceterè invocando Sanctos facimus illos Deos horri-  
bili idololatriâ.

II. Invocatio Sanctorum cedit in injuriam Chri-  
sti Mediatoris, qui solus est Mediator, & Advoca-  
tus noster. 1. Timoth. 2. *Unus est Mediator Dei*  
*& hominum, Homo Christus JESUS.* Rom. 8. *Chri-*  
*stus JESUS, qui est ad dexteram Dei, qui etiam*  
*interpellat pro nobis.* Jo. 14. *Ego sum Via, Veri-*  
*tas, & Vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per*  
*me.* Jo. 16. *Amen amen dico vobis, si quid petie-*  
*ritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* 1. Jo.  
2. *Si quis peccaverit: Advocatum habemus a-*  
*jud Patrem, JESUM Christum justum.* In quæ  
verba D. Aug. lib. 2. contra Parmenianum c. 8. sic  
scribit: *Si Joannes ita diceret: hec scripsi vobis,*  
*ut non peccatis, & si quis peccaverit, Mediato-*  
*rum me habebitis apud Patrem, ego exoro pro*  
*peccatis vestris: sicut Parmenianus quodam loco*  
*Mediatorem posuit Episcopum inter populum*  
*& Deum. Quis cum ferret bonorum atque fi-*  
*delium*

*delium Christianorum ? Quis sicut Apostolum Christi, & non sicut Antichristum intueretur? Et infra: Si esset Mediator Paulus, essent utique & cæteri Coapostoli ejus, ac sic multi Mediatori essent; nec ipsius Pauli constaret ratio, quæ dicitur: unus Deus, unus mediator Dei & hominum.*

III. *Invocatio Sanctorum est signum diffidentiae in Deum, qui & potens est, & paratissimus nos juvare, & toties nos invitat ad eum orandum. Et Paulus hortatur ad Heb. 4. ut cum fiducia accedamus ad thronum gloriae ejus.*

IV. *Invocatio Sanctorum inutilis est omnino, cum non ipsi, sed solus Deus cognoscat nostras preces & necessitates. (1.) 3. Reg. 8. Tu solus habes corda omnium filiorum hominum. (2.) Job 14. dicitur de mortuis parentibus: sive nobilitate fuerint illi ejus sive ignobiles, non intelligit. (3.) Eccl. 9. viventes sciunt se morituros: mortui verò nihil noverunt amplius. (4.) Isa. 63. Tu enim pater noster; Abraham nescivit nos, & Israël ignoravit nos. (5.) 4. Reg. 22. dicit Deus Josiæ Regi: Colligam te ad Patres tuos, ut non videant oculi tui omnia mala, quæ introduxerunt in locum istum. (6.) Accedit clara Augustini auctoritas lib. de cura mortuor. c. 13. Superfluentes non intersunt, qui sunt alii mortuorum, qui sciunt, quid agamus aut quid patiamur. Isaias enim Propheta dicit: Abraham nos nescivit, & Israël non cognovit nos.*

*Hæc sunt præcipua argumenta Hæreticorum contra invocationem Sanctorum, quorum prima*

priora efficacissimè, & insosubiliter retorquen-  
tur ex Stripturis suprà allatis, quibus constat licitè  
invocari Sanctos & Justos adhuc viventes absque  
injuria Dei, vel Christi Mediatoris, & absque dif-  
fidentia in Deum: ergò licebit etiam Sanctos jam  
Beatos invocare absque injuria Dei, Christi, &  
diffidentia in Deum. Sed veritatis gratiâ di-  
rectè.

§. IV.

*Respondent Catholici.*

**A**D I. *Neg. anteced.* Scripturæ enim præcipie-23  
tes Deum invocare, probant solum Deum esse  
invocandum ultimatè, & principaliter tanquam  
principalem & unicum auctorem honorum, quæ  
ab ipso petimus; petimus enim principaliter bona  
supernaturalia gratiæ, & gloriæ, quæ absolutè  
dare in solius Dei, & nullius Sancti, potestate est:  
juxta illud Ps. 83. *Gratiam & gloriam dabit Do-*  
*minus.* Ps. 120. *Auxilium meum a Domino,*  
*qui fecit Cælum & terram.* Jacob. 1. *Omne*  
*donum optimum, & omne donum perfectum*  
*desursum est, descendens à patre luminum.*  
Et de tali invocatione, utpote Fidem in Deum  
supponente, loquitur *Apost. l. cit.* Tali au-  
tem modo Catholicos invocare B. Virginem,  
& Sanctos tanquam principales Authores bo-  
norum à nobis petitorum, impudens impostura  
est, & calumnia Hæreticorum, & sine dubio ce-  
deret in injuriam Dei, verissima idololatria. In-  
vocantur ergò Sancti à Catholicis solum ut Pa-  
troni & intercessores apud Deum, ut eorum me-  
ritis

ritus & intercessione tanquam medio ad id divinitus ordinato facilius, quæ desideramus, impetremus, ut patet omnibus omninò orationibus Ecclesiæ ad Sanctos, quibus solùm petitur, ut eorum intercessione apud Deum beneficia impetremus, adeoque orantur solùm transitivè, ita ut oratio nostra non sistat in ipsis, sed velut transeundo continuo ad Deum terminetur: sicque invocando Sanctos verissimè ultimè & principaliter invocamus ipsum Deum, ut patet confessione omnium Catholicorum. At verò sic invocando Sanctos petere eorum intercessionem apud Deum, nullo modo est injuriosum Deo, nec est Sanctos facere Deos, aut colere pro Diis, ut calumniantur Hæretici: sicut petere intercessionem Aulicorum apud Imperatorem, nullo modo est injuriosum Imperatori, nec est aulicum facere Imperatorem, aut pro Imperatore colere, vel adorare. Cæterùm hoc discrimen invocandi Deum & Sanctos non debet semper attendi in nudis verbis, sed in verborum sensu: ut cum dicimus *S. Petre miserere mei, adjuva me, da mihi &c.* non est sensus, ut faciat authenticè per potestatem propriam, sed supplicativè per intercessionem; quæquam à talibus verbis consultò absteatur.

Ad II. *Neg.* similiter *Anteced.* Duobus eadem præcipuè modis potest quis mediare inter duas partes dissidentes. I. Solvendo debitum unius pro altera, & hoc modo solus Christus est unus & principalis mediator inter Deum & hominem unus & principalis Advocatus noster apud Deum



quia nimirum solus sanguine suo nos redemit, & Deo Patri reconciliavit; adeoque solus pretium persolvit pro nostra salute, justificatione, gratia, & omni bono impetrando à Deo, prout ipse Apostolus cit. explicat; cum enim dixisset: *unus mediator Dei & hominum Christus Jesus*, mox adidit: *quia dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* 2. Potest quis mediare inter quos solùm orando unam partem, ut alteri debitum remittat, vel bona præstet, & hoc modo Sancti & iusti homines possunt dici mediatores inter Deum & hominem secundariò; neque id cedit ullo modo in injuriam Christi, quasi ejus mediatio non esset sufficientissima, sed est ex defectu nostro: quia nos scilicet mediationis & meritorum Christi non semper digni, & capaces sumus, ideò invocamus Sanctos, ut eorum intercessione, mediationis, redemptionis Christi fructus applicentur. Deinde ipsi Sancti omnem suam apud Deum gratiam & vim impetrandi habent ex meritis Christi; unde eorum invocatio potius cedit in honorem Christi. Et hinc patet ad locum Augustini allegatum, qui agit contra Donatistas putantes gratiam Sacramenti pendere ex meritis Sacerdotis, & sic faciebant eum quasi mediatorem principalem inter Deum & hominem, contra quos accurate arguit ibi S. Doctor.

Ad III. *Neg. iterum anteced.* Quia invocatio Sanctorum nullo modo est ex diffidentia erga Deum, aut de ejus erga nos bonitate, charitate, promissionibus, sed ex diffidentia erga nos ipsos,

& nostra merita, & gratiam apud Deum, quia non scimus, an amore vel odio digni simus: cum ego constet majori longè, & certâ gratiâ valere Sanctos apud Deum, adeoque longè facilius audiri, quam nos, rectè invocamus eorum patrocinium, proci ipse Deus jussit amicos Job. c. ult. *Ite ad servum meum Job.*

Ad IV. *Neg. itidem Anteced.* Omnibus enim illis & similibus Scripturæ locis solùm probant quòd solus Deus naturaliter & propria virtute cognoscat nostra occulta, & nullus hominum, quod verissimum est. Non enim naturaliter, & propria virtute cognoscunt Sancti in cœlis orationes, vel res nostras, sed solùm supernaturaliter, aut in ipsa visione Verbi, aut ex peculiari Dei revelatione. De quo disputant Theologi in 1. sent. 1. p. de visione beatifica. Cœtera loca 2. 3. 4. 5. agunt de Sanctis vel defunctis V. Test. qui, quia nondum Beati erant, nec Deum videbant, nullo modo omninariè res vivorùm cognoscere potuerunt. *Sexta ibi eo Aug.* solùm contendit mortuos non interesse rebus vivorum naturali conservatione, sicut fuerant in vivis contra quorundam errores; quòd autem Beati supernaturaliter & divina revelatione sciant, quod hic aguntur (præter alia loca innumera) docet apertissimè eod. lib. moral. c. 15. & c. 16. dicens: *Nam igitur ideò putandum est, vivorum rebus quilibet interesse posse defunctos, quoniam quidam sanandis, vel adjuvandis Martyres adfuerunt; sed ideò potius intelligendum est: quod per divinam potentiam Martyres, vivorum rebus*

rebus intersint : quoniam defuncti per naturam propriam vivorum rebus interesse non possunt.

SECTIO IV.

Cultus sacrarum Imaginum & Reliquiarum.

SUMMARIUM.

- 14. Imagines quid, & cur fiant?
- 15. Licite habentur Imagines Dei,
- 16. Item Imagines SS. Angelorum,
- 17. Ac Imagines Christi, & Sanctorum,
- 18. Licite, & sancte coluntur, & adorantur;
- 19. Cultu tamen, & adoratione Respectiva tantum;
- 20. Objectiones Hæreticorum
- 21. Solvuntur.
- 22. Reliquiæ Sanctorum,
- 23. Licite & sancte etiam honorantur,
- 24. Cultu tamen item respectivo tantum ad ipsas Sanctos.
- 25. Quo cultu & Sanguis Christi ex Passione relictus, vel in Eucharistia miraculose apparens, & alia Reliquiæ ex contactu Corporis Christi sanctificate, ut Crux, Corona, & alia Passionis instrumenta adoranda sint?
- 26. Objectiones Hæreticorum
- 27. Dissolvuntur.
- 28. Quæ Sancti Imagines, & Reliquiæ possint coli cultu publico, & qua privato?

ASSERTIO IV.

**S**acra Imagines Dei, Christi, & Sanctorum re-  
cite habentur, licite & sancte coluntur, & ad-  
dorantur, sed cultu & adoratione respectiva  
tantum conformi ad sua prototypa. Est de Fide  
Catholica contra Hæreticos Iconoclastas antiquos  
& modernos, definita in variis Conciliis, & no-  
vissime in Trid. paulò antea cit.

§. I.

*Sacra Imagines rectè habentur.*

**24** **I**magi proprie definitur figura picta, vel sculpta, verè representans aliud, cujus est imago quo differt ab idolo, quod falsum quid representat, ut imago chimææ. Tripliciter autem potest fieri, pingi, vel sculpi imago, vel similitudo alterius. 1. Ad exprimendum veram similitudinem formæ, vel naturæ alterius; & hoc modo solum rerum corporearum, & sensibilium, quæ lineamentis & coloribus, formâ & figurâ præbitæ sunt, imagines fieri possunt, & tales inter sacras imagines tantum sunt imagines Christi hominis, & Sanctorum, quoad formam & figuram externam corporalem, indirectè tamen solent representantes animas sacras: at nullo modo possunt esse tales imagines Dei, Angelorum, aut ullarum rerum spiritualium: & qui hac ratione tentaret facere imaginem Dei, verè constitueret idolum; quia falsum representaret. 2. Ad representandam solum historiam oculis exhibendam, ut qui vellet depingere expulsionem Adæ ex paradiso, pingeret Deum in forma hominis sensu & gravis deambulantis, Angelum in forma humana juvenili gladium gestantem, Adam & Evam nudos &c. non utique ad representandam naturam, vel similitudinem propriam Dei, vel Angeli, sed solum ad representandum oculis in suis personis, ut in Scriptura legitur: & hoc modo Deum, & Angelos pingi posse, nullus nec Hæretici, nec ipse Calvinus, omnium acerrime

imaginum hostis, negat. 3. Etiam solitariè extra historiam solum ad repræsentandam aliquam proprietatem, affectionem, operationem vel mysticam significationem alterius rei; & hac ratione depinguntur Imaginis Dei, & SS. Triadis in forma visibili, Divinus Pater in forma Viri senis; quia est antiquus dierum, & principium aliarum personarum, divinus Filius in forma Viri juvenis; quia est filius Patris, & talem naturam humanam assumpsit. Spiritus Sanctus in forma columbæ, quia talis apparuit. Sic Angeli in forma juvenum alatorum; Christus in forma Agni; Evangelistæ in forma quatuor animalium depinguntur, omnia ob aliquas proprietates, & mysticas significationes, prout ex Scripturis, & SS. PP. nosse debemus.

§. II. *Imagines Dei.*

**C**ertum omnino esse debet, licitum esse in Nova Lege Deum, & Sanctissimam Trinitatem depingere, & repræsentare in forma corporea, & visibili prædictis modis, etiam extra historiam, juxta communissimam DD. Catholicorum, accedente jam usu Ecclesiæ, in qua jam ubique factæ sunt receptæ ejusmodi imagines: nec incredibile est, Ecclesiam toleraturam universaliter aliquid illicitum. Ratio sumitur ex S. Scriptura, quæ constat Deum ipsum hominibus apparuisse in forma corporea & visibili. *Gen. 3.* Apparuit Adæ tanquam homo deambulans, ad auram post meridiem. *Gen. 28.* Jacob vidit Deum in forma vi-

sibili innixum summitati scalæ. Isa. c. 6. vidit  
 Dominum sedentem super solium excelsum.  
 Dan. c. 7. vidit. Antiquum dierum in throno se-  
 dentem capite & crine canum, seu capillis albis  
 prout pingitur divinus Pater; Denique *Martini*  
 apparuit Spiritus Sanctus in specie columbæ: ap-  
 plicite depingitur & repræsentatur, quod reve-  
 gestum est; ergo si Deus ipse ita apparuit, ut  
 tali forma corporea mentem hominis erigeret  
 incorporea, & spiritualia apprehendenda, non  
 non etiam nobis liceat id pia recitatione pictis,  
 sculptis imaginibus imitari, repræsentare, &  
 tolerare. Attamen fatentur Bellarmin. *civ. lib. 2. c. 1.*  
*8. de Sacris imaginibus. Laym lib. 4. tract. 7. c. 1.*  
*5. non esse omnino certum, multò minùs de Fide*  
*usum talium imaginum in Ecclesia habendum*  
*esse. Unde non modò contra icunt hæretici, sed*  
*etiam nonnulli Chatholici Abulensis in c. 4. *De**  
*ter. q. 5. Henricus Gandavens. Durand. alii; idque*  
*maximè ob periculum idololatriæ; quamvis non*  
*adeò certum, & de Fide non sit, ob Ecclesiæ*  
*men universalem consuetudinem, & DD. Ortho-*  
*doxorum consensum negari absque temeritate*  
*non potest. Et licet revera subsit periculum ido-*  
*lolatriæ maximè quoad rudiores (unde olim Ju-*  
*daeis ad idololatriam valdè pronis, usus omnium*  
*imaginum interdictus videtur) attamen in No-*  
*va Lege facile doceri potest, & omnino debet po-*  
*pulus Christianus, non propterea Divinitatem*  
*figurari imaginibus, quasi corporeis oculis con-*  
*spici, vel coloribus exprimi possit. Ut autem*

deut. Sess. 25. in Decret. de SS. Imaginum vener-  
ratione.

§. III.

*Imagines SS. Angelorum.*

Certiùs utique est eos licitè depingi, etiam ex-  
tra historiam, formâ corporeâ defacto præ-  
sertim consuetâ honestissimâ : quia non modò  
Angeli in tali forma læpissime apparuisse descri-  
buntur in Scripturis V. & N. Testamenti, Verùm  
etiam in V. T. Cherubini corporali forma ad Ar-  
cam in templo, ac alibi etiam ex auro erecti, &  
representati sunt : ergò rectè à nobis etiam sic re-  
presentantur, ut mens ex forma visibili & simi-  
litudine sibi notâ assurgat ad spiritualia aliquo-  
modo intelligenda : ubi tamen iterùm sedula & diligens  
populi instructio esse debet, ne tales esse putans  
Deum & Angelos, quales in imaginibus repræ-  
sentantur, tanquam tales colat, & veneretur.  
Tunc enim esset verissima idololatria, seu cul-  
tus idoli falsum representantis. Mystera pi-  
cturarum, Angelorum videre potes apud Scriptu-  
ritas.

§. IV.

*Imagines Christi, & Sanctorum.*

Certissimum est eas licitè sculpi, pingi, ha-  
beri, & asservari à Christianis, idque de Fi-  
de : sicut de Fide certum est, eas imagines licitè  
colari : ut certè constat Iconoclastas antiquos &  
modernos Calvinistas, eorumque successores  
omnem prorsus usum imaginum Christi, &  
Sanctorum extra historiam eliminare : Luthe-  
rani

rani verò non prohibent usum imaginum Christi  
& Sanctorum, etiam extra historiam solum pro  
memoria, sed tantum prohibent, quoad cultum  
Catholici verò & pro memoria, & pro cultu eas  
admittunt. De quo agit Decretum Conc. Trident.  
Sess. 25. *De cultu Sanctorum & imaginum ita de-  
cens: imagines porrò Christi, Deiparae Virgini  
& aliorum Sanctorum in Templis presertim  
habendas & retinendas, eisq; debitum honoris  
& venerationem impertiendam (decernimus)  
non quòd credatur inesse aliqua in iis Divini-  
tas, vel virtus, propter quam sint colenda: sed  
quòd ab eis sit aliquid petendum, vel quòd scien-  
tia in imaginibus sit figenda, veluti olim factum  
à gentibus, qua in idolis spem suam collocabant  
sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur  
ad prototypa, qua illa representant: ita, ut per  
imagines, quas osculamur, & procumbimus,  
Christum adoremus, & Sanctos, quorum illa  
militudines gerunt, veneremur. Id quòd Con-  
ciliorum presertim verò secunda Nicana Syno-  
di Decretis, contra imaginum oppugnatores, est  
sanctum. Ita Con. Trident. de Catholico cultu  
cultus & adorationis sacrarum imaginum, non  
pro fundamento positus, esto*

§. V.

*Licite & Sanctè colantur, & adorantur.*  
281. **P**robatur ex Scriptura Exod. 25. Erecti sunt  
duo Cherubin super Arcam Testamenti.  
Num. 21. Jussu Dei erectus est in sublime serpens  
æneus. Has imagines, seu signa sacra honorantur



esse, & honorari debuisse constat ex Regula S. Augustini lib. 3. de doctrina Christiana c. 9. dicentis: signa utilia divinitus instituta honoranda esse; quia honor eorum ad prototypon transit: atqui imagines illæ Cherubin, & serpentis fuerunt quàm maxime utiles, & divinitus institutæ, ut S. Scriptura testatur; ergo fuerunt honoranda, & honorata. Jam verò si licuit venerari imagines Angelorum, cur non etiam Sanctorum? si licuit venerari Christum in imagine serpentis (serpens enim ille æneus figura Christi fuit, ipso Salvatore testante Joan. 3. sicut exaltavit Moyses &c.) cur non potius venerabilis sit imago Christi in forma propria hominis, vel ejus Crux, Crucisve imago?

II. *Auctoritate SS. PP. D. Chrylost. in Liturgia inter alia: Sacerdos ad imaginem Christi caput inclinat. D. Ambr. serm. 10. in Ps. 118. Qui imaginem coronat Imperatoris, utique illum honorat, cujus imaginem coronavit, &c. optimè applicans de cultu imaginum Christi, & Sanctorum. D. Aug. lib. 3. De Trinit. c. 10. late lib. 10. confess. c. 24. Et alibi S. Damascen. de Fide Orthodox. lib. 4. c. 17. Et specialiter Crucem, ac Crucifixi Imaginem semper fuisse in Ecclesia honoratam, certissimum est apud SS. PP. Lactantius in carmine de Passione Domini: Flecte genu, Lignumque Crucis venerabile adora. D. Ambr. Orat. post obitu Theodosij: Sapienter Helena egit, quæ Crucem Christi in capite Regum levavit, & locavit, ut Crux Christi in Regibus adoretur. S.*

Hieron. in vita Paulæ : *Prostrata ante Crucem quasi pendentem Dominum cerneret*, Adra vit. D. Athanas. q. 16. ad Antioch. Et Terullian. in *Apologetico* c. 16. dicunt : *Christianos appellatos Religiosos Crucis.*

III. *Miraculis infinitis* ad Imagines Christi Crucis, & Sanctorum patratis, beneficiisque exhibitis earum cultoribus, quibus Deus ostendit earum cultum sibi gratum esse. Antiquissima sunt de ipsa Cruce Christi inventa. De statua Christi erecta ab Hemorrhoida: omnia autem ejusmodi miracula, omnibus sæculis hucusque toto coelesti facta, conficta, aut dæmonum ope facta esse asserere, intolerabilis est protervia Hæreticorum.

IV. *Ratione.* Homo dignus est veneratione, quia est imago Dei juxta illud Cyrilli catechizans 12. *Imago lignea terreni Regis, honoratur, quanto magis rationalis Imago Dei?* Ergo & ceteræ Imagines Dei, Christi, & Sanctorum veneratione dignæ sunt, quod enim uni imagini convenit, quia imago est, omnibus imaginibus, quæ imagines sunt, convenire debet. Item imago Regis est venerabilis cultu civili; cur ergo Imagines Dei, Christi, & Sanctorum non etiam sint venerabiles cultu aliquo religioso competente huiusmodi prototypis. Denique imagines capaces sunt injuriæ & contumeliæ; ergo à contrario etiam honoris, atque cultus. *Ant.* patet innumeris huiusmodi, & maximè de infelici exitu antiquorum Iconoclastarum.



velut signis, vel speculis apprehendimus Christum, vel Sanctos, & ad eos colendos & adorandos extamur, & consequenter adorando Christum, vel aliquem Sanctum concomitanter, & per accidens necessariò etiam adoramus & colimus Christum, vel Sancti illius imaginem. Quod D. Damascen. Orat. I. de Imaginibus eleganter declarat à simili dicens: *Quemadmodum purpura & sericum, & quæ ex his vestimentum conficitur, per se nihil aliud est, nisi tenue quoddam operimentum, quod tamen si Rex induerit, honoris, quo præterea Rex, ipsum quoque particeps sit. Ita res ex materia constantes per se quidem adoranda non sunt: at si gratiâ plenus sit is, quem illa referunt, pro Fidei portione ipsa quoque particeps sunt.*

IV. Aliud simile indicat Athanas. Orat. 4. contra Arian: *Quia qui portat imaginem Regis, illa adorat ipsum Regem: quippe cuius imago aliud non sit, quam Regis forma & species; Ergo qui Regem in speculo refulgentem videt, & adoratur, uno motu & Regem adoratur & speculum, seu Imaginem Regis; ipsum quidem Regem per principaliter, speculum autem concomitanter, & per accidens: ita est de adoratione Imaginum Christi, & Sanctorum, quæ quidem materialiter sumptæ, quoad suam materiam, lineamenta, colorumque minimè, sed formaliter sumptæ, quatenus representant sua prototypa, colantur & adorantur respectivè cultu, & adoratione conformi suis prototypis, ita nimirum, ut Imagines Dei & Christi eodem est de Cruce & Speciebus Eucharisticis.*

per accidens, & respectivè colantur, & adorentur cultu Patriæ. Uti docent DD. communissimè cum S. Thom. 3.p.9.25.a. 3. D. Bonav. in. 3. dist. 6. qu. 2. Imagines similiter B. Virginis, & Sanctorum per accidens & respectivè cultu Hyperduliz, ac Duliz coluntur, adoranturque. Lege Bellarm. Keller. Valentiam.

§. VII.

Objiciunt Heretici.

Inducunt variis locis S. Scripturam prohibentem fieri, ac coli imagines, sed maximè urgent primum Præceptum Decalogi Exod. 29. *Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, qua est in cælo desuper, & qua in terra deorsum, aut eorum, que sunt in aquis sub terra, non adorabis ea, neque coles.* Quo præcepto Heretici, & præsertim Calvinus lib. 1. instit. c. 11. contendunt prohiberi non tantùm idola, seu imagines falsorum Deorum divino cultu coli vel adorati, sed omnes prorsus imagines quovis modo coli, vel adorari tanquam per idololatriam: insuper Judæos contra hoc præceptum idololatrantes, & adorantes vitulum aureum omninò intendisse ea imagine vituli colere verum Deum, quod colligunt ex verbis eorum Exod. 32. ubi dicunt de vitulo aureo: *Hi sunt Dii tui Israël, qui te egresserunt de terra Egypti:* Et Aaron indicens factum pro cultu vituli aurei præconis voce clamari jussit: *cras solemnitas Domini est, & quidem nomine Dei proprio Tetragrammaton Jehova:* ergo, inferunt, cultus imaginum etiam veri Dei

G g 3

idolo-

idololatria est. II. Objiciunt tria Concilia, Elibertinum c. 36. ubi dicitur: *placuit in templis non haberi picturas: ne id, quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur.* Constantinopolitanum duplex: unum sub Leone Iconomacho alterum Constantinopolitanum sub Constantino Copronymo, 338. Episcoporum, & Concilium Franeofurtense 300. Episcoporum, quibus omnibus definitum sit: *Imagines abolendas esse.* III. Objiciunt Libros Carolinos quatuor contra imagines ex professo tractantes. IV. Objiciunt auctoritates aliquot SS. PP. Irenæus lib. 1. c. 24. inter hæreses Carpocratis ponit, quod coleret imaginem Christi, & Pauli. D. Epiph. hæresi 79. *hereticos, qui imaginem B. V. circumferunt, & adorant.* D. Ambr. de obitu Theodosij: *reprobat Helena Crucem Domini, Regem adorantem non lignum utique, quia hic gentilis est error, sed adoravit illum, qui pependit in ligno.* D. Hier. in c. 3. Daniel: *Cultores Dei, imagines adorare non debent.* D. Aug. de moribus Ecclesiæ c. 36. de talibus dicit: *novi picturarum adoratores.* D. Greg. lib. 7. epist. 54 & 109. expressè docet: *imagines non esse adorandas.*

Rationes hæreticorum nihil probant, nisi solum imagines non esse adorandas absolute, & in hoc quod jam ultrò asseruimus, ideoque prætermissis.

§. III.

*Respondent Catholici.*

3<sup>1</sup> **A**D I. In omnibus illis locis prohiberi veram idololatriam, quâ coluntur idola, quæ habent

habentur pro Diis, aut repræsentant pro Diis, qui revera non sunt Dij. Et certè primum præceptum Decalogi, quatenus quid divinum naturale est, non prohibet plùs quàm veram idololatriam, seu cultum verò Deo debitum tribuere idolis; quatenus verò Divinum positivum est, esto, quòd sentiant multi DD. Deum in Veteri Lege Judæis prohibuisse omnes prorsus imagines, eorumque cultum, utpotè populo nimium propenso in idololatriam; certum tamen est illa præcepta quatenus merè positiva & cæremonialia per Moysen promulgata sunt, cessâsse in Nova Lege, in qua Christus Legifer noster nihil de novo statuit quòd imagines Ecclesiæ suæ determinationi relinquens: sicut etiam contigit in tertio præcepto. Contentioni hæreticorum, quòd Judæi per vitulum aureum intenderint adorare verum Deum, repugnat apertè textus Scripturæ; ajunt enim: *hi sunt Dij tui*, in plurali; noverant autem verum Deum esse unum tantum: falsos ergo Deos intellexerunt, & coluerunt more Ægyptiorum. Unde Scriptura *Deutr. 32.* hanc idololatriam ipsis exprobrans ait: *Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui.* Et *Pf. 105.* *Et fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverunt sculptile. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos.* An hoc est colere verum Deum? Quòd autem dixerit Aaron: *cras solemnitas Domini est;* varias expositiones potes videre apud Bellarmin. *tom. 1. controvers. 7. lib. 2. c. 13.* Facilior videtur responsio Cajetani

*tani in caput 32. Exodi: Quod Judæi idololatræ ipsum verum nomen Domini tribuerint illi, & fortè hoc significare Scripturam Sap. 14. cum dicit: Incommutabile nomen lapidibus lignis imposuerunt.*

Ad II. *xx.* Concilium Elibertinum nullo modo absolute prohibere imagines haberi & coli, sed solum pingi in parietibus, ne, imminente persecutione tunc adhuc frequenter saviente, dum Christiani imagines pictas secum auferre & abscondere non possent, Judæis ac Paganis Iudibrio fierent. Ita *Bellarmin. Suarez.* & alii. Concilia verò Constantinopolitana sub Imperatoribus Iconoclastis habita non fuerunt legitima. Cum non modo summus Pontifex nec per se, nec per Legatos adfuerit (cum tamen ex Regula Concilij Nicæni sine Sententia Romani Pontificis non liceat Concilia Generalia celebrare) verum nec alii Patriarchæ per se, vel per Legatos consenserunt. Omnes porrò Authores antiqui de Conciliis habentes illa duo Concilia vel omninò non memorant, vel aperte reprehendunt. Concilium tamen Francofurtense, quidquid in hac re statuerit quia tamen (ipsis Madeburgensibus centurionibus testibus) Adrianus Pontifex, & Legatus non modo non consenserunt, sed acerrimè repugnarunt, constat nullius fuisse auctoritatis. *Vide Bellarm. Suarez. Layman.*

Ad III. *xx.* Libros illos Carolinos dictos nihil minùs esse, quàm ipsius Caroli Magni Imperatoris (ut imponunt hæretici) sed ab alio quopiam



compositos, & à Carolo Magno Romano Pontifici ad examinandum transmissos, ut apertè constat ex eo, qui extat, libro Adriani I, Pontificis ad Carolum Magnum, in quo illi libri accuratè refelluntur, ut latius probat *Bellarmin. cit.*

Ad IV. Evidens est SS. PP. illos loqui aut de adoratione statuarum more Gentilium: uti *Irenæus*, & *Hier.* aut de adoratione etiam Sacrarum imaginum, sed absoluta, & propter se ipsas: aut modis indebitis per Sacrificia prout hæretici apud *Epiphani. cit.* adorabant imaginem B. Virginis. Et uno verbo prohibent cultum imaginum superstitiosum, lidem tamen PP. locis supra allegatis aperitissimè asserunt, & defendunt, cultum sacram imaginum competentem, & religiosum: Hæretici autem dissimulatis claris auctoritatibus corradunt loca quædam obscura.

ASSERTIO V.

**R**eliquia Sanctorum licitè, & sanctè coluntur & adorantur, similiter tamen cultu & adoratione respectiva ad ipsos sanctos. Ita omnes Orthodoxi, est de Fide Catholica definita in diversis Conciliis in omnibus orbis partibus infra recitandis contra omnes hæreticos, qui sicut ipsis Sanctis, ita multò magis eorum Reliquiis omnem cultum & adorationem negant.

§. Dicuntur autem Reliquiæ Sacræ, quidquid ex sanctorum ex hac vita decedentium corporibus reliquum mansit, sive sint eorum corpora, vel cadavera, membra, ossa, dentes, capilli, ungues, cineres, ac pulveres, in quos eorum corpo-

ra immediate conversa sunt : nam si plures mutationes in alias res factæ sunt, amittitur omnis habitudo moralis ad Sanctos, ut proinde illa res adorabiles amplius non sint, sicut etiam si decente adorari non possunt, ut vermes è sanctorum corporibus nati: Ut notant *Suarez, Sanchez, Lamyman.* alij hic. Sive sint eorum vestes, varia filia, quibus in hac vita usi fuerunt; item panis, quælibet res, quam in hac vita tetigerunt, vel quibus eorum corpora vel membra sive vivorum vel mortuorum tecta fuerunt, prout docent *DD.* communiter in hac materia.

## §. I.

*Licitè & sanctè honorantur.*

331. **P**ROBATUR ex Scriptura. *Exod. 13.* Moyses discessurus cum populo Israelitico ex Ægypto ossa Josephi dudum defuncti honorifice cum asportavit. *Deuter. ult.* Deus ipse honoravit corpus Moysis defuncti, dum illud propriis manibus sepelivit, ut argumentatur *D. Hieronimus contra Vigilantium. 4. Reg. 13.* ossa Elifai, cum tetigissent mortuum quendam hominem, continuo is ad vitam revocatus est. Ita Deus honorat Reliquias sanctorum. *4. Reg. 23.* Cum Josias de lubrica idolorum everteret, aliorum ossibus in cineres redactis, ossa tamen sancti Prophetæ ibidem reperta honorificè asservari jussit; adeoque scilicet intenderet omnem idololatriam extirpare, Reliquias tamen sanctorum honorandas esse cecinit *Isa. 11. de Messia* loquens ait: *in eum generabunt, & erit sepulchrum ejus gloria.* *Matth.*

Math. 9, Hemorrhoiſſa ſolum ſimbriam Chriſti fideliter, & religioſè tetigit dicens: *ſi ſolum tetigero &c.* & ſanata eſt. *Act. 5.* Populi certatim contendebant ſaltem obumbrari ab umbra Petri pro ſanitate conſequenda, & conſecuti ſunt: & quæ vilior reliquia, quam umbra excogitari poteſt? *Act. 19.* Pauli ſudaria & ſeminctia deferebantur ad ægrotos: ut modò etiam nos facimus cum Reliquiis, qui tamen omnes nullo modo reprehendi ſunt, ut ſuperſtitioſi, ſed potiùs præmium Fidei & devotionis ſuæ reportabant: cur ergò nos Catholici ab Hæreticis reprehendimur tanquam ſuperſtitioſi, & idololatræ ſimili devotione, & fide honorantes Sanctorum Reliquias?

II. Probatum ex pluribus Conciliis in omnibus mundi partibus habitis: in Oriente Concil. Nicæna. *II. act. 3.* Item Gangrenſe ante annos 1200. *can. ult.* In Africa Concil. Carthag. *can. 14.* ubi jubetur, ut nulla Altaria dedicentur, niſi ibi ſint Sanctorum Martyrum Reliquiæ. In Hiſpania Concil. Braccarenſe *III. can. 5.* ubi ſtatuitur theſaurum Reliquiarum in Proceſſionibus geſtari debere manibus Episcoporum. In Gallia Concil. Ephonenſe *can. 25.* in Germania Concil. Mogunt. tempore Caroli Magni *can. 51.* In Italia Concil. Lateran. ſub Innocent. III. *cap. 62.* Tandem Concil. Trident. *ſeſſ. 25.*

III. Probatum Auctoritate, & doctrina unanimi omnium SS. PP. Ex Græcis. D. Athanaſ. *in vita S. Anton. de pallio Pauli primi Eremitæ.* Basil.

Bassil. in Pl. 115. *Pretiosa in conspectu Domini*  
 &c. Greg. Nyssen. *Oratione in Theodor. Mart.*  
 Greg. Nazian. *Orat. I. in Julianum.* D. Chrysost.  
 Iost, *serm. de SS. Iuventio & Maximo.* D. Damascen.  
*lib. 4. de Fide Orthodoxa c. 16.* copiose  
 & disertè id probans. Ex latinis verò D. Hieron.  
*lib. contra Vigilant.* ex professo inter cetera obijciens:  
*dolet Vigilantius Martyrum Reliquias pretioso operiri velamine,*  
*& non vel pariete vel cilicio colligari,*  
*vel projici in sterquilinum; ut solus Vigilantius,*  
*ebrius, & dormiens adoretur.* D. Ambr. *serm. 93. de SS. Nazario & Celso*  
*disertissime.* D. Aug. *Epist. 103. ad Quirinum*  
*Etianum.* D. Greg. *lib. 3. Epist. 50.* aliique plures  
 mi, quos omnes cum textibus invenies apud  
*larm. cit. l. 2. c. 3. Coccium, Becanum, Kellerum*  
 & alios.

IV. Denique probatur miraculis innumeris factis  
 etis divinitus ad SS. Reliquias religiose cultas  
 certè non fienda, si Deo earum cultus displiceret.  
 Item miraculis super ipsa SS. corpora, vel Reliquias  
 factis quibus Deus ostendit honorem ipsis debitum.  
 Plena sunt monumenta Sanctorum Patrum, & historiarum,  
 ut superfluum sit hic multum de eis referre.  
*Ratio* denique sumitur ab hoc facto & æquo:  
 quia nimirum illæ Reliquiæ fuerunt organa  
 sanctarum animarum ad omne opus bonum,  
 instrumenta Dei ad miracula &c. quare mirabilis  
 sanæ mentis eis honorem congruum denegare potest.

§. II.

Cultu tamen, & Adoratione respectiva  
ad ipsos Sanctos.

Cum enim Reliquiæ secundum se verè sint res<sup>34</sup>  
inanimæ, incapaces cultus & adorationis ab  
homine, ob rationem supra de imaginibus datam;  
hinc illæ non secundum se, & propter se absolu-  
te, sed solum respectivè ad Sanctos cultu vel ado-  
ratione eis competente adorari, & coli debent; ita  
scilicet, ut Reliquiæ B. Virginis & Sanctorum co-  
lantur cultu respectivo Hyperduliæ, & Duliæ;  
Reliquiæ verò Christi, quæ adhuc asservantur,  
cultu respectivo Latriæ, ut Christi præputium,  
ejusque Sanguis adhuc asservatus in aliquibus Ec-  
clesiis, posito etiam quòd adhuc sit verus Sanguis  
Christi, ut affirmant D. Banavent. Gabriel. Sua-  
rez. parte 3. tom. 2. disp. 47. sect. 2. Negant au-  
tem plures cum S. Thom. 3. part. 9. §4. a. 2.  
certum enim est illum sanguinem, sicut & præ-  
putium non esse amplius unitum hypostaticè cum  
Verbo, ideòque non absolute, sed respectivè tan-  
tum adorari debere, sicut & aliæ Reliquiæ propter  
contactum carnis Christi,

II. At quid de Carne, vel Sanguine Christi ali-<sup>35</sup>  
quando apparentibus, vel miraculosè factis ex S.  
Eucharistiâ? Cultu Latriæ absoluto adorati debere  
docent Sor. Major. Gabriel apud Bassæum *verbo*  
*Adoratio n. 5.* Quia putant eandem esse carnem  
unitam Verbo miraculosè ibi reproductam. Sed  
verior est cummunior sententia cum S. Thom. 3.  
part. 9. §7. a. 3. Suarez post Bassæum cit. debere  
adora-

adorari cultu solum Latriæ respectivo: cum enim ibi non sint amplius species Eucharistica, & consequenter nec Eucharistia, nec ipse Christus, nec caro, vel sanguis ejus, non sunt eademmet Caro vel Sanguis Christi, sed illius imago tantum: ne mirum alia substantia miraculosè producta Deo, ideòque non cultu Latriæ absoluto, sed respectivo tantum adorari possunt, quemadmodum Crucis & imagines Christi.

III. Eodémque respectivo Latriæ cultu adorari debent aliæ Christi Reliquiæ ex contactu Corporis Christi sanctificatæ, & honestè adorabiles. Ut Crux, Corona spinea, aliæque instrumenta Passionis Christi, Sudarium, Tunica, vestes aliæque illorum omnium particulae asservatæ. At quædam imaginibus ejusmodi Reliquiarum, seu rerum animatarum, quæ Christum contigerunt, ut faciem, imagines crucis, clavorum, coronæ, lanceæ, tunicæ, sacrae sindonis &c. &c. Imaginem Crucis esse Latriæ respectivâ adorandam: quia semper est imago Christi, & proponitur ad representandam ejus passionem: aliæ verò imagines instrumentorum, cum non assumantur ad representandam Christi Passionem, seu Christum passum, sed solum ad representanda illa ipsa instrumenta, vel vestimenta &c. quæ Christum atigerunt, adeo non sunt adorandæ cultu Latriæ, sed solum ut hæc signa honoranda, ut ex D. Thom. cit. nec *Bassius cit. n. 7.* Sermo est de ejusmodi Reliquiis seu rebus inanimatis, quæ Christum tetigerunt. Nam.

IV. Excipiendæ omnino sunt creaturæ rationales, quæ Christum etiam sanctè tetigerunt, ut B. Virgo Maria, Joseph, Apostoli, alter Joseph, & Nicodemus &c. Hi enim non sunt adorandi cultu Patriæ respectivo propter periculum idololatricæ (ut Sect. 1. sub finem notatum est) sed cultu ipsius competente, nimirum Dulciæ, vel Hyperdulciæ. Magis excipienda sunt illa, quæ Christum ignominiosè tetigerunt: ut os Judæ, manus alampam infligentis, crucifigentium Christum &c. si adhuc existent: hæc enim ex contactu Christi non participaverunt. ejus sanctitates ob eorum incapacitatem, & impietatem. Certè etiam excipiendum foret jumentum illud, cui Christus incedit Hierosolymam ingressus, si adhuc in toto, vel in parte existeret: quia licet contactus Christi sufficiens fuisset ad hanc adorationem respectivam, hoc tamen certè non decet, ut in pluribus aliis. Vide Suarez *suprà cit.* & optimè Candidum v. *Adoratio disquisit. 7. dub. 5.* His conformiter resolvi debent aliæ quæstiones curiosæ hæc proponibiles.

§. III.

*Objiciunt Hæretici.*

Scripturam, *Matth. 23.* Arguuntur à Domino Judæi, quòd ornarent sepulchra Prophetarum, *Deuter. ult.* Deus ipse abscondit Moysis corpus: cujus ratio ab omnibus redditur, ne Judæi illud adorarent. Hinc Judas in Epistola sua refert. Michaëlem Archangelum altercatum cum diabolo de Moysis corpore; quia scilicet Diabo-

Diabolus volebat illud manifestare, ut occasionem præberet Judæis illud adorandi: ergo &c. Adde *Heilbronner* supra præceptum divinum *Gen. 1. Terraes, & in terram ibis*: ergo in terram, in sepulchra pertinent Sanctorum cadavera; non ad Altaria, in thecas, monstrantias &c.

II. D. Paulus *Colloss. 2.* damnat omnem cultum arbitrarium, id est, à Deo non institutum, quem vocat græcè stultitiam: cultus autem Reliquiarum, imaginum, non est institutus à Deo, sed inventus ab hominibus: ergo ab Apostolo damnatus, & damnandus.

III. D. Aug. *lib. de moribus Ecclesie c. 34.* reprehendit sepulchrorum adoratores. D. Hieron. *Vigilantio* objicienti esse idololatriam accendens cereos coram Sanctorum Reliquiis, aliud respondere non potuit, quam id fieri à mulierculis, quæ zelum habent, sed non secundum scientiam. Insuper Concil. *Elibert. can. 34.* dicit: ejusmodi cereis Sanctorum Spiritus inquietari.

IV. Maxima pars Reliquiarum suppositicia est, tum quia D. Aug. *lib. de opere Monach. c. 28.* cum dixisset quosdam Monachos circumferre membra Martyrum, addidit: *Si tamen Martyrum*: Quod si autem tunc temporis jam fiebat imposturæ, quid nunc fieri credendum est? Tum quia tam multæ Reliquiæ ejusdem generis reperuntur, ut oporteat vel eundem Sanctum multæ corpora, aut certe gigantæum corpus habuisse, vel multas esse falsas Reliquias: natum inde illorum *multorum Reliquia in terris honorantur, & eorum anima in inferno cruciantur.*



*Respondent Catholici*

**AD I. Dominum non reprehendere Judæ-37**

os, quòd ædificarent, vel ornarent sepulchra Prophetarum, sed quòd non imitarentur Prophetas, sed potiùs eos, qui illos occiderunt, & sic se ipsos condemnarent. Uti exponunt eum locum omnes ferè SS. PP. Hilar. Hieron. Chrysoft. Theophylact. *in c. 23. Matth. Et Ambr. in c. 11. Luca* dicens: Prophetarum ædificatione tumulorum sceleris eos, qui occiderunt, arguebant, & similium æmulatione factorum se quoque declarabant paternæ iniquitatis hæredes; non igitur ædificatio, sed æmulatio sceleris loco æstimatur. Moysis corpus absconditum est, ne à Judæis, in idololatriam pronissimis, coleretur pro Deo verà idololatriâ, ait Chrysoft. *hom. 8. in Matth. Illud terraes, & in terram ibis*, significat hominem ordinariè naturali morte in pulverem resolvendum, nihil de veneratione Reliquiarum: non autem semper cadavera sub terra abscondenda; a-lias & Deus malè faceret, eos aliquando resuscitando.

Ad II. R. S. Paulum ibi prohibere non quemvis cultum voluntarium, sed superstitiosum, ut nostri Interpretes rectè vertunt, seu falsam Religionem, ut vertit Hieronymus *Epist. ad Aglasiam*. Deinde falsa est *minor*: cultus enim Reliquiarum non est omninò voluntarius, ab hominibus excogitatus, sed à Deo, etsi non expressè præceptus, tamen inspiratus: ut patet ex Scripturis allatis.

tis §. 1. Quibus approbatus cultus Reliquiarum, cultum autem superstitiosum & nos donamus.

Ad III. r. Aug. reprehendere illos sepulchrorum adoratores, qui sacrificia panis & vini, aliorumque epularum manibus defunctorum ad sepulchra offerebant, quibus deinde se se ingurgitabant: sic enim loquitur; *Novi sepulchrorum adoratores, novi multos esse, qui luxuriosissime super mortuos bibant, & epulas cadaveribus exhibent super scopulos se ipsos sepeliant, & voracitates, curietatesque suas deputent Religionem.* Sic ille Abusum ergo turpissimum reprehendit, non cultum debitum Reliquiarum, & sepulchrorum Martyrum, quem alibi sapientius disertissime approbavit, & commendavit. Similiter D. Hier. & Concil. Elibertinum reprehendunt candelas oblatas & accensas Martyribus solum propter adiunctam superstitionem: quod mulierculæ putarent iis Sanctos Martyres illustrari. Ita enim obiurgati Vigilantio: Magnum honorem præbent huiusmodi homines Beatissimis Martyribus, quos putant de vilissimis cereolis illustrari; respondet Hieronym. *confiteor, zelum Dei habent, sed non secundum scientiam.* Caterum ibidem pergit Hieron. in nostram sententiam: *causabantur quondam & Apostoli, quod periret unguentum, sed Domini voce correpti sunt: neque enim Christus egebat unguento, nec Martyres lumine cereorum, & tamen illa mulier in honorem Christi fecit, devotioque mentis ejus recipitur: & quicumque accendunt cereos, secundum*

fidem suam habent mercedem. Et ulterius obij-  
cienti: quod etiam idolis accendebantur cerei in  
signum Divinitatis eorum idololatricæ. Respon-  
det Hier. *Illud fiebat idolis, & idcirco detestan-  
dum est; sed hoc fit Martyribus, & ideo recipi-  
endum est.* Sic S. Doctor. Neque cerei accensi  
sunt semper signum cultûs divini, veri, vel falsi,  
sed generaliter significant lætitiã & gloriam:  
meritò autem colimus cum lætitiã Gloriam San-  
ctorum.

Ad IV. denique negatur Reliquias, quæ publi-  
ca auctoritate in Ecclesia ad colendum publicè  
proponuntur esse supposititias: Quippe de quibus  
Ecclesia semper diligentissimè inquit, ne fraudes  
fiant; esto in privato subinde errores contingant,  
ut l. c. meritò suspicabatur Aug. de privatis Mo-  
nachis Reliquias ita circumferentibus. Ex dictis  
patet, quid dicendum de oblationibus & peregrina-  
tionibus sanctis, eorûmque imaginibus factis;  
de votis factis ad Sanctos patebit *tract. seq. in  
Præcepto secundo.*

### ANNOTATIO MORALIS

De Sanctorum, eorûmque Imaginum,  
ac Reliquiarum cultu publico, &  
privato.

**C**ultus publicus dicitur, qui Sanctis eo-  
rûmque imaginibus, ac Reliquiis ab Ec-  
clesia institutus est, atque ejus nomine exhibetur,  
atque ad colendum publico cultu ( Sacrificio  
Missæ, Processione, Festo, voto communi ad il-  
lum

lum Sanctum, ejusve Reliquias, vel Imaginem) debet necessariò ejus Sanctitas ab Ecclesia publicè esse proposita fidelibus per Canonizationem, vel Beatificationem specialem, aut approbationem generalem, uti præcipitur *c. finali. De Reliquiis & veneratione Sanctorum.* aliorumque Pontificum Decretis: quia rectus ordo exigit, ut publicè solùm colatur, qui publicè est propositus Sanctus. Et de hoc cultu publico potissimum hæc nunc locuti sumus.

II. Cultus privatus dicitur, qui Sanctis, eorumque Reliquiis, vel imaginibus exhibetur, non nomine & devotione privatorum fidelium, sed ad ejusmodi privato cultu colendum aliquem finem, etiam si illud sufficit, si prudenter nobis persuadeamus illum esse Sanctum, seu Dei amicum in gloria. *Ratio est:* Quia sic non erit morale periculum errandi, sicut in cultu publico; alioquin absque ejusmodi prudenti persuasione, seu morali certitudine sanctitatis, semper erit temerarium colere vel adorare. Et hinc

III. Per se, & secluso scandalo defuncti (non tamen adhuc vivi absque speciali infundendo Spiritus Sancti) quem Sanctum credis, licite poteris cadaver, vel Reliquias osculari; easdem cum honore servare, ejusdem imaginem depingere, & domi habere, die mortis ejus privatim colere, & ejusdem vigilia jejunare, eum orando invocare, preces privatas, *Pater, Ave, Rosaria, Pater noster*, in ejus honorem recitare, votum privatum ei nuncupare, in privatis colloquiis Sanctum

vel Beatum nominare &c. & his similia : quia hæc omnia publicum cultum minimè sapiunt. **Ad** contra

IV. Non licet ejus nomen in Litaniis etiam privatis apponere, ejus imaginem in Altari, vel Ecclesia collocare ad cultum (secus si solum fiat ad memoriam vel ornatum), nec in Missa de commemorationem facere, seu in collectis Missæ, vel Officii divini eum nominare, nec ei vota publica nomine communitatis nuncupare, nec diem festum publicum, aut Processionem in ejus honorem instituere, etiam auctoritate Episcopi, & his similia; Quia hæc omnia, & similia vel publicum cultum supponunt, vel instituta sunt solum ad Sanctos canonizatos, seu publicè propositos venerandos. Hæc omnia latius post Suarez & alios, *Lezana v. Sanctorum cultus, ex quo strictim Tamburin. lib. 2. Decalog. c. 5. §. 1. n. 11.* Et ex hoc ego.

## CAPUT IX.

De Irreligiositate secundum excessum, seu superstitione, contra primum Præceptum ut negativum est.

Irreligiositas generatim est vitium oppositum Religioni, seu Reverentiæ & cultui Deo debito, quemadmodum enim respectu Justitiæ datur vitium in communi oppositum, quod vocatur *injustitia*: & respectu temperantiæ datur vitium

Hh 3

vitium

vitium in genere oppositum, dictum *intemperantia* &c. Et utrunque diversas sub se species complectitur, ita etiam respectu Religionis dicitur vitium in communi oppositum; quod generaliter vocamus *irreligiositatem*, diversissimas sub se species complectentem. Generalissimè autem dicitur in duas species, scilicet: Irreligiositatem secundum excessum, & secundum defectum.

II. Irreligiositas secundum excessum dicitur (non quidem quoad quantitatem cultus absolute, quantumvis enim homo Deum colat, minus est, quam ei debeat, neque hinc excedi potest, sed vel secundum objectum, ut si aliquid pro Deo colatur, quod Deus non est; vel secundum modum colendi, utpote si verus Deus quidem colatur, sed modo indebito: utrovis modo facta proprio nomine dicitur *superstitio*, sic dicta: quasi aliquis super convenientem Dei cultum *statuens*: & definitur.

III. Superstitio est falsa Religio, seu cultus religiosus, quo vel colitur creatura cultu divino, vel Deus modo indebito. Ita communiter DD. cum *D. Thom.* 2. 2. q. 92. a. 1. Quia enim vera Religio, & cultus Dei duo requirit. 1. Objectum, scilicet verus tantum Deus colatur cultu divino. 2. Modum colendi, ut scilicet Deus etiam modo convenienti, seu congruo colatur; si alterum horum desit, exceditur contra Religionem veram, & efficitur Religio falsa, & superstitio; quæ proinde immediate subdividitur in duas species: scilicet: *mirum* superstitionem in objecto colendo, & *superstitio* in modo colendo.

scilicet cultus divinus tribuitur creaturæ, præsertim diabolo; cujus tres sunt præsertim species: idololatria, divinatio, & vana observatio, seu magia. Et superstitionem in modo colendi, quæ Deo vero cultus indebitus tribuitur.

IV. Superstitio secundum defectum dicitur, quæ Deo vero irreverentia irrogatur, cujus species sunt Tentatio Dei, blasphemia, Sacrilegium. De quibus cap. seq.

SECTIO I.

De Idololatria.

SUMMARIUM.

- 1. Idololatria est superstitio, qua divinus honor creaturae tribuitur
- 2. Ut si vera idololatria, que requirantur?
- 3. Est peccatum mortale gravissimum, quandoque duplex.
- 4. Idololatriæ triplex species explicatur.
- 5. Qualiter hoc peccatum etiam comitti soleat circa Santos, eorum Imagines, Reliquias?
- 6. Idololatria simplex, & mixta: implicita, & explicita quid?
- 7. Unde superstitiosa divinationis & magia malitia oriatur?
- 8. Superstitiosa divinatio & magia alia cum pacto expresso;
- 9. Alia cum pacto implicito seu tacito.
- 10. Notanda Confessariis

ASSERTIO III.

Idololatria est superstitio, quæ divinus cultus tribuitur creaturæ: seu est cultus, seu servitus, quæ Deo debita, creaturae tribuitur; peccatum mortale gravissimum, & quandoque duplex, mixtum scilicet infidelitate; alia simul & implicita, & explicita.

H b 4

expli-

explicita; alia mixta & implicita saltem, Divinatio & Magia; & hæc alia cum pacto explicito vel expresso, alia cum pacto implicito & tacito cum Damone. Omnes.

## §. I.

Est superstitio, quâ divinus honor tribuitur creatura &c.

I. **P**atet vel ex ipso nomine idololatria, composito ex idolo & Latria, Latria enim propriè significat Deo soli proprium honorem, cultum: Idolum autem propriè significat simulacrum repræsentans falsum: ut imago chimæ, hyppocentauri: quo differt idolum ab imagine, quæ est simulacrum repræsentans aliquid verum, seu quod ita se habet, sicut figuratum: ut imago Christi hominis. B. Virg. &c. Unde communis jam sensu idolum dicitur omne illud, quod pro Deo colitur, estque non Deus; ideoque Idololatria propriè est cultus divinus tributus creatura tanquam Deo, hoc est simulacro Deum falsò repræsentanti, aut aliquid Divinitatis habenti. Nam

II. Variè olim idololatrabant Veteres. I. Alii qui omnium stupidissimi adorabant ejusmodi simulacra falsa absolutè & in se, quasi aliquid Divinitatis in se habentia. 2. Alii prudentiores adorabant ea simulacra solùm respectivè ad aliquid aliud falsò pro Deo repræsentatum, quod tamen non erat Deus, sed vel homines mortui: ut Jupiter, Mars &c. aut animalia, aut elementa: sic enim antiqui in statua Apollinis



adorabant solem; in statua Dianæ lunam; in imagine Jovis aërem; Neptuni aquam. 3. Alii telulis simulacris absolute adorabant creaturas, solem, lunam, stellas, ignem, homines, imò bestias, crocodillos &c. tanquam Deos, vel Divinitatis aliquid habentes, adeoque adhuc ut falsa Divinitatis simulacra. Et quia omnia ista fiebant ex instinctu dæmonis Divinitatis hostis, & æmulatoris, divinum honorem affectantis, ideò reipsa ultimate adorabatur ipse Dæmon, qui talibus se immiscens responsa dans, aliisque præstans pro Deo colebatur. Tandem eousque res nefanda processit, ut 4. ipse Dæmon in se ipso forma visibili apparet pro Deo adoraretur; & quidem etiamnum in Christianitate ab infandis illis sagis & magis: unde factum, ut sicut idolum jam communi sensu accipitur pro omni eo, quod pro Deo colitur, ita idololatria accipitur pro omni honore, vel cultu exhibito cuicunque creaturæ, tanquam Deo, sive simulacrum sit, sive res alia animata, inanimata, &c. ac tandem ipse dæmon, ut cum *D. Th. cit.* notant DD. communiter.

III. Ad veram ergo idololatriam duo principaliter requiruntur. I. Ut id, quod creaturæ tribuitur, verè sit cultus divinus, seu Latria soli Deo debita, quâ nimirum in creatura contestamur divinam aliquam excellentiam, nostramque erga eam subjectionem, quod universaliter dignoscendum est ex actu interno, & intentione colendi creaturam pro Deo, quocunque actu externo id fiat: actu enim illi cultui communes: nimirum prostrationes,

H h s

tiones,

tiones, genuflexiones; inclinationes, sicut ad cultum Latriæ, Dulix, & politicum, ita etiam ad idolatriam determinantur per actus internos. Deinde particulariter etiam cognoscitur ex actu externo, si nimirum talis actus ex natura sua, vel consuetudine soli Deo tribuendus sit, ut sunt omnia Sacrificia, omniâque ad ipsum pertinentia, ut Templâ, Altaria. De quo eleganter S. Aug. lib. 20. contra Faustum c. 21. ait: *Nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum, quamvis in memorias Martyrum, construimus Altaria.* Et paulò post: *Illo cultu, qui græce latria dicitur, latine uno verbo dici non potest, cum sit quadam proprie Divinitati debita reverentia, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum Deum.* Cum ad hunc cultum pertineat oblatio Sacrificii, unde idolatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent; nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum precipimus, vel cuiquam Martyri, vel cuiquam Sanctæ animæ, vel cuiquam Angelo. Hæc ille.

IV. Requiritur 2. Ut talis divinus cultus verè exhibeatur vel tribuatur creaturæ, tali nimirum voluntate & intentione huic creaturæ conciliandæ quantum in se est, opinionem divinæ alicujus excellentiæ, qualis in solam divinam Majestatem credit, non enim opus est ad idolatriam, omnem excellentiam, vel perfectionem divinam Deo defacto inexistentem explicitè tribuere creaturæ, scilicet diabolo, quod nunquam factum, nec fieri potest; sed sufficit aliquam quamcunque excellentiam vel perfectionem Deo debitam creaturæ tribuere.

tribuere: Quemadmodum gentiles olim tam varios Deos coleado, non omnibus absolutam supremam excellentiam & dominium tribuere potuerunt, sed singulis peculiarem & supremam vim ad certum munus, vel effectum: Jovi super Regna: Marti super bella: Neptuno super aquas: Apollini super scientiam &c. quæ tamen singulæ etiam excellentiæ soli Deo propriæ sunt. His ergo duobus concurrentibus, ut & cultus divinus sit, & verè tribuatur creaturæ, dicimus.

## §. II.

*Peccatum mortale gravissimum, & quandoque duplex.*

**P**ost peccata contra Virtutes Theologicas superius latius explicata, omnium gravissimum est *idololatria*: quippe primum locum tenens inter peccata contra Virtutem Religionis, quæ est omnium virtutum, moralium præstantissima: quia, quantum est in se, tollit honorem Deo, ut transferat in creaturam; est verum crimen læsæ Majestatis divinæ, Apostasia à Deo: unde sæpè duplex involvit peccatum: idololatria enim tres præcipue actus includit. 1. Existimationem Divinitatis, seu perfectionis, vel excellentiæ alicujus divinæ in creatura. 2. Affectum adorandi, seu actum internum voluntatis, quo quis se creaturæ submittit ut Numini, idque colere intendit. 3. Ipsam adorationem, seu actum externum, quo quis suam ægalem creaturam, tanquam Deum, submissionem protestatur, & significat: & hinc triplex est species adorationis idololatriæ.

*Prima*

4 *Prima est idololatria externa simul & interna quoad existimationem & affectum: cum quis & intellectu existimat erroneè creaturæ aliquid in se Divinitatis; & ideò voluntate intendit eam colere, quæ est idololatria perfecta, & semper conjuncta cum infidelitate; adeoque duplex peccatum mortale, infidelitatis contra Fidem, & superstitionis contra Religionem: atque ideò talis idololatrans v. g. dæmonem pro Deo adorans, est verus infidelis, hæreticus, vel hæretica, & incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ; ideoque à Confessario etiam Regulari privilegiato non habet facultatem specialem absolvendi ab hæresi, absolvi non potest; quòd valdè notandum.*

*Secunda est idololatria externa simul & interna quoad affectum tantum, non quoad existimationem, cum quis scilicet cognoscit huic idolo & nihil inesse Divinitatis, unumque tantum, & verum Deum agnoscens: tamen ex pravo affectu, ut potè odio erga Deum, cupiditate aliquid à Diabolo impetrandi, idolo, vel ipsi dæmoni voluntarium deliberatum cultum externum tanquam Deo deferret; qualis regulariter est idololatria, vel potius Dæmonolatria sagarum & magorum: & licet hæc species deficiat à priori quoad existimationem intellectûs, non tamen deficit quoad affectum voluntatis, imò malitiâ excedit, longèque gravius peccatum est, quàm prior species, quæ ob ignorantiam utcumque excusari potest: hæc verò contra propriam scientiam, & conscientiam ex mera malitiâ procedit Deo debitum cul-*

tum tribuens creaturæ: & si fiat ex actuali odio Dei, ac formali contemptu ipsius, erit peccatorum omnium gravissimum; & quamvis talis idololatra solo affectu sine æstimatione erronea intellectus, non sit infidelis, vel hæreticus, nec consequenter incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ, excommunicationem tamen aliam incurrit, nimirum latam à Joanne XXII. non tamen reservatam Pontifici. Uti habetur in Directorio Inquisit. adeòque à quovis Confessario legitimo tales absolvi possunt.

*Tertia* est idololatria externa & simulata tantum, cum quis absque existimatione Divinitatis, omnique affectu interno colendi aliquid pro Deo, tamen ex infirmitate, metu persecutionis, tormentorum, mortis &c. idolo, creaturæ, vel dæmoni exterius tantum exhibet cultum Deo debitum v. g. sacrificium thuris, qualis fuit idololatria S. Marcelli Papæ, & aliorum: & licet hæc non sit idololatria vera, & formalis, sed materialis tantum; cum careat affectu interno colendi aliquid pro Deo essentialiter requisito ad omnem cultum formalem, est tamen gravissimum peccatum mortale, tum contra professionem externam Fidei, tum etiam contra virtutem Religionis; cum sit plenissimum mendacium, perniciosum, in cultu publico Religionis Deo injuriosum, hominibus scandalosum.

Neque hoc peccatum idololatriæ ita proprium est Gentilium, magorum, & sagarum, falsos Deos, & ipsum dæmonem pro Deo adorantium.

quis

quin Christianis, & aliis quoque commune sit. Sic enim peccato idololatriæ, & etiam gravissime peccat mortaliter ( si scienter, & voluntarie )

*Primo:* Quisquis Sanctos adorat, & invocat pro donis vel effectibus naturalibus, vel supernaturalibus, tanquam Auctores principales istorum donorum, vel effectuum, tanquam sua propria virtute, & facultate præstandorum; hoc enim vere est divinam excellentiam tribuere creaturæ: quod tamen non ex verbis nudis, sed ex sensu verborum debet expendi; ut supra etiam monui.

*Secundo:* Quisquis imagines, & alias quasvis res sacras, vel Reliquias adorat in se, vel propter se, & non cum respectu ad sua prototypa Deum, vel Sanctos: talis enim necessario tribuit creaturæ excellentiam supernaturalem, vel divinam.

*Tercio:* Quisquis aliquam excellentiam supernaturalem, etiam creatam, & ideò cultum tali excellentiæ debitum falso tribuit creaturæ, in qua talis excellentia non reperitur. E. G. qui sanctis falsis, vel fictis hominibus non beatis, vel damnatis cultum tribuunt veris Sanctis debitum. Qui falsas Reliquias obtrudunt adorandas; qui in signum falsi miraculi, vel benefici miraculosè accepti tabellas ad sepulchra, ad Altaria, vel alias in templo appendunt. Qui falsa miracula prædicant, vel evulgant &c. peccant omninò hi mortaliter, quamvis non propriè idololatriæ, sed potius idolodulæ peccati quia gravis hîc veræ Religioni infertur injuria. Neque excusatio duci potest à bona intentione propter

propagandæ devotionis; cum ea potius hoc modo diminuatur, dum aperitur via ad etiam vera miracula neganda, & confundenda, uti sæpius experimur ab hæreticis; præterquam quod verus Deus mendaciis honorari abhorreat: atque huic periculo se exponunt, qui Sanctos necdum publica auctoritate canonizatos, eorumque Reliquias, vel imagines colunt, vel venerantur cultu Sanctis debito: contra quos *Urbanus VIII.* edidit Bullam Anno 1625. 4. Aprilis, prohibens, ne talium imagines cum radiis pingantur, nec ad eorum sepulchra vota appendantur. Deterius adhuc faciunt, qui hominum adhuc viventium Reliquiis, imaginibus, cultum Sanctis debitum exhibent, quod non rarò accidit nostro tempore. *Quartò:* Quisquis hujusmodi cultus Deo, vel Sanctis debitos sibi ipsi arrogat, exhiberi permittit, vel procurat quocunque medio, ficta sanctitate, miraculis, revelationibus falsis, peccat mortaliter peccato saltem idololatriæ, ultra peccatum hypocrisis, mendacii & falsitatis in rebus Religionis. Exempla illusionis, & deceptionis plura satis nota fuerunt. Sed de his satis.

## S. III.

*Idololatria simplex, & mixta, implicita, & explicita.*

*Idololatria simplex & explicita* est, qua divinus cultus exhibetur creaturæ, diabolo præcisè animo ipsum colendi ac honorandi, aliquam ejus excellentiam divinam, v. g. supremum dominium submissè contestando. *Idololatria mixta, & im-*

& implicita dicitur, quâ colitur dæmon, ipsum  
 invocando pro aliquo opere à Deo tantum peten-  
 do, & exhibendo: utpote aut pro notitia occul-  
 torum per divinationem; aut pro effectu aliquo  
 præternaturali causando per magiam, seu vanam  
 observationem: etenim diabolus hostis, & zemu-  
 lus Divinitatis ex superbia, & odio erga Deum  
 divinum honorem affectans, omnibus modis, quo-  
 bus Deus colitur, & ipse coli vult: colitur autem  
 Deus aut purè adorando, & reverentiam debitam  
 divinæ Excellentiæ ac Majestati exhibendo, aut  
 invocando & petendo ab ipso ea, quæ ad nostre  
 mentis & operationis directionem spectant: ut  
 etiam diabolus homines edocuit: 1. Ut ipsi cul-  
 tum & reverentiam quasi divinam exhibeant, &  
 erit pura idololatria. 2. Ut ipsum invocent, &  
 petant ab ipso occultorum cognitionem per divi-  
 nationem. 3. Ut ipsum invocent, & petant ab  
 ipso directionem operum, & effectus præterna-  
 turales per magiam, seu vanam observationem,  
 unde omnis superstitiosa divinatio & magia veris-  
 sima est idololatria, aut mixta, sæpè scilicet con-  
 juncta cum actuali explicita adoratione dæmonis,  
 ut patebit; aut saltem implicitâ, hoc enim ipso  
 quo homo expressè vel tacitè invocat, & petit à  
 dæmone cognitionem occultorum, vel effectum  
 præternaturalem, implicitè saltem & interpretati-  
 vè intendit ipsum colere, & defacto ipsum colere,  
 nec requiritur intentio formalis explicita colendi  
 eum cultu divino, sed sufficit intentio virtualis  
 & implicita, faciendo nimirum id, quod rever-



cedit in honorem ejus, semper affectantis honorem  
divinum.

Superstitiosa ergo divinationis, & magiæ ma-  
litiæ, & ratio peccati mortalis gravissimi consistit  
in hoc, quòd homo pro cognitione rerum occul-  
tarum, aut alio affectu obtinendo, relicto Deo,  
recurrat ad dæmonem, eum expressè, vel tacitè  
(modo mox explicando §. seq.) invocans, atque  
expectans ab eo notitiam, vel effectus à Deo solo  
petendos, vel expectandos, quod ipsum neces-  
sario cedit in contemptum Dei, ac honorem dia-  
boli, divinum semper in his honorem affectan-  
tis, ac per hoc homo ipso facto diabolo divinum  
quemdam honorem exhibet, utique gravissimo  
peccato idololatriæ, saltem implicitæ, Apostasiæ  
à Deo, ac velut læsæ Majestatis divinæ crimine.  
Undè ulterius quamvis in rigore loquendo, vera  
& formalis superstitiosa divinatio, & magia im-  
plicitè idololatria dæmoni divinum cultum exhi-  
bens tunc solum videatur esse, quando ad diabo-  
lum recurritur pro notitia, vel effectu solum à  
Deo haberi possibili, ut pro notitia futurorum  
contingentium, cogitationum cordium, pro re-  
suscitatione mortui, extemporanea curatione  
morbi gravis, præsertim incurabilis &c. certum  
tamen videtur apud omnes etiam illam divinatio-  
nem, vel magiam esse veram superstitionem cum  
implicita, seu interpretativa idololatria, & pecca-  
tum mortale gravissimum, quia petitur à diabolo  
cognitio earum rerum, quas is ( utpotè substan-  
tia intellectualis perfectissima) naturaliter scire

potest, ut auctorem furti, vel homicidii occultum, eventus naturales, aut effectus aliquos quos naturaliter efficere potest, uti tempestates, curationem febris, intoxicationem hominis, vel pecoris &c. Ita cum D. Aug. & S. Thom. 2. 2. q. 85. a. 2. Navarr. Sanchez. Suarez. Layman. alii hic. Ratio est: quia enim hac ratione homo relinquit Deum, honorat diabolum, ei que cultum, saltem ex parte hominis soli Deo tribuendum, attribuit: etsi enim tunc non sit proprius cultus divinus ex parte operis petiti, utpote naturaliter possibilis, evadit tamen cultus divinus ex parte diaboli acceptantis, & in his semper consistens cultum & honorem divinum, seu aliquo usurpare de excellentia divina, & honore Deo debito, ac per hoc ipsum homo interpretatur colit dæmonem cultu aliquo divino, quia cooptatur dæmoni in usurpatione divinæ excellentiæ & cultus Deo debiti, ut post alios optime explicat Filliu. *tract. 24. in I. Præcept. Decal. c. 1. q. 6.*

## §. IV.

*Alia cum pacto expresse, alia cum pacto implicito, vel tacito tantum.*

- 8 **S**uperstitiosa divinationis, & magiæ cupida duplex est species universalis jam nominata.
- I. Divinatio, vel magia cum pacto expresse cum dæmone, seu expressa invocatio dæmonis, græcè *NEKROMANTIA*, est, cum quis explicitè & expresse petit rerum occultarum notitiam verbo vel facto, sive id fiat 1. simplici petitione, vel

invocatione dæmonis, & idololatriâ implicitâ tantum; vel petitione, inclinatione, solemnibus ad- junctis adorationibus, sacrificiis, suffragiis, aliis- que cæremoniis in honorem diaboli cum idolo- latriâ explicita; sive fiat 2. expresso pacto, & conventionione mutua cum dæmone, quâ petens se obligat ad certa obsequia (certè nefanda) præ- standa dæmoni pro illo beneficio, dæmone è contra promittente, se facturum, quod magus petierit. Idque 3. sive magus petat, & dæmon promittat per se ipsum revelare occulta, vel cau- sare talem effectum; sive tandem modo solemniter dæmon exhibeat, & magus ab eo accipiat certa signa vel media ad tales effectus ope dæmonis cau- sandos ab ipso instituta per modum Sacramen- torum, magusque ea postea adhibeat pro assequen- da notitia occultorum, aut alio effectu cau- sando ope dæmonis, ut in singulis patebit sigillatim. Atque ejusmodi pactum invocatione, vel petitione facta jam perpetratum est gravissimum peccatum superstitionis cum pacto expresso, etiamsi postea effectus non sequatur, & dæmon non respondeat, vel præstet, quod promisit; sive quia à Deo non permittitur, sive quod dæmon ipse mendax con- ventis non stet, sive ob aliam causam.

II. Divinatio, vel magia cum pacto tacito, seu cum tacita & implicita tantum invocatione dæ- monis dicitur ab aliquibus, cum quis occultorum cognitionem, aliumve effectum consequi niti- tur per media, vel signa non ab ipsomet, sed ab alio conventa cum dæmone, tunc enim utendo

conventu, signis, vel medio, censetur dæmonis voluntati consentire, ipsoque facto dæmonem invocare. Verùm si scienter utatur ejusmodi signis, vel mediis à dæmone cum alio conventis, vel institutis, meritò DD. communiter videntur invocare ad pactum expressum. Deinde reverà constat dæmonem sæpè operari per signa & media nunquam antea cum alio conventa, vel instituta ab ipso dæmone, sed ab aliquo vanè adhibita, ut pluribus etiam recentibus exemplis monstrari possit. Itaque generalius

III. Divinatio, vel magia cum pacto tacito vel implicito cum dæmone, seu tacito invocatione dæmonis dicitur, cum quis occultorum notitiam, vel alium effectum consequi nititur per signa, vel media omninò impertinentia, & vanaque scilicet, neque ex natura sua, neque ex institutione Dei, vel Ecclesiæ habent aliquam peculiaritatem, vel virtutem ad causandum talem effectum: sive deinde illa signa, vel media defacto ab ipso dæmone cum alio conventa sint, sive non; dæmon enim ejusmodi signis, vel mediis omninò vanis, & trivolis adhibitis sentiens invocari aliquam occultam virtutem promptissime immiscet, & operatur, ut plurimis etiam legitimis exemplis patet. Etiam si ergo ejusmodi signis, vel mediis utens, explicitè non sciat, vel agnoscat ea esse instituta à dæmone, aut dæmonem per illa operari; dummodò sciat, vel intelligat signa illa, vel media neque ex natura sua, neque ex institutione divina, neque ex ordinata

Ecclesie habere ullam virtutem, vel vim ad talem effectum causandum, hoc ipso posset, & deberet scire habere vim ex ope dæmonis; adeoque eo ipso, quò adhibet ea, convincitur implicitè invocare dæmonem, ejusque opem advocare.

IV. Unde non obstat, nec excusat, quòd homines talia agentes putent, dicant, protestentur, se nullum omninò cum dæmone pactum, vel commercium intendere, nullo modo velle diabolum invocare, aut illius ope, vel auxilio aliquid velle consequi; est enim protestatio factò contraria, & ideò de jure frivola, nam eo ipso, quò utuntur ejusmodi signis, vel mediis vanis nullam naturalem vim, vel proportionem habentibus ad causandam talem notitiam, vel effectum, convincuntur invocare aliquam aliam vim, vel virtutem homine superiorem, & intelligentem. Non certè ipsum Deum, qui talia tam severè prohibet. Non Angelum bonum, qui contra Dei placitum nihil potest facere, ut fateri coguntur, & in decursu magis patebit: erga convincuntur (ideoque scire possent, & deberent) se reipsà invocare malum Angelum, seu dæmonem, nulla enim alia virtus superior homine, intelligens defacto existit in universo. Quod valde notandum, & bene inculcandum est ejusmodi superstitionis, His pro fundamento generaliter propositis, & semper præ oculis habendis, ipsas reliquas superstitionis species portò explicemus.

## SECTIO II.

## Divinatio Superstitiosa.

## SUMMARIUM.

11. Divinatio quid secundum nomen, & generatim?
12. Quid in re, & proprie?
13. Ejus divisio in species varias.
14. Divinatio per astra quid?
15. Astrologia judiciaria quid?
16. Quando superstitiosa, & quando non?
17. Physiognomia quid, & quando superstitiosa?
18. Divinatio ex somniis quid? &
19. Quando superstitiosa, & mala mortaliter?
20. Divinatio per sortes, seu tortilegium.
21. Sortes divisorie quid, & quando licite?
22. Quid sortes consultivæ?
23. Quid sortes divinatorie, semper illicitæ?

**II** Divinatio sic dicta quasi divina ratio, vel *divinitatis amulatio* in cognitione rerum per se occultarum, vel futurarum sibi Deo propriâ, juxta illud Isa. 41. *Annuntiate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dei estis vos.* Et hinc rigorosè sumpta Divinatio definitur à S. Thom. 2. 2. 95. a. 4. *Est prædictio inordinata eorum, quæ solum Deum spectant, ope demonis.* Verùm quædam etiam prædictio eorum, quæ non ad solum Deum spectant (ut futura contingentiæ, occulta cordis) sed quæ demon naturaliter scit, vel seire potest opè demonis habita ad veram superstitiosam divinationem & idololatriam implicitam spectat, ut supra generaliter prænotavi, ideo generalius definienda, & dividenda divinatio.

## S. I.

Definitio, divisio, &amp; species enumerata.

**D**ivination est significatio, vel prædictio re-  
rum per se homini occultarum, vel futu-  
rarum ex pacto cum dæmone; sive deinde cum  
pacto expresso, & expressa invocatione dæmonis;  
sive cum pacto tacito vel implicito tantum, nimi-  
rum adhibendo media inutilia & impertinentia,  
quæ scilicet nec ex natura sua efficaciam habent  
ad manifestationem rei occultæ, vel futuræ: nec  
à Deo vel divina ordinatione ad id instituta sunt;  
nam generaliter quicunque res occultas hominis  
naturalem cognitionem superantes scire & præ-  
dicare vult, & tentat, idque secluso Dei beneficio,  
ejus revelatione, vel mediis ab eo ad id ordina-  
tis, necesse est, ut dæmonis ope addiscere, &  
prædicare desideret, & tentet, ideoque societa-  
tem, & pactum aliquod cum dæmone, Dei & hu-  
mani generis hoste, expressè, vel tacitè ineat contra  
illud Apost. 1. Corinth. 10. *Nolo vos fieri socios  
dæmoniorum.* Uti latè & optimè docet D. Au-  
gust. lib. 2. de doctrina Christiana c. 23. Esto  
etiam quis dæmonem expressè invocare minimè  
intendat, imò renuat; quia tamen ejusmodi me-  
diis vanis & impertinentibus notitiam occulto-  
rum humanam cognitionem superantem acquire-  
re tentat, eo ipso non procedit viâ inventionis,  
sed viâ disciplinæ, ita ut talem notitiam ab alia  
intelligentiori substantia addiscere tacitè desi-  
deret, & petat: atqui non petit, nec invocat  
Deum, bonos Angelos; ergo dæmonem, cum  
post

post eos nulla detur alia substantia homine intelligentior.

**13** II. Divinationis ergo superstitiosæ duæ sunt species generales, scilicet per actum expressum, & per pactum implicitum cum dæmone, jam supra generatim explicatæ. Divinationis cum pacto expresso, seu expressa invocatione dæmonis penes diversos modos, quibus solet dæmon respondere & revelare occulta, variæ numerantur species materiales, & præcipuè novem. 1. *Pythium*: cum dæmon divinatoriè respondens apparet variis imaginibus, aut corporibus alienè asportatis, vel compactis ex aëre, vel solum deludendo sensus, vel phantasiam fictis imaginibus, de quibus vide *Delirium*, *Valent.* alios. 2. *Species* est per somnium: cum à dæmone ex pacto expectatur revelatio occultorum futurorum fructa in somno. 3. *Necromantia* specialis: cum adhibitis certis signis, vel carminibus mortui videntur resurgere, loqui, & docere occulta. 4. *Pyromantia*: cum diabolus ex pacto docet per homines arreptitios. 5. *Geomantia*: cum dæmon docet per certa signa apparentia in corporibus terrestribus: ut in biviis, lignis, lapidibus, & aliis, plumbo fuso &c. 6. *Hydromantia*, cum docet per signa apparentia in aqua. 7. *Aëromantia*: cum docet per signa apparentia in aëre. 8. *Pyromantia*: cum per signa apparentia in igne. 9. *Pyromantia*: cum per signa apparentia in arteriis seu intestinis sacrificatorum animalium dæmon responsa dabit. Huc spectant omnes species





genera, quàm vetularum capita. Ex omnibus numeratis speciebus in particulari tres præcipue species divinationis pro præxi examinandæ sunt: scilicet per astra, per somnia, per sortes: his enim intellectis, facilimum est judicare de aliis omnibus.

## §. II.

*Divinatio per astra, Astrologia judiciaria.*

14 **A**strologia duplex est: naturalis, & judiciaria. Astrologia naturalis est, quæ ex motu, cursu, situ, conjunctione, oppositione astrorum, ratione eorum virtutis, & influentiæ naturalis, divinatur effectus naturales necessariò eventuros, ut eclipses; vel contingentes tantum per alias causas naturales facillè impedibiles: ut immutationes auræ, ventos, pluvias, tempestates, serenitates, siccitates, sterilitates: item temperamentum hominis sub tali constitutione astrorum concepti vel nati. Atque hæc Astrologia & licita per se est, & utilis humano generi, maximè quoad necessaria: medicinam, agriculturam, navigationem. Neque illicita est, quatenus ex aspectu astrorum in puncto nativitatis cujusque hominis conjectat temperamentum ejus naturale, ingenium, & inclinationem in bonum, vel malum: cum hæc scientia ad hoc se extendere possit. Juxta communem DD. apud Sanchez *lib. 2. moral. c. 38. n. 28.* Quamvis verum sit, hanc Astrologiam quoad effectus contingentes esse incertissimam: cum hi non à solis astris, sed aliis quoque causis dependeant, quæ facillè variari, & astrorum

fluxus impedire possunt: unde tanta diversitas, & mendacitas Calendariorum. Exemplum notum Ferdinandi III. Maxime verò incerta est quorundam conjecturam temperamentis, & propensionis hominum ex aspectu astrorum in puncto natiuitatis. 1. Quia inclinatio prolis non ex solo influxu astrorum pendet, sed multo magis ex materia conceptionis & nutritionis. 2. Quia punctum illud natiuitatis (quod Mathematici exactissime obseruandum ajunt) deprehendi certè non potest ob rapidissimum cœli motum, & alias causas, ut etiam obseruavit D. Aug. lib. 2. de doct. Christ. c. 22. 3. Quia vis astrorum etiam in fœtum utero inclusum inuoluit, adeoque etiam punctum conceptionis & animationis tœtus obseruandum erit, cujus tamen obseruatio Mathematicis multo magis, & omnino est impossibilis. Veruntamen si Astrologi ejusmodi effectus contingentes, tempestates, nati pueri propensiones more solito prædicant majori certitudine, quam ex astrorum aspectu consequi possunt, non committunt peccatum diuinationis superstitiosæ contra Virtutem Religionis, & primum Decalogi Præceptum, sed sæpè peccatum temeritatis, & mendacii. Uti ex communi notat Sanchez; cit. n. 29. Suar. Laym. alii.

*Astrologia judiciaria,*

Seu diuinatoria dicitur, qua ex eodem aspectu, & motu, situque astrorum prædicuntur eventus omnino fortuiti, & liberi ab hominum libro arbitria pendentes, cujus tres partes optime assignant

gnant Mart. Delri. *lib. 4. Disq. Mag. c. 3. §. 1.*

*Prima Astrologia revolutionum* : quæ prædicat  
totius anni, belli pacisque vicissitudines, annorum  
morborum qualitates, mortes Magnatum &c.

*Secunda Astrologia nativitatis*, seu genethliaci  
quæ ex aspectu siderum in puncto nativitatis præ-  
dicat sigillatim homini in vita eventura &c. r. p.

ad talem dignitatem promotum iri, tali Principi  
gratum fore, uxorem ducturum, divitem, pro-  
perem, felicem, infelicem futurum; tali metali

genere, tali loco, tali tempore, anno, die periturum;  
*Tertia Astrologia electionum*, quæ ex aspectu  
ætu astrorum docet, quid in singulis rebus, & oc-

casionibus agendum, vel omittendum; quando  
domo egrediendum; quando manendum; quo  
loco & tempore, quæque agenda, ut feliciter suc-

cedant. Hic pro praxi aliqua statuenda sunt.

- 16 I. Astrologia hæc judiciaria prædicens certo ex  
aspectu astrorum effectus liberos à libero arbitrio  
pendentes, vel casus omninò fortuitos, superstitio-  
sa est, & pactum saltem implicitum cum dæmone  
involvit; ideoque ipsius usus, ex genere suo mor-  
talis, omni jure prohibitus est. *Omnes*. Jus divi-  
num patet variis locis S. Scripturæ præsertim in  
Deuter. 4. Isa. 47. Jer. c. 10. ubi dicitur: *intra-  
vias gentium nolite discere & à signis cali no-  
lite timere, quæ timent Gentes, quia leges popu-  
lorum vanae sunt.* Jus Ecclesiasticum c. *ignis*.  
*causa* 26. q. 3. *ibid.* c. *non licet*. q. 5. Et alibi. De  
novissimè Motus proprius Sixti V. contra hæc  
Astrologiam editus. Jus civile tit. *Cod. de Malo-  
ficiis*.

Mathematicis, & alibi. Ratio generalis  
 est: quia ejusmodi effectus liberi & fortuiti, si  
 essent divinari ex aspectu astrorum, vel possent,  
 quia astra essent causa naturalis, adeoque signa  
 naturalia eorum effectuum ( ut iris pluviae ) vel  
 quia sunt signa mera ex institutione tantum. Pri-  
 mum dici nullo modo potest: quia effectus liberi  
 supposito omni ad agendum requisito, possunt  
 fieri, vel non fieri; ergò non possunt determina-  
 re prævideri in astris futuri, tanquam causa, &  
 signis naturalibus, alioquin tolleretur libertas, &  
 illi effectus essent liberi, & non essent liberi. Effectus  
 similiter fortuiti non à solis astris, vel ab una cau-  
 sa, sed ex plurium causarum concursu fiunt, quas  
 Astrologi nec in astris, nec ulla ratione antece-  
 dente naturaliter deprehendere possunt: ergò di-  
 cendum secundum, scilicet istos effectus videri  
 in astris tanquam signis ex instituto: atqui non  
 sunt signa instituta à Deo, vel bonis Angelis, quin  
 potius in Scripturis prohibita eorum observatio:  
 ergò debent esse signa instituta à dæmone cum pa-  
 cto expresso, vel tacito cum hominibus, conse-  
 quenter divinatio futurorum effectuum liberorum  
 ac fortuitorum; & eadem ratione præsentium  
 occultorum: ut notitia occulti thesauri, furis,  
 virginitatis &c. ex astris, superstitiosa est cum  
 pacto saltem implicito cum dæmone, & tacita  
 ejus invocatione, si nimirum talia ut certa & in-  
 fallibilia prædicuntur, & creduntur, asseruntur ex  
 astris.

II. Etiam si talia non ut certa, & infallibilia  
 prædi-

prædicantur ex astris, si tamen prædicantur absolute, & cum majori firmitate, quam ex astris haberi possit: utpotè tanquam absolute probabilitate, adhuc est superstitio, & quidem lethalis in genere suo: Quia sic adhuc transcenditur vis astrologorum, quæ solum leves conjecturas parit, & non probabilitatem; eo ipso ergò, quo nihil iudicium absolute probabile ex solis astris habere nequit, tacite censetur peti ex disciplina damnis. Ut recte docent *Suar. Valent. Delir. cum Sanch. lib. 2. moral. c. 38. num. 34.* Dicitur autem *ex solis astris*: nam si una cum astris considerentur temperamentum personæ, qualitates, & circumstantiæ aliæ, non erit saltem mortale, aliquid liberum contingens futurum probabiliter asserere: v. g. videt Astrologus ex aspectu astrologorum portendi, hunc Prælatum fore &c. iustitientis circumstantiis personæ, nobilitate, bonis moribus, grata indole, poterit probabiliter pronuntiare, hunc, si Clericatum assumat, bonis literis operam det, loco, & tempore opportuno se accommodet, v. g. Romæ in Curia &c. eligendum in Prælatum, Episcopum &c. & consequenter neque alter graviter peccaret, si id ut probabile crederet, & ideò Romam ad talem Curiam &c. locum accederet, seque accommodaret cum aliqua spe, non tamen certitudine ejusmodi dignitatem consequendi. Sic *Tambur. lib. 2. Decalog. c. 6. §. 1. num. 18. & 19.*

III. Quod si tamen ejusmodi occulta prædicantur est astris solùm secundum tenuem illam

conjecturam, quæ reverà ex astris conijciendo de inclinatione naturali, ac temperamento hominum tentaret etiam conijci potest de eorum eventibus liberis, & fortuitis, non erit superstitio, nec Jure divino, aut humano antiquo prohibitum. Juxta communem DD. cum S. Th. 2. 2. q. 95. a. 5. *Sanch. l. cit.* Attamen id ipsum prohibitum est Jure novo in motu proprio Sixti V. contra Astrol. ubi. *Statuimus, ut contra facientes judicia & narrantitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiamsi ià se non certo affirmare asserant, & protestentur &c. inquirant, & procedant, & in eos severius canoniciis penis, & alijs eorum arbitrio animadvertant.* Hac Pontifex. Ratio prohibitionis est: Quia etiam hic modus est valde perniciosus, & expositus proximo periculo superstitionis ob naturalem curiositatem tam ex parte divinatorum, quàm ex parte aliorum credentium: ergo meritò prohibitus, idque in utroque foro: & per se loquendo sub mortali, ut volunt multi cum *Sanch. cit. n. 34. Quamvis Suar. Valent. Delr. & alii, probabilius solum quoad forum externum restringant eam prohibitionem ob præsumptionem de superstitione internâ.*

IV. Quocunque dictorum modo res se habeat, sicut certum est, eum, qui in suis actionibus semper & ordinariè aut frequenter secundum ejusmodi prædictiones, seu prævisiones ex astris se geret, pecca-

peccaturum mortaliter, quia sic esset certum illi-  
 eium credulitatis indebita, & consequenter com-  
 mercii cum daemone; ita probabilissimum, imò  
 mihi certum est, semel & iterum; & sub incerti-  
 tudine eventus ita agere, non fore mortale: quia  
 non est gravis deordinatio aliquid agere, vel o-  
 mittere ob spem, vel metum etiam levem. Ut si  
 in casu paulò antè dicto accederes Romam ad Prae-  
 laturam est astris praedictam cum aliqua spe exspe-  
 ctandam. Si tibi ex astris praedictum esset, te hoc  
 anno periclitaturum in aquis, & ideò hoc tempo-  
 re navigare nolles. Item, si tibi negotii alicujus  
 promitteretur felix eventus pro hoc tempore, aut  
 contra infelix praediceretur, & ideò velles, vel no-  
 les hoc tempore illa negotia aggredi, & similia se-  
 centa; ut mox iterum de somniis notabo. Haec e-  
 nim non ut certa, sed tantum ut conjecturalia cre-  
 dere, sperare, vel timere non videtur prohibitum  
 ullo jure: esto ea praedicare sit prohibitum in su-  
 pra dicto motu proprio Sixti V.

§. Eadem prorsus ratione, quâ de Astrologia  
 dictum est, discurrendum, & dijudicandum  
 est de

*Physiognomia.*

17 **A**lia enim similiter est Physiognomia natura-  
 lis, ac Philosophica, per quam ex corporis &  
 membrorum habitudine, incessu &c. vultus,  
 item frontis, manuum, aliarumque partium le-  
 neamentis; de corporis valetudine, tempera-  
 mento, consequenter etiam ingenium, affectio-  
 nes, vel inclinationes mentis probabiliter con-  
 jecturatur.



jectantur, eaque per se licita est, Sanch. cit. n. 44.  
*Delri. lib. 4. q. 4.* Communis. Alia verò Phy-  
siognomia est divinatoria, & superstitiofa, quæ  
ex iisdem signis corporis prædicit prosperos, vel  
adversos hominis casus, longam, vel brevem vi-  
tam, divitias, paupertatem, præsentem mentis  
statum; an fur, an meretrix &c. nec ne? Hujus-  
modi contingentia libera, quæ ex talibus signis  
naturaliter nullo modo cognosci possunt, nisi in-  
terventu commercii superstitiosi cum Dæmone,  
est omni Jure damnata. Magis superstitiosum est  
ex fortuito accidentibus homini, v. g. ex sternuta-  
tione, ruptura ligulæ, sinistri pedis ante dextrum  
à lecto, vel domo expositione, certorum animalium,  
lupi, leporis, funeris, vetulæ occurfu &c.  
prospera, vel adversa divinare. Hæc enim omnia  
fortuito fiunt, nec ullam habent connexionem  
cum eventibus hominis, bonis, vel malis, nisi per  
modum signorum ex disciplina de institutione sal-  
tem implicita Dæmonis. Denique ex volatu, vel  
cantu avium, aliorumque animalium vocibus, ac  
motibus, etsi subindè effectus naturales, ut plu-  
viæ, vel serenitas rectè conjiciantur, nec omninò  
superstitiosè; ex mora corvorum super tectum  
domûs, in qua decumbit ægrotus, conijcitur pro-  
pinqvitas funeris, ob eorum acutissimum olfa-  
ctum ad odores cadaveris. Veruntamen ex iis  
eventus liberos fortuitos quoscunque, cum qui-  
bus nullam habent naturalem connexionem præ-  
dicere semper superstitiosum, & si seriò cum fir-  
ma fide fiat, peccatum mortale est. Idemque est de

petentibus, & consulentibus ejusmodi divinator-  
res, Astrologos, Ægyptiacos, vulgò zigmos; si  
nimirum fiat animò credendi, & se se dirigendi;  
secus si fiat ex curiositate, joci, vel risùs causè, &  
secluso scandalò. De quo generaliter in fine  
actionis.

## §. III.

*Divinatio ex somniis, Onyromantia,  
vel Onyrocritica.*

181. **D**uplex est somnium, naturale, & præ-  
naturale. Somnium naturale nihil aliud est  
quàm sopitis sensibus externis, & ligato usu ratio-  
nis in potentia imaginativa concursus specie-  
rum phantasticarum de diversis rebus, ortus ex  
naturalibus causis: utpote vel ex præcedentibus  
cogitationibus, & occupationibus mentis in vi-  
gilia, ut experiencià notissimum: vel ex variâ cor-  
poris constitutione, temperamento, & motu hu-  
manorum: unde sanguinei læta somniant; cholero-  
rici, qui flava bile abundant, sæva, lites, jurgia, ca-  
des &c. Melancholici, qui atra bile abundant,  
tristitia, mortes, infirmitates, oppressiones &c.  
Phlegmatici, aquas, meriones, ambulationes  
graves &c. Atque ex ejusmodi somnio naturali  
licite divinantur, & conijciuntur illa, quæ natu-  
raliter revera significant, utpote ipsæ eorum  
causæ: sic somnia, quæ naturaliter significant hu-  
morem prædominantem, licite observantur ad  
dignoscendam naturalem complexionem corpo-  
ris, morbum, vel à morbo convalescentiam, at-  
que ad eum finem minimè superstitiosè Medici  
somnia

somnia infirmorum percontantur, Item somnia rectè observantur ad dignoscendam bonam, vel pravam animi affectionem : ut iræ, odii, timoris, libidinis &c. Etiam ad dignoscenda dubia circa ejusmodi actus in vigilia. Sic testantur etiam spirituales Magistri, eos, qui impudica somniant, & videntur sibi tunc aut fortiter reluctari, aut promptè consentire, meritò posse conijcere, se etiam vigilantes tali modo subindè habuisse. Et ita in similibus. Vide latè *Sancti. cit. à n. 49.*

II. Somnium præternaturale dicitur, quod non oritur in dormiente ex prædictis naturalibus causis, sed vel est immissum ab ipso Deo, quale fuit somnium Gedeonis, Jacob, Joseph, Danielis; item S. Josephi, Magorum &c. Aut est immissum, vel excitatum à Diabolo homini phantasiam concursu specierum dirigente: uti magis, & sagis, ac aliis etiam fieri solet. Utrumque discernere prudentis, discreti, & experti viri est. Nec discrimen peti debet tantùm ab objecto, vel fine bono, vel malo: nam etiam Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis; sed magis ex somniantis & expergefacti dispositione, & immutatione, mentis: si enim excitatus à tali extraordinario somnio sentiat in se insolitam illustrationem, consolationem, & tranquillitatem mentis, devotionem, promptitudinem ad bonum, & servitium divinum, evidens est indicium somnii à Deo immisi. Quòd si contrà sentiat, se ex tali somnio animo perturbatum, perplexum, protervum, ad bonum & servitium Dei tardiolem redditum;

certum debet esse, somnium à Dæmone esse immis-  
 sum. Quòd si ergò probabiliter constet, som-  
 nium esse immissum à Deo, utique fides adhiben-  
 da est, & actiones secundùm illud dirigendæ, ad-  
 hibito tamen semper prudenti iudicio, præsertim  
 Confessarii, vel Patris Spiritualis. Quòd si verò  
 econtrà constet probabiliter, somnium esse im-  
 missum à dæmone; utique fides absolutè negan-  
 da erit alioquin enim tali somnio finem adhibens,  
 seque juxta illud dirigens in agendo, eo ipso hinc  
 commercium & societatem cum dæmone, pec-  
 câtque mortali peccato superstitionis. Quando  
 tandem dubium est, sitne somnium à Deo, vel dæ-  
 bolo, vel ex naturali causa, nulla fides habenda,  
 nec præsumendum, esse à Deo: Deus enim cum  
 immittit somnia, simul etiam reddit hominem  
 certum, quòd à se immittantur; juxta illud Ecclesiæ  
*Nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio, ne dæ-  
 ris in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt  
 somnia: c. 34.* Undè somniorum observatio  
 (præter divinitus immissa) simpliciter prohibe-  
 tur in sacris Litteris: *Levit. 19. Deuter. 18.* Et  
 in Jure Canonico *c. non observetis caus. 26. q. 7.*  
 omnia ex communi DD. Vide latissimè & optimè  
*Delr. lib. 4. c. 1. q. 3.*

- 19 III. Divinatio ergò futurorum, vel occul-  
 torum per somnia supersticiosa est, & peccatum  
 mortale cum pacto explicito, vel implicito cum  
 dæmone. 1. Quando fides habetur somniis, que  
 constet saltem probabiliter esse immissa à dæmo-  
 ne. 2. Quando ejusmodi somnia à dæmone  
 immittuntur.

immittenda animo eis fidem habendi desiderantur explicitè, vel implicitè; & certò saltem implicitè desiderare, vel petere somnia à dæmone vincuntur pessima superstitione, qui certo corporis situ somnum capiunt, adhibitis nonnullis cæremoniis, ut eis per somnium occulta, vel futura manifestentur, utique non à Deo, vel bono Angelo: ergò à dæmone. De simili superstitione nupturientium dicam infrà suo loco. 3. Quandounque quis somniis quibusvis à Deo patenter non immixtis firmam fidem adhibet, ita nimirum certò sibi, vel aliis eventurum quoad eventus liberos, vel fortuitos, sicut somniavit propter rationem mox dandam. Et optimè monet *Valent. & Sanch. cit. n. 54.* tunc vel maximè cavendum, ne fidem habeamus somniis, quando eventu probari videntur, eò quòd vel casu res postea accidant, vel certè procurante dæmone, ut homines ad fidem somniis superstitiosè habendam faciliùs inducat, & illaqueat. 4. Similiter quicumque ex somniis certa divinant de occultis, vel futuris merè libris, vel fortuitis, seu casualibus. v. g. si somniet tibi dentem excidere, consanguineum tibi certò moriturum, & similia innumera. Et tandem quicumque ex somniis habitis ordinariè se in suis actionibus dirigunt ad captanda prospera, vel cavenda mala, ut innumeris exemplis obviis palam est.

IV. Ratio dictorum, & similium omnium est. Quia somnia nullam omninò habent vim naturalem significandi, nisi suas causas, ex quibus oriun-

oriuntur, juxta dicta *num. 1.* Nullo autem modo habent vim naturalem significandi eventus liberos, vel casuales præter levissimam conjecturam suspicionis limites non egredientem: ergo qui somniis certam fidem habet, inde divinatur, aut se in suis actionibus secundum illa dirigit, convincitur somnia acceptare tanquam signa inflata, & immissa sibi à substantia intelligente: ac non à DEO, vel bono Angelo (ut supponitur) ergò à dæmone, & consequenter pacto saltem implicito cum atro genio. Estque peccatum mortale ex genere suo, à quo tamen excusat, & veniale reddit ignoantia non omninò crassa, vel affectata. Item si non adhibeatur certa fides, sed solum suspicio, & formido aliqua, posse fortè ita evenire, sicut somniasti; & ideò solum ad cautelam semel & iterùm actiones tuas secundum tale somnium dirigas: v. g. si hac nocte somniasti te submersum in aquis, & ideò hodiè nolis navigare, quod licet plerumque vanum & inutile sit, à mortali & gravi culpa excusant. *Cajet. verb. somniorum observatio. Navarr. man. c. LI. num. 17. Suarez lib. 2. de Superstit. c. 13. num. 25. Vide dicta Tract. I. proœm. cap. 5. Sect. 2. num. 22. de parvitate materiæ sub Regula II. & accipere hunc casum: Quidam bis, vel ter in somniis admonitus fuit ab apparente sibi puella incognita, ut ad certum locum accederet, ibique terram foderet, certò ollam auro plenam reperturam tandem flexus ad locum accessit, fodit, ollam quædam invenit, sed nigris carbonibus plenam. Quæritur: an hic peccaverit? certè non saltem*

graviter ob modo datam doctrinam. Sed quid si ille certò sibi persuasisset, puellam illam non à Deo, sed à dæmone esse immissam? Adhuc non peccasset mortaliter: quia ipse illam notitiã à dæmone non petiit, vel procuravit, sed solùm notitiã jam ultroneè habitã usus est, quod non esse illicitum patebit infra, cùm de solutione maleficii &c.

§. IV.

*Divinatio per sortes, Sortilegia.*

Sortes nihil aliud sunt, quàm actio, quã aliquid fit, ut ejus eventu considerato aliquid aliud fiat, vel innotescat. Unde triplices sunt sortes, *divisoria, consultiva, & divinatoria.*

*Sortes divisoria.*

Sunt, quæ mittuntur à sortientibus, ut sciatur, quid cuique tribuendum in electionibus controversis; & hæ sortes per se licitæ sunt, nisi in casu jure humano interdicto. *Ratio est:* quia ejusmodi sortilegium nihil aliud est, quàm contractus humanus, quo communi consensu contrahentium jus ad aliquam rem habentium, ea inter ipsos sorte dividitur, ut illius sit, cui fors contigerit. Hic contractus nihil superstitionis, aut mali in se habet de se, cùm ad nullam rem occultam cognoscendam ordinetur (quod sanè non est in potestate sortientium, sed aliunde peti deberet) sed solùm ut fiat aliquid, quod, ut fiat, est in potestate sortientium: ergò per se licitæ sunt sortes in casibus, quibus jure humano non interdicuntur. Interdicuntur autem sortes solùm jure Canonico quoad electiones Ecclesiasticas eo tit. De elect. c. finali

*Sortis usum in electionibus perpetua prohibitionem damnamus.*

Licitæ ergo sunt sortes. 1. In electionibus civilibus ad officia sæcularia. Communis DD. cum D. Th. a. 8. q. 97. Sanch. num. 58. Quia id nullo Jure prohibetur, dummodò mittantur sortes pro tali munere inter personas singulas tali munere dignas. 2. Ad dirimendas controversias inter hæredes, & legatarios, & alios quoscunque. *l. si ambo ff. de judiciis.* Etiam inter Clericos in causis Ecclesiasticis præter electiones ad munera Ecclesiastica pastoralia. Communissima. De his vide latissimè Sanch. cit. à n. 70. juxta illud Proverb. 18. *Contradictiones comprimit fors, & inter potentes quoque dijudicat.* Dummodò in ijs omnibus litigantes, jus æquale habentes in sortitionem consentiant. 3. Tempore pestis, vel persecutionis rectè mittuntur sortes inter Parochos, vel Sacerdotes, quisnam permanere debeat in loco pestis, vel persecutionis ad serviendum ovibus. *D. Aug. Epist. 108. D. Th. cit.* Idemque dicendum de mittendis in Indiam, Angliam &c. Simili sortilegio Apostoli orbem terrarum inter se dividisse ad prædicandum scribuntur. Et similes sortes justissimè fiunt in bello pro extremis stationibus, pro prima invasione hostis, mortis, & fortalitii. 4. Quando plures sunt rei mortis, neque expediat omnes puniri, sive ex gratia, sive aliam ob causam, licitè mittuntur sortes, quisnam, vel quinam occidi debeant: praxis communis in bello. Quod si tamen inter duas personas



teat delictum, nullo modo licet id fortibus inda-  
gare, quam illud commiserit; tunc enim esset  
divinatio superstitiosa cum periculo puniendi in-  
nocentem, sive calu, sive ope diaboli, innocentibus  
maximè infesti, fors caderet. Communis apud  
*Suarez & Sanch. cit. §.* In certo periculo  
communis naufragii, nisi pro allevianda navi ali-  
qui emittantur in aquas, communi consensu for-  
tes mitti possunt, quinam ejiciendi. *Del. Laym.*  
*Sanch. alii.* Neque hoc est se ipsum occidere,  
sed mortis evadendæ incertum sibi, aliis autem  
certum subsidium relinquere: quod si quis con-  
sentire nollet, locò ejus alii sortes mittant, &  
exequantur, cum sit irrationabiliter invitus, si  
enim positivè resisteret, & sortes impedire con-  
etur, ipse ab aliis in mare ejici potest: tunc enim a-  
liis in extrema necessitate injustam vim inferret,  
contra quam alii se defendere possunt. Ita post  
*Laym. cit. c. 3. n. 8.* 6. Denique in omni li-  
cito, & honesto ludo licitæ quoque & honestæ sunt  
sortes hæc divisoræ pro ordine ludentium, & ple-  
rique ludi non sunt nisi sortes cum ingenio mo-  
derandæ.

*Sortes consultiva*

**S**unt, quibus occultæ veritatis manifestatio, <sup>22</sup>  
aut consilii alicujus directio, aut denique vo-  
luntatis divinæ indicium inquiritur, ut sciatur,  
quid in negotio aliquo agendum, cavendumque  
sit, ab ipso Deo implorata; quæ consultatio dupli-  
citer fieri potest. 1. Sic intendendo expressè,  
vel tacitè petendo à Deo signum aliquod extra-  
ordi-



ordinarium, quò rem petitam manifestet, quòd  
 ut liceat, non sufficit necessitas, sed requiritur vel  
 jussio, & ordinatio Dei, vel instinctus ejus specia-  
 lis, & extraordinarius: qua ratione sortes consu-  
 tivæ factæ leguntur in sacris Litteris: ut in investi-  
 gatione furis *Achan. Josue 7.* In electione *Saul.*  
*1. Reg. 10. c.* In electione *Matthia* præ *Joseph*  
*etor. 2.* cujus electionem signò visibili à Deo  
 demonstratam fuisse testatur *D. Dionys. lib. de*  
*cælesti Hierarch. c. 5. 2.* Sic solum intendē-  
 do, & peccando à Deo occultam sortium direc-  
 tionem per specialem providentiam. Juxta il-  
 lud *Proverb. 16. Sortes mittuntur in suum, sed*  
*à Domino temperantur.* Quod etsi miraculum  
 non contineat, dicit tamen specialem Dei gra-  
 tiam, & beneficium, atque eâ fiduciâ petitur, ut  
 petens secum statuatur, quidquid fors tulerit ample-  
 cti tanquam Dei beneplacitum: atque ad hoc si-  
 licet fiat, non quidem requiritur specialis insti-  
 ctus Dei, requiritur tamen necessitas, vel utilitas  
 aliqua gravis, spiritualis, vel temporalis in dubio alio  
 modo ordinario commodè non experiendo; & ut  
 fiat cum debita reverentia, præmissa ad Deum or-  
 ratione &c. Quâ ratione *S. P. N. Franciscus*  
 & alii Sancti sapius in causa spiritali dubia sortes  
 misisse apertione libri Evangeliorum, vel aliis mo-  
 dis leguntur: alioquin sortes hæc consultivæ non  
 essent licitæ, cum Deus ordinariè velit indagari  
 suam voluntatem non per sortes, sed per sacram  
 Scripturam, Ecclesiam, SS. PP. aut Viros pios &  
 prudentes consulendo: ideòque extra ratione

lem causam sortes consultivas utrasvis mittere erit peccatum, non quidem superstitionis, sed tentationis Dei, de qua infra.

*Sortes Divinatoria*

Sunt, quibus occultorum manifestatio, vel consilii alicujus directio petitur per media vana & impertinentia, minimè ad Deum relata, consequenter ad Diabolum pacto expresso, vel tacito: & hæc superstitiosæ, & illicitæ semper sunt. Prohibitæ enim graviter in Jure Canonico *c. si quis Episcopus. Et c. sortes, causa 26. q. 5.* Et in motu proprio *Sixti V.* Quæ quidem sortes aliquando merè speculativæ sunt, ordinatæ scilicet ad solam cognitionem alicui rei occultæ capessendam. Et tunc solum continent malitiam superstitionis: aliquando verò practicæ sunt, ordinatæ ad aliquid agendum: v. g. adprehendendum, vel puniendum occultum furem, ut variis modis fit: & tunc præter peccatum superstitionis, etiam continent peccatum mortale injustitiæ; utpotè injustæ infamationis, vel punitionis, delictò debite non probato. Quò spectat damnatissima praxis in bello, maximè qua litigantes, seu rixantes coguntur duellò de causa sua decidere, ut succumbens censetur fuisse nocens, vel injustam causam habuisse, gravissima superstitione, & injustitia. De quo in V. Præcepto: exempla & praxes aliæ passim notæ & innumeræ sunt, ut pigeat iis chartam illinire.

SE.

## SECTIO III.

### *Observatio vana superstitiosa.*

#### SUMMARIUM.

24. *Quid vana observatio?*
25. *Vana observatio per signa, seu signorum quid, & quatenus peccaminosa?*
26. *Vana observatio per preces, & characteres quid?*
27. *Regula generalis, quando mala & superstitiosa sit observatio per preces & characteres?*
28. *Afferuntur casus varii, & frequentiores.*
29. *Observatio vana per media innaturalia quid?*
30. *Regula generalis, quando certò illicita?*
31. *In dubio, an medium vel res applicanda, vel applicata habeat vim naturalem nec ne, ad causandum effectum speratum, præsumi potest, quòd habeat.*
32. *Afferuntur casus varii.*
33. *Quando certò vel probabiliter constat rem applicatam non habere quidem vim naturalem ad effectum intentum; dubitatur autem, an non fors habeat à Deo, vel demone, censenda est superstitiosa.*
34. *Quaedam notabilia.*

24 **V**ana observatio dicitur, quæ mediis inutilibus & impertinentibus à divina providentiâ, minimè ordinatis, intenditur tamen & certò expectatur aliquis effectus, puta, aut consequi aliquod bonum, aut vitare, vel avertere aliquod malum, aut inferre aliquod damnum: circa hæc tria namque versatur omnis vana observatio, & magia. *Vana observatio dicitur, vel quia non consequitur effectum intentum; vel si consequitur, semper plus nocet, quam prodest, prodest quandoque corpori, at semper obest animæ ob eius malitiam, & offensam Dei: huic ergo iterum applicat*

applica generaliter prædicta Sect. I. §. 2. 3. & 4, quoad ejus malitiam, & pactum explicitum ac implicitum, & insuper nota.

Vana observatio, & magia in re omninò idem sunt, & differunt solum diverso respectu ad media, & effectum; nam vana observatio dicitur, quatenus comparatur ad ipsa signa, & media vana, quæ pro certo effectu consequendo superstitionè observantur, & applicantur: & hoc respectu commodè dividimus in tres classes, vel species materiales: scilicet vanam observationem signorum, eventuum, precum & characterum, & mediorum innaturalium: de quibus hoc respectu claritatis gratiâ agam seorsim. Magia verò dicitur eadem ineptia, quatenus comparatur ad ipsos effectus per talia signa, vel media vana, observata, & applicata causandos ope dæmonis; & hoc respectu rursus commodè dividemus in tres classes, vel species materiales: scilicet artem notoriam, mirificam, & maleficam, seu maleficium. De quibus seorsim Sect. seq. cum necessariis pro praxi,

## §. I.

*Vana observatio signorum, eventuum &c.*

Dicitur, cum quis ex observatione variorum signorum divinans de prospero, vel adverso eventu, aliquid facit, vel vitat. Hæc in re & malitia prorsus idem est cum divinatione supersticiosa, differt solo hoc respectu, quod divinatio sit speculativa, & versetur solum in cognoscendo, conjiciendo, & prædicendo effectus, vel eventus occult-

occultos ex talibus signis impertinentibus. Vana autem observatio est practica, & versatur in observatione talium signorum in agendo, vel omit-  
tendo. Ex. g. docet te Ariolus in egressu è domo, si sinister pes præ dextro exponatur; aut si initio itineris lepus, vel lupus occurrat, si anus verba primò salutet &c. esse signum alicujus infortunii, vel adversitatis; hac instructione accepta tu studiosè observans in egressu è domo semper dextrum pedem prius exponis; si initio itineris lepus occurrat, non pergis, sed reverteris metu alicujus infortunii impendentis. Hic Ariolus divinator est, tu vanus observator, uterque superstitiosus, & pacto saltem implicitò dæmoni studiosus. Tot ergo sunt species vanæ observationis ejusmodi signorum, quot sunt species & signa divinationis suprà allata, & enumerata: Et multa enumerat D. Augustinus lib. de doctr. Christian. c. 20. *Si membrum aliquod salierit; si junctim ambulantes amicus lepus, aut canis, aut puer medius venerit &c. Hinc sunt etiam illa: limum calcare, cum ante domum suam transit; redire ad lectum, si quis, dum se calceat, sternutaverit; redire domum, si procedens offenderit: cum vestitus foricibus roditur: plus timere suspicionem futuri mali, quam presens damnum dolere. Hæc Augustinus etiam utilissimè leges lib. de rebus Cath. conversat. latè & optimè differentem. Ad hanc ergo observationem pertinent superstitiosæ observationes dierum, vel temporum, quasi quidam dies, vel horæ faustæ, aliæ infastæ esse.*

Quomodo peccant, qui die Martis, vel quovis die inter horam undecimam & duodecimam meridiana[m] nolunt exire domum: quod talis dies, vel hora infausta sit, quod verè superstitiosum est, & prohibetur in *Jure Canon. c. non observetis causa 26. q. 7.* Item nolentes die Veneris ungues præscindere, aut die Sabbathi nere, seu fila ducere (cùm tamen aliàs laborent serviliter) in honorem B. Virginis. Aquæ benedictæ Dominicis Quatuor Temporum majorem vim tribuere, quam aliàs benedictis ad quosdam effectus. Similiter aquæ benedictæ in alia Parochia. Item servantes ova die Paschatis à gallinis parta ad extinguendum incendium, vel alios effectus. Horrendum est audire inter Catholicos superstitionem vanarum observationum etiam irrepisse in tremendum Missæ Sacrificium. Lege *Martin. Delr. l. c. nostrum Marchant. Trib. tom. 2. tract. 2. part. 3. tit. 1, q. 2. §. 2. P. Gobat. de superstit. cas. 22. & 23.* Non enim expedit talia denuò describere. Huc etiam referri debent omnes ejusmodi, quibus mulierculæ nupturientes futuri mariti notitiam procurare nituntur certis diebus, & ritibus; maxime in noctibus SS. Andreae, Thomæ, Natalis Domini, Trium Regum, S. Joannis Baptistæ: si serio, & cum aliqua expectatione eventus fiant, & non levitatis, & joci tantam gratiã, ut infra generaliter notabo. Item observatio certi numeri tanquam infausti in conlessu, vel comitatu. V. g. aliqui convivio excepti nolunt accumbere numero tredecenario, tan-

tanquam infausto, eò quòd importet unum ex  
 p̄s brevi moriturum, exemplo ultimæ coenæ, quæ  
 ibi unus ex tredecim brevi mortuus, nimirum  
 Christus Dominus. Imò cur non prælagunt et  
 tiam unum se suspensurum, sicut Judas unus ex tre-  
 decim brevi se suspendit? & alia innumera. Nec  
 defunt, qui numerum imparẽ in pillulis fumen-  
 dis tanquam necessarium observatum superstitio-  
 nis damnent apud *P. Gobat. cit.*

Hic concludit Navarr. *c. II. n. 38.* cum alii:  
 omnes eas vanas observationes dierum, tempo-  
 rumve de se esse peccata mortalia: intellige-  
 quando fiunt cum indubitata, & certa fide, & effi-  
 cacia; secùs si solum ex suspitione, vel timore:  
 ut si quis die Martis, vel inter horam undecimam  
 vel duodecimam semel, aut iterum non auderet  
 domum egredi, vel negotium aliquod inchoare,  
 ut certè communiter faciunt homines: tunc  
 enim non esse plùs, quàm veniale, rectè docet  
 etiam Sanch. *cit. c. 40. n. 15.* Cæterum omni  
 peccatò superstitionis vacabit observare dies,  
 menses, annos, quibus convenientior sit cœli dis-  
 sposito ad aliquos effectus, vel negotia: sicut in  
 naturalibus licitè observantur tempora colligen-  
 dis herbis, sumendis medicinis, cædendis lignis,  
 seminandis seminibus, cum certum sit ultra in-  
 fluere in inferiora variè pro vario tempore, aliqua  
 quidem benignè, alia verò malignè: unde &  
 herba certo tempore sunt efficaciores; & dictum  
 Galeni est, eandem herbam, quæ hoc tempore  
 sumpta sanat, si alio tempore sumeretur, mor-  
 feram e  
 nique e  
 ejus na  
 v. g. p  
 ni, or  
 consen  
 Va  
 A Li  
 et  
 charact  
 gestand  
 minibus  
 & certi  
 Q  
 sig  
 vola ve  
 sunt tan  
 lo, &  
 qui int  
 & bonn  
 & infa  
 effellum  
 corpora  
 supersti  
 demon  
 le. Ita  
 tio Reg  
 perstiti  
 TUB



feram esse posse ratione diversæ influentiæ. Denique ex speciali devotione erga aliquem Sanctum ejus natalem eligere pro auspicio gravis negotii v. g. pro primo Sacro, pro solemnitate matrimonii, omni superstitione, vel culpa caret omnium consensu.

§. II.

Vana observatio precum & characterum.

**A**lias incantatio dicta, est, cum pro aliquo effectu consequendo adhibentur certæ preces, vel characteres, vel verbo proferendæ, vel scripto gestandæ in collo, brachio &c. Pro quibus omnibus super unum cumulum hæc sit verissima, & certissima.

REGULA GENERALIS.

**Q**uandounque ejusmodi preces, characteres, signa, aut ignota sunt, aut vana, vel frivola vel falsa; aut si nota, bona, & sancta sint, sunt tamen admixta circumstantia vana, inutilis, & omnino impertinentes ad talem effectum, qui intenditur; aut denique si totum sanctum & bonum sit, si tamen in iis constituatur certa, & infallibilis fiducia per eos consequendi talem effectum, v. g. sanitatem, vel quodvis bonum corporale, vel spirituale, certum esse debet esse superstitionem cum pacto saltem implicito cum demone, adeoque ex genere suo peccatum mortale. Ita in re omnes Sanch. Delri. Layman. Ratio Regulæ data est supra generaliter, cum de superstitione &c.



*Regula habet tres partes.*

**P***rima*: certa est superstitio, quando caracte-  
res, vel signa sunt ignota: dum enim continent  
notam, & expressam invocationem dæmonum,  
nomina propria Diabolorum: Altaran, Zabulon  
&c. tunc usus eorum erit expressa invocatio, &  
pactum explicitum cum dæmone. At vana & fri-  
vola, qualia sæpe reperiuntur in schedis contra fe-  
bres, & alios morbos appendi solitis, & aperta  
&c. Mira, & lepida refert P. Gobat. *cit. cap. 25.*  
Aut signa falsa; ut quod Christus habuerit febrem.  
Quo etiam spectant ineptæ oratiunculæ de, ne-  
scio, quibus itineribus, factisque Christi, B. Virg.  
S. Petri, quas incantatrices vetulæ super agros  
vel vulnera demurmurare solent. Hujusmodi  
nim ignota, vel vana signa non possunt referri ad  
alium intelligentem, nisi dæmonem: quippe non  
ad Deum, vel bonos Angelos, qui non gaudent  
jussu nugis; nec ad aliquem hominem, ut de  
se patet; neque ad ipsos morbos, qui nihil percipi-  
unt: ergo &c.

*Secunda.* Etiam si istæ preces, characteres, vel  
signa de se sint bona, & sancta; si tamen admi-  
scentur circumstantiæ vanæ, & omnino imper-  
nentes ad talem effectum ex parte loci, tempo-  
ris, modi scribendi, legendi, alligandi, tanquam  
necessariæ ad talem effectum consequendum, in  
ut in iis fiducia, & vis precum constituatur, cer-  
tissima superstitio est. Communissima cum D.  
Th. 2. 2. q. 96. art. 4. ex cap. non licet. Exem-  
pla innumerabilia afferri possunt: v. g. Evange-

S. Joannis è collo gestandum, scriptum de-  
 bere esse à virgine in membrana virginea, oriente  
 & tribus funiculis talis coloris, ac materiae,  
 certo modo factis collo appensum &c. Item  
 orationes bonas, & sacras dici debere ad aures ju-  
 venti ægri certo numero, situ, gestu, tot cruci-  
 bus permixtis, ita ut in ipso numero, vel simili  
 circumstantia vis orationis, & fiducia effe-  
 ctiva collocetur: quin ejusmodi vanis circumstan-  
 tiis abuti contingit in ipso tremendo Sacrificio Mis-  
 sæ ad certos effectus: ut nimirum legantur certo  
 numero, continuis diebus, certis horis ab uno,  
 duobus, tribus determinatis Sacerdotibus, talis  
 candelis, accensis candelis certo numero, colore,  
 materia &c. ita ut in iis circumstantiis ponatur  
 efficacia Missæ ad talem effectum, & una omissa,  
 non esse efficax; quæ superstitio etiam damnatur  
 Conc. Trid. Sess. 22. in Decreto de observandis  
 vitandis in celeb. Miss. ibi: *Quarundam Mis-*  
*sarum & candelarum certum numerum, qui*  
*magis à superstitioso cultu, quam à veræ religio-*  
*nis inventus est, omninò ab Ecclesia Episcopi re-*  
*probant.* Ubi tamen non damnatur certus nu-  
 merus Missarum, vel candelarum ex devotione in  
 honorem alicujus mysterii. V. g. quinque in ho-  
 norem quinque vulnerum Christi. Duodecim in  
 honorem duodecim Apostolorum, aut spontè e-  
 ventus, absque eo, quòd in eo, velut necessario nu-  
 merus, vis aliqua, vel efficacia collocetur. Quo e-  
 ventus spectat frequens, & damnatissima praxis, quæ  
 sunt nummos, aliasve res sub mappa Altaris ab-

scondere, ut super ipsas certo numero Missæ legantur ad diversos, & subinde infandos effectus: quare rectè monet P. Gobat, Dominos Parochos & Aedituos curare debere, ne sæcularibus nemine præsentem in templo aditus ad Altare pateat.

*Tertia*: Et si totum, quod adhibetur, oratur, dicitur, scribitur, bonum, & sanctum sit, verumque erga Deum cultum præferat: v. g. solatio ad Deum, unicus è Psalmo versiculus, Evangelium S. Joannis, vinum ex Sacerdotis ablutione, ova in Sabbatho sancto crucifixo applicata, hæc ex Altari vel Monstrantia desumpti, aqua, ceræ, vel alia res benedicta ab Ecclesia, Reliquiæ factæ Agnus Dei: si tamen in sola eorum, vel similibus applicatione constituatur certa vis & fiducia salutatis, vel alterius effectus, vel commodi temporalis, & non principaliter in Deo, & fide Ecclesiæ adhuc certa superstitio est: quia talis certa & virtus illis omnibus neque ex natura rei, neque ex institutione Dei, vel Ecclesiæ inest, consequenter aliunde peti censenda est, neque ab alio, quàm à dæmone, qui libenter se transfiguratur in Angelum lucis, ut sub specie pietatis, & sanctitatis eorum facilius & periculosius decipiat. *Compendiosissima DD. Suarez hic o. 15. n. 25. Less. lib. 1. de Justit. c. 44. dub. 3. Delr. lib. 3. disp. mag. 1. q. 4. §. 7. & seq. latissimè. Laym. Alii passim omnes.* Ex quibus patet jam ad diversos mos casus. Aliquot frequentiores adfero.

28 I. Quomodo intelligendum id, quod scribitur *Castrod. Psalm. 115. multis in variis moribus*

remedium fuisse trinam recitationem illius  
 versus: *Diripuisti vincula mea, tibi sacrificasti  
 hostiam laudis.* Ita nimirum ut non ipsi trinæ  
 recitationi, sed Fidei, ac devotioni singulariter  
 erga SS. Trinitatem, Deus effectum contulerit.  
 Similiter chirurgi sistendo sanguini pronuntian-  
 tes illud Christi in Cruce: *Consummatum est?*  
 si solum pro eo effectum non infallibiliter exspe-  
 ctato, sed piè tantum impetrando, deprecantur  
 Christum per illam consummationem Passionis,  
 & Sanguinis sui in Cruce, superstitionis damnari  
 non possunt. Secus omninò, si ex illo per modum  
 operis operati effectum infallibiliter expectent.  
 Audi alios sistere sanguinem recitato versu Psal-  
 mi 50. *Libera me de sanguinibus &c.* Et eodem  
 modo explicandum est illud, quòd æquitantes con-  
 tra pericula lapsuum portent secum Talerum S.  
 Georgii: & equum ascendentes pronuntiant il-  
 lud: *Os non communiatis ex eis.* A morbo cadu-  
 to quidam liberant infusurrando in aurem: *O crea-  
 tora Dei, memento creatoris tui.* Siquidem ea  
 verba recitentur submissè, & cum certa expecta-  
 tione effectus per modum operis operati, omninò  
 certæ superstitionis condemnandi sunt. Secus di-  
 cendum: si ea verba alta voce inclamentur, ut  
 morbo correptus audire possit, ad se reverti seque  
 Deo commendare, & pro remedio supplicare. Un-  
 de similia verba auribus equi, vel alterius jumenti  
 aliquo morbo correpti ingerere à superstitione mor-  
 tali excusari nullo modo potest: sicut nec illud, qui  
 sistendos latratus canum pronuntiat illum ver-



ficulum: *in oculo & freno maxillas eorum contrin-  
ge*; quò auditò illi statim obmutescunt, uti ipse Sa-  
mel attronitus aspexi. Nisi fortè iterùm fieret per  
modum simplicis invocationis auxilii divini.

II. Quid sentiendum de illis, qui certas preces  
quotidie recitant, aut descriptas secum portat  
pro felici negotii successu ad avertenda infortunia  
pericula, aut etiam certos morbos? Quòd si eorum  
praxes bonæ sint 1. aut ex Scriptura, & nomina-  
tim *Psal. 50. Miserere. Et 90. Qui habitat in  
adiutorio altissimi &c.* aut sint ab Ecclesia appro-  
bata, aut piè compositæ. 2. Absint omnes circums-  
stantiæ, & conditiones vanæ, & superstitiosæ in-  
præ insinuata. 3. Non inde expectetur certus ef-  
fectus per modum ex opere operato, sed solam  
piè speretur per modum impetrationis, supersti-  
tionis damnari non debet. Verùm quia raro hæc  
omnia concurrunt, præsertim quoad preces scrip-  
ptas secum gestandas, raro ejusmodi permittenda  
minùs consulenda sunt. Certæ & perniciosæ su-  
perstitionis damnanda est orationum, etiam alibi  
quin sanctissimarum, recitatio S. Brigittæ quoti-  
dianè per integrum annum cum certa fiducia, quòd  
inde morti æternæ non erunt subiecti, qui ita re-  
târunt, aliisque privilegiis potentur, prout in qua-  
busdam libellis falsò scribitur à Christo fuisse re-  
velata sanctissimæ illi viduæ: per hoc enim homi-  
nes retrahuntur à Sacramentis, & inanam fiduciam  
conciunt sæpissimè pessimo effectum, ut alibi ex-  
pertum, teste Anton. de Spirit. S. *Direct. Confess.*  
*p. 3. l. 4. diss. 2. sect. 5.*

III. Quid

III. Quid sentiendum de hominibus incantatoribus, & incantatricibus, cum certas preces super morbos & vulnera recitant & adjurationes sacras. Quod si enim simul applicando medicinas naturales solum Deum orant, vel adjurant per Crucem, Passionem, vulnura Christi, ut prosint medicinæ applicatæ absque vana aliqua circumstantia admixta, nihil superstitiosi, vel vani continebunt. Uti observat Navarr. c. II. n. 36. Sylvest. Angel. verb. *Superstitio*. aliisque Sanch. cit. n. 39. Qui tamen rectè monet, eas plerumque superstitiosa miscere, adeoque nonnisi cautissimè admittendas: simpliciter autem repellendæ sunt ut superstitiosæ, quoties absque adhibitis medicinis naturalibus solis suis precibus, vel adorationibus quantumvis sacris, morbos vel vulnera curare nituntur, cum iis orationibus nec ex natura rei, nec ex ordinatione Dei, vel Ecclesiæ tanta vis insit, adeoque aliunde petatur.

IV. Quid dicendum de certis consuetudinibus locorum certorum, maximè in nostra patria, v.g. certo die festo alicujus Sancti equis foenum secare, equum ter circa templum circumequitare, vel alia jumenta; aut etiam per templum certo numero traducere; die S. Joannis Baptistæ flores, vel herbas decerpere tanquam salutiferas magis cæteris; ex auro, argento, vel alio metallo crucifixo in die Parasceve applicato, anulum fabricare contra certos morbos, præsertim chiragræ? &c. Hac & similia omnia sine dubio superstitiosa sunt, & nisi bona fides, ignorantia, vel simplicitas excuset,

excuset, peccata mortalia, si animus sit adhibendi eas circumstantias, vel cæremonias tanquam per se necessarias, vel efficaces ad sanitatem, vel similes effectus consequendos; cum Deus lege ordinaria non operetur per ejusmodi media & conditiones, in quibus aliquid vanitatis apparet. *Omnes cum Sanchez cit. & aliis.* Quod si tamen animus sit utendi iis circumstantiis solumquam signis, vel instrumentis suæ devotionis; & fiducia erga Deum, Crucifixum, Sanctos aliquos, cum tamen reverà sanitatem, incolumitatem corporum suarum, aliūve effectum speratum minime ratione istarum conditionum, sed à solo Deo per merita Crucifixi, vel Sancti alicujus expectent, & postulent, utique à superstitione excusari poterunt: at verò si ob inveteratum usum & consuetudinem communem talia omninò abrogari, vel dissuaderi non possunt sine offensa populi; saltem docendi sunt, quo animo prædicta fieri conveniant. Inexcusabilis autem est superstitio illarum supplicationum, quibus Sancti alicujus imago in flumen projicitur, vel in ripa deponitur, donec pluit v. g. &c.

## §. III.

*Observatio vana mediolorum innaturalium.*

29 **C**um nimirum ad certum effectum causandum adhibentur res quædam per modum causarum naturalium ad certos effectus, cum tamen reverà nullam ad id causalitatem habeant. In quibus itidem diversissimis, innumerisque, est hæc certissima



## REGULA GENERALIS.

Quia quid adhibetur ad quemcunque effectum, certo expectatum, ad quem tamen nullam vim, vel virtutem habet, neque naturalem ex natura sua, neque supernaturalem ex institutione Christi vel ordinatione Ecclesie sive se toto, sive aliqua sui parte, vel circumstantia inutili admixta, certissime superstitiosum est, cum pacto saltem implicito cum damone, adeoque ex genere suo peccatum mortale. Ita omnes cum D. Th. 2. 2. q. 96. a. 2. Tolet. aliisque congestis Sanch. sapient. lib. 2. moral. c. 40. n. 44. Laym. c. 4. n. 3. Ratio est: Quia talis res quaecunque sit, non adhibetur, ut causa naturalis, cum supponatur ipsa nullam naturalem virtutem, vel causalitatem ad talem effectum continere: ergo habetur solum ut signum talis effectus aliunde producendi ex alterius institutione, ordinatione, vel pacto: atqui non adhibentur signa, divina, quasi per illa divinitus deberet talis effectus produci ex institutione Dei, vel Ecclesie, sicut sunt Sacramenta, & Sacramentalia: cum illae res revera nec a Deo, nec ab Ecclesia institutae sint, sed potius damnatae & vitatae: consequens ergo est adhiberi ut signa demonis, seu ut signa effectus ope demonis impetrandi vi occultae ejus institutionis, vel cooperationis, adeoque pacti expliciti, vel impliciti cum damone.

Colligitur ergo in his certa superstitio, & Magia. 1. Cum res applicata de se est plane inutilis ad talem effectum, v. g. funis, de quo fur pendeat,

pro morbo hominis, vel jumentum curando: lignum de tumba, in quam mulier cum foetu extincta jacebat, & alia innumera. 2. Cum quidem res de se esset, vel censetur esse utilis ad talem effectum, v. g. medium naturale, adhibentur tamen circumstantiæ vanæ, & impertinentes, loci, temporis, modi applicandi &c. v. g. herbam debet esse fossam certo die, & horâ; die veneris inter horam undecimam & duodecimam noctis; aquam portari à Virgine pro salubri balneo &c. eundem lente &c. Item quando adhibentur ignora verba vel characteres, certæ preces, certus numerus circum, sacra verba, modo tamen, & intentione præ explicatis. 3. Quando constat rem etsi aliâ operativam, tamen hîc & nunc non posse operari talimodo, in tanta distantia, tanta celeritate in momento. 4. Denique ratione effectûs sperati, qui naturali virtute, sed solùm à spiritu bono, vel malo effici potest: ut subitanea infusio scientiæ, vel quæla statui &c. Hac regulâ benè animo impressa, facilè est resolvere casus in hac re nimis innumerabiles; majoris tamen doctrinæ gratiâ sit

## §. IV.

*Regula in dubiis circa prædicta, & similia.*

**Q**uia in supradictis casibus sæpissimè dubium est, an signa vel res applicata revera habeant aliquam naturalem, vel supernaturalem vim, vel virtutem causandi talem effectum, vel etiam significandi talem eventum: & in casibus modi dubiis omnino reprobare durum: quod

autem arripere, vel permittere periculosum sit; tutissimè servabuntur duæ sequentes Regulæ.

REGULA I.

Quando prudenter dubitatur, utrum res applicanda, applicata ad effectum aliquem causandum habeat vim naturalem causandi illum effectum, necne, licitè præsumi potest, quòd sic: cum enim miræ sint naturalium causarum virtutes, præsertim herbarum, lapidum &c. etiam doctos sæpissimè latentes, non est ratio, cur ex eo, quòd virtus illa nobis ignota, vel dubia sit, statim eam negemus, & tanquam superstitionem magicam virtute dæmonis operativam condemnemus. Communissima DD. cum D. August. *lib. 14. de Civitate Dei c. 24.* Sanch. *cit. n. 44.* Laym. *lib. 4. tract. 10. c. 4. n. 6.* Qui tamen rectè consulunt cuilibet, qui ejusmodi re dubia ad sanitatem, vel alium effectum consequendum, uti vellet, ut expressè protestetur, si ulla vis diabolica ex quocunque pacto subsit, nolle se effectum consequi. Quæ ratione Cajetan. *verb. Incantatio*, asserit, se deprehendisse supersticiosum esse motum annuli super filum pronuntiando certo versiculo Psalmi; cum enim protestaretur nolle se versum recitare propter illum motum secundum diaboli virtutem, sed purè ad Deum laudandum, annulus motus minimè fuit. Placet aliquos casus particulares adferre pro curiosis.

I. Herbas certis temporibus, festis diebus, horis &c. colligere sine dubio sæpissimè est superstiosum, utpotè quæcumque illæ circumstantiæ

tem-

temporis omninò sunt impertinentes ad naturalem virtutem conferendam, vel augendam: ut quòd debeant colligi, vel effodi feriâ sextâ inter undecimam, & duodecimam noctis: eâ horâ qua tres Sacerdotes in uno templo simul celebrant. In die S. Margaritæ, S. Joan. Baptistæ. Secus dicendum, quando ipsa circumstantia temporis conducit ad naturalem herbarum virtutem, maturitatem, vel aliam qualitatem; sine dubio enim potentior est virtus plerarumque herbarum collectarum in vere, quàm in hyeme, in æquinoctio, quàm in solstitio; specialiter autem pleræque herbe medicæ, & salutiferæ maturitatem, & virtutem consequuntur versùs æquinoctium autumnale, quo tempore celebratur Tricesimus B. V. Mariæ. Non est ergò superstitiosum colligere herbas intra illum Tricesimum S. V. Mariæ; eadèmq; ratione allevare ova eodem tempore exclusa. *Communis apud celt.*

II. Quid sentiendum de virga avellana indice de thesauro occulto, vel aqua latente? Usus simplex absque alia superstitiosa circumstantia admixta damnari minimè potest, maximè quoad fontium, & metallorum venas indagandas, & consequenter etiam thesaurum occultum auri, argenti, aut alterius metalli. Observant tamen naturales, seu Phisici, non quamlibet ejusmodi virgam ubilibet natam, sed tantum natam in tali loco, & fundo, sub quo latent ejusmodi venæ fontium, vel metallorum, habere hanc virtutem & sympathiam occultam, ut vehementi illo mo-

tu, & ictu suo versùs talem locum etiam alibi prodant latentes illas venas, metalla, thesauros. Quare prout defacto ejusmodi virgæ applicantur, præsertim à militibus & furibus. 1. Indifferenter undecunque arreptæ. 2. Ad detegendos thesauros quosvis, vel res latentes, etiamsi ibi nullum esset aurum, argentum, aliudve metallum, sed vestes, aliæve res. 3. Et ubilibet locorum, etiam supra terram, in domibus inter parietes. 4. Præsertim in talibus impertinentibus, ac superstitiosis circumstantiis, sectionis, & applicationis, omninò damnandus est usus, ut meritissimum opus diaboli.

III. Annulo, vel globulo è filo intra extremos digitos, pollicem & indicem, sustentato pendente intra vasculum quoddam successivo motu tandem ad unum latus alliso, velut horologio quidam utuntur pro indicio horarum: & ipse usus sum sapissimè aliquot annos certo semper effectu, quia credidi, id fieri naturaliter occulta virtute arteriæ pulsûs, & influentiæ cœlestis, & adhuc ita opinor quoad aliquid, scilicet quoad motum ipsum, ejusque successiva incrementa: at verò quoad determinatum allisionum numerum horis singulis respondentem omninò superstitiosum esse experientia propria convicit *Cardinalem de Lugo*: nam eo medio usus in Hispania ad indicium horarum secundùm horologium commune Astronomicum, scilicet viginti quatuor horarum à media nocte usque ad alteram mediam noctem, cum postea brevi tempore appulisset ad Italiam, eodemque

que medio vellet nosse, quata hora esset, ecce comperit edi ictus jam secundum horologium artificiale Italicum longè diversissimum, indeque & merito conclusit, illud artificium esse superstitiosum; in tanta enim vicinitate locorum, neque pulsus arteriae, neque astrum ullum tantam mutationem causare naturaliter potuisset: ergo non naturæ opus, quod enim idem est, semper facit idem circa idem, sed alterius virtutis esse manifestè convincitur: sed neque alterius, nisi dæmonis, ut jam sæpè dictum.

IV. Filo etiam à Virgine ducto, vel neto aliqui utuntur ad aliquam curationem: certè primo intuitu apparet superstitiosum maximè, & est reverè, si aliæ conditiones vanæ accedant aut effectus nimis improportionatus inde speretur. Alioquin sanè sunt, qui non audent omninò condemnare; & audi, quæso, quid in simili scribat celeberrimus Doctor Rupertus Tuitiens. lib. 1. tom. 3. de Trinit. c. 1. in illa verba Genes. 3. *Ponam inimicitiam inter te, & mulierem, ipsa conteret caput tuum: inquit: Si nuda mulieris planta dentem serpentis pravenerit, & vivacissimum caput ejus vel leviter presserit, statim totum cum capite corpus repente interit, ita ut omninò motus nullus, nullus sensus in aliena parte residuus sit; id quod non malleis, aut vectibus, aut gladiis concidentibus citò ac leviter effici potest, siquidem excisum caput cum tribus, aut duobus digitulis vivere, & abire perhibetur; hoc, quod prædictum est; ita se ipsorum, qui per industriam exploraverunt, fide*

Haec & relatione comperimus. Haftenus Rupertus. Quod si ergo mulier, non autem vir id efficaciam habeat, cur non possit virgo innocens, non vero mulier corrupta, alicujus efficaciam nobis incognitam particeps esse, ut suis manibus, immo etiam suo sputo, quo foeminae solent nendo filum laungere, occultam virtutem ad aliquem morbum propellendum communicare? ait Tambur. lib. 2. Decalog. c. 6. §. 1. n. 6. & 7. Ergo certe, si vera adsit necessitas, & aliud medium non suppetat, adhibita protestatione supradicta ita facile permitterem facere; certe damnare non auderem. Itemque eadem ratione damnari explicitè non possunt curationes factae virtute emplastri magnetici per actionem in distans, dum loco membri vulnerati obligatur instrumentum, quo vulnus inflictum erat, ex probabili sententia DD. Physicorum. Et ita de his, & similibus sexcentis judicandum erit.

REGULA II.

Quando certò probabiliter constat, rem applicatam ad effectum aliquem v. g. morbum aliquem curandum non habere ullam vim naturalem ad illum effectum causandum, dubitatur autem, an habeat vim à Deo, vel dæmone, censenda est, esse superstitio ex pacto cum dæmone, ideoque simpliciter abstinendum. Ita post S. Th. cit. q. 96. a. 2. plurimis congestis late & optimè probat Sanch. lib. 2. c. 40. n. 4. Et ipsum sequuntur RR. torrentis instar. Ratio est: in dubio non praesumitur factum; cum ergo res, illa

illa certò non sit causa naturalis effectûs, nec de virtute aliqua supernaturali constet, erit solummodò signum, ut ad ejus positionem vel Deus, vel dæmon effectum ponat: atqui non Deus: quia de solis Sacramentis, vel Sacramentalibus tale quid per revelationem habemus: restat ergò illum effectum fieri à Dæmone per ejusmodi signa tacite invocato, idque omnium maximè in observatione precum, vel characterum. *sup. S. 2.* Quare sapienter *Gerson* apud *Sanch. cit.* ubi quærens, an versiculus ille: *Dirupisti vincula mea &c.* habet efficaciam ad sanitatem? ait. Respondeo pro Regula circa talia, quæ sunt innumera: quòd nunquam attribuenda est aliqua virtus supernaturalis talibus rebus quibuscunque, nisi hoc trahi possit ex Scriptura Sacra, vel revelatione divina: & oppositum credo, habet speciem superstitionis. Alia qua hic breviter notanda occurrunt.

- 34 I. Licet ejusmodi signa dubia non possint scienter adhiberi absque tacita invocatione dæmonis ob rationem datam, post factum tamen non debet semper judicari effectum esse causatum opere dæmonis; potuit enim fieri casû, vel fortuito experientiâ enim constat aliquos impostores, & malè feriatas vetulas proprio ingenio componere ejusmodi nugas, v. g. contra febres, spasmos, aliòsve morbos, si quando effectum casu sortiantur, virtutem jactant; si fallat effectus, defectum applicationis debitæ ostendunt: ex. g. aliquis sumpta chartâ certis notis & circulis inscriptâ brevi convaluit à quartana, malè argueretur; hæc san-




tas non est à medio naturali, neque à Deo: ergo à dæmone: potuit enim casu evenire, tunc deficiente humore peccante. Prudenter ergò hic judicandum est, quàm maximè verò cavenda illa stupida sequela: Hunc juvit aliquando tale medium dubium; ergò & me, & te, & alium juvabit, quasi dicas: hic in tali via casu invenit aurum; ergò & ego, & quivis alius inveniet.

II. Rem ita dubiam seclusa certa expectatione effectûs semel aut iterùm tantùm applicare, merito à peccato mortali superstitionis post alios liberat Tambur. n. 70. Quia tunc aut est actus imperfectus, aut non est grave periculum commercii cum dæmone, vel alterius notabilis inconveniëntia. Consentit Gobat cas. 2. n. 935.

III. Quin etiã ob justam causã necessitatis gravis, deficiente alio medio naturali certo, non supersticiosò, ejusmodi rem dubiam applicare ad pellendum morbum, strumam, rupturam curandam, adhibita protestatione contraria supradicta, ab omni peccato liberant boni DD. eosque sequens Tambur. cit. n. 72. Et Less. lib. 2. de Justitia c. 44. n. 46. insinuat dicens: *Non est licitum uti remedio, de quo dubium est, an contineat tacitam Dæmonis invocationem, hoc enim est, se exponere manifesto periculo superstitionis, nisi fortè id fiat cum expressa voluntatis contraria protestatione.* Vides sentire Lessium, te cum tali protestatione posse uti eo remedio dubio ob necessitatem, nempe recuperandæ sanitatis. Et ratio videtur: Quia quamdiu est dubium medium, protestatio

expressa contraria tollit invocationem, & commercium dæmonis, & remanet spes aliqua effectus aliunde obtinendi, vel causandi. Debi prædicare aliquoties.

IV. Denique quando certum est, medium esse superstitiosum, certum quoque esse debet, nunquam licere eò uti ob quamcunque necessitatem, adhibita etiam quacunque protestatione contraria. Ratio clara est: Quia superstitio est intrinsecè mala, involvit etiam contemptum Dei, dæmonis reverentiam & cultum §. I. in fine explicatum: que nullo unquam casu licere possunt, & protestatio est ipsi factio contraria, ideòque de jure frivola, ac nulla: ac si dicas: Scio equidem hoc medio adhibito debere operari dæmonem, non Deum, vel naturam; eo tamen adhibito protestor me nolle uti ope dæmonis. O stultitia! Quare valde pœnitet me semel permisisse pro remedio rupturæ ejus expositionem versùs lunam crescentem cum iis verbis: *Quod video, crescat, quod tango, decrescat*, recitatis postea §. Pater & Ave, præmissâ tamen illa protestatione contraria; etiam enim tunc dubius aliquatenus: at nunc inveni casum in specie apud solertissimum *Gobat* judicantem certò esse superstitionem.



SECTIO IV.

Magia, Maleficium.

SUMMARIUM.

35. Magia quid, & quotuplex?
36. Quid ars notoria?
37. Quid ars mirifica, seu magia sanifica?
38. Quid & quotuplex maleficium?
39. Maleficii solutio tripliciter fieri potest.
40. Semper licitè solvitur per se, vel per alium, etiam maleficum, vel sagam, quoties id sine novo maleficio, vel peccato fieri potest;
41. Adhibendo etiam signum positivum, aliunde non illicitum, maleficio tamen ex pacto conditionato diaboli contrarium;
42. Nunquam verò licet illud solvere novo maleficio, etiam transferendo in canem, catum, vel ipsummet maleficum.
43. Quando constat maleficum posse solvere maleficium sine novo, & solum dubitatur, an sine novo soluturus sit, licitum est petere, ut solvat.
44. Omnes divinationes, & aræ observantia, ac magia per se sunt peccata ejusdem speciei formaliter.
45. Omnis superstitiosa divinatio, ac magia cum pacto, vel invocatio demonis expressa, voce, signo, vel factò, non tantum est peccatum mortale gravissimum,
46. Sed etiam ordinariè gravissimas peccatorum species adjunctas habet.
47. Qualiter tales examinandi à Confessario?
48. Omnis etiam superstitio, divinatio, vel magia cum pacto, vel invocatione demonis implicita tantum, ex genere suo quidem peccatum mortale est, frequentissime tamen fit veniale ex ignorantia, levitate, curiositate &c.
49. Acquisita per magiam citra damnum tertii, licitè retinentur.

35 **M**agia generatim dicitur ratio operandi mira præter communem & ordinarium modum in natura. Duplex est, *naturalis*, & *superstitiosa*. *Magia naturalis* est ratio operandi mira per applicationem agentium naturalium, applicando scilicet activa passivis, unde effectus hominibus miri naturaliter oriuntur: cujus præcipua pars est Alchimia, quâ ex metallis levioribus mediante mercurio aurum etiam verum effici posse concedunt communiter DD. quamquam etiam hæc a Jure Canonico merito sit prohibita: tum quod sit incertissima cum jactura tantorum sumptuum; tum quod sit periculosissima, ne subrepat pactum, vel invocatio dæmonis ex desperatione, ac nimia aviditate effectus, adeoque fiat magia superstitiosa. *Magia superstitiosa* ergo est ratio operandi mira ope dæmonis; videlicet per signa vel media à dæmone ad ejusmodi instituta: adeoque eo ipso cum pacto explicito, vel implicito saltem cum illo atro genio. Sicut enim Christus Dominus sensibilia signa Sacramentorum gratiæ effectivæ instituit ad salutem, & sanctificationem animarum, ita diabolus malitiosus Christi æmulus & simia, sensibilia plurima instituit signa ad diversissimos effectus ad eorum exhibitionem, vel usum sua ope producendos ad perditionem animarum, respectu quorum effectuum proprie dicitur magia. Quod si autem magia comparetur ad illa ipsa signa, vel media à diabolo instituta, & observanda ac applicanda ad certos effectus, idem erit magia, ac observatio superstitiosa.

cujus species scilicet observare signa, eventum, observare preces, vel characteres, & observare media innaturalia: omnia huc referenda, confusio- nis vitandæ gratiâ, seorsim explicata sunt *sect. præced.*

Magia ergò propriè dicta, quatenus compara- tur ad ipsos effectus per talia signa, vel media dæmonis ope procurandos, rursùs dividitur in tres species materiales: scilicet artem notoriam, mirificam, & maleficam. Explico brevissimè ad- dōque necessaria, qualiter liceat petere solvi ma- leficia? & tandem resolutiones practicas circa præ- dicta omnia quoad peccata, ut sic tetra materiæ finis imponatur.

§. I.

*Ars notoria & mirifica.*

**A**rs notoria dicitur, qua per certa verba, pre-<sup>36</sup> ces, aut alia signa variæ scientiæ vel doctri- næ subitanè, & absque labore acquiruntur vel cer- to acquirendæ expectantur: quale singulare non ita pridem contigit Romæ in septenni puero. Et notum est ea arte uti solitos Anabaptistas, qui pro- fanæ cænæ suæ sumpto poculo subitò scientiarum profanarum notitiâ imbuuntur, ut scripturas va- rias legere, & ad verba memoriter recitare pos- sint, ita nimirum suggerente dæmone, adèò ut etiam doctos quosdam eludant. Undè sæpè evenit, ut Catholici exorcismis suis ipsis eorum scientiam cum confusione magna adimant; & experienciâ constat, quando (licet rarò) abjectâ suâ sectâ, ad fidem Orthodoxam redierunt, eos in pristinam

infcitiam relapsos esse. Ad hanc magiam spectat, quòd quidam in nocte S. Joan. Baptistæ sub aviculis suis vigilant, certis cæremoniis, & precibus intendentes, & exspectantes eas meliorem garritum, vel cantum acquiraturas; utique ope dæmonis.

- 37 Ars mirifica, magia sanifica, observatio sanitatum &c. dicitur, quâ sanitas, morborum, vel vulerum curatio in hominibus, vel jumentis, aliarumve rerum incolumitas, aut quodvis bonum corporale procuratur per media, vel signa prosus vana, inutilia, & impertinentia, quæque nullam naturalem, vel supernaturalem vim ad talem effectum habere ex vera Philosophia & Fide constat: utpotè per verba, preces, characteres, incantationes, insufflationes, ligaturas &c. E. gr. ferum, quo læsus es, infigatur in proximum pratum &c. Loco pedis vulnerati ligetur pes scamni, vel arbor, & salvus eris.

Ad hanc speciem magiæ spectant procurationes quorumcunque effectuum, vel commodorum in utilitatem corporis, quæ naturaliter tali modo provenire non possunt: ut augmentatio, vel acquisitio pecuniæ ope vermis cujusdam; transvectio per aëra ad campos, hortos, etiam cellas vinarias &c. dæmonis auxilio sine strepitu resectis cellis, iterumque clausis: exhibitio, nescio, quarum epularum, plerumque phantasticarum tantum, vel ex verissimis quibusdam rebus apparentium. Quamvis enim ejusmodi magis, & sagis plerumque eveniat, ut per phantasticam

elufio.

elusionem Dæmonis imaginentur sibi se esse alibi comedere, bibere &c. cum tamen domi in suo lecto dormiant, nihilominus eos vere, & corporaliter de loco ad locum transferri, epulari, saltare &c. & fœdissima quæque peragere cum Dæmonibus, nimis multiplici experientiâ constat, & communiter docent DD. apud *Sanch. Laym. Delr. sepe cit. contra Navarr. & Rodriq. n. 2.*

§. II.


*Ars malefica, maleficium*

Est, quo per certa signa & media, operâ, & potestate Dæmonis, alicui nocumentum inferitur. Dividitur in veneficium, & amatorium: veneficium dicitur, quò per certa ejusmodi signa ope dæmonis hominibus in ipso corpore vel rebus suis nocumentum inferitur. Quo spectant omnes morbi occulti, pestes, intoxicationes, contractiones membrorum, tabes, & tandem mortes hominibus vel jumentis à dæmone illatæ ad positionem signorum maleficorum, qualia plerumque compinguntur ex capillis, fragmentis ovium, ossiculis murium, serpentum &c. Et certè compertum est per ejusmodi veneficia, etiam fascies capillorum, fragmenta cultrorum, vitrorum &c. intra corpora, vel ossa hominum ingesta fuisse. Item tempestates, grandines, pluvia immodicæ, ad destructionem fructuum, gravissimumque damnum hominum per signa malefica causata à dæmone. Item impotentia coeundi inter conjuges, quod communiter vocant maleficium ligaminis. Veneficia autem dicuntur ejusmodi, quia talia nocu-

Mm 4                      ment

menta dæmon ferè communiter in hominibus  
causat per venena, et si etiam aliis mediis noceat.

Maleficium amatorium dicitur, quò per certa  
ejusmodi signa, vel media ope dæmonis immuta-  
tio in affectibus causatur: utpote vel excessivi, vel  
impotentes amores carnales, per philtrea, seu pocu-  
la amatoria, aliáque signa, characteres, aliásque  
res, v. g. cantharides &c. Aut econtrà capitalia  
odia & inimicitia, præsertim inter conjuges. Di-  
citur tamen simpliciter amatorium maleficium à  
potiore parte, seu principaliori passione anime,  
scilicet amore, & casu frequentius contingente.  
Atque hæc magia malefica non tantùm continet  
malitiam superstitionis contra Religionem, &  
primum Præceptum Decalogi, sed etiam maliti-  
am gravissimam injustitiæ cum onere restituti-  
onis integræ totius damni, ita ut quidquid damni  
proximo ex maleficio illatum est, teneatur malefi-  
cus in integrum restituere; quia licèt dæmon il-  
lud damnum causârit physicè, maleficus tamen  
causavit moraliter, ad id movendo, instigando  
dæmonem &c. secundùm Omnes. Similiter tene-  
tur, & à Judice cogi debet ad destruendum, vel  
auferendum maleficium positum, quando nimi-  
rùm absque novo maleficio destrui vel auferri po-  
test. Hinc proinde res gravissimi momenti expli-  
canda: an, & qualiter liceat solvere, vel sol-  
vi petere maleficia?





§. III.

*Maleficii Solutio.*

**M**aleficio simpliciter solvi potest 1. Præ-39  
 cisè auferendo signa magica. 2. Ponendo  
 signa contraria positiva, quibus diabolus solum  
 cogatur abstinere à maleficio inferendo, vel illato  
 continuando. 3. Novum maleficio ponendo,  
 seu signa contraria positiva, quibus diabolus de no-  
 vo invocetur, vel ex pacto cogatur de novo ope-  
 rando aliquod novum maleficio, vel effectum  
 causare pro illo priori tollendo, quod certè fre-  
 quenter fit. Quæstio ergo hic duplex est: 1. An,  
 & qualiter liceat per se solvere maleficio? 2. An  
 liceat petere à malefico, vel mago, ejusque ope-  
 ra uti ad solvendum maleficio? Pro re difficili,  
 & satis frequentis casûs, pono breviter quatuor  
 claras

*Resolutiones.*

**P**rima. Certissimum est, semper licitum, imò 40  
 meritorium esse per se, vel per alium etiam  
 maleficio, vel sagam solvere maleficia solummo-  
 do auferendo, vel destruendo signa magica, defol-  
 siones, ligaturas, figuras, characteres, philtre &c.  
 ex quibus maleficia ex dæmonis pacto, & operatio-  
 ne dependent, inferuntur, continuantur: Quin-  
 imò hoc modo ipsi malefici, magi, sagæ obligan-  
 tur, atque omnimodis tam à Confessario in foro  
 conscientiæ, quàm à Judice in foro externo co-  
 gi debent ad solvendum, auferendum, vel de-  
 struendum maleficio, quando nimirum absque  
 novo maleficio destrui potest. *Ratio clara est:*

M m s Sem-

Semper enim sunt destruenda opera dæmonis, & tam grave damnum proximo tam injustè illatum auferendum, quando sine novâ ope dæmonis, vel peccato fieri potest; sic autem est in proposito: ergo &c.

41 *Secunda.* Certum quoque mihi videtur licere solvere maleficium per se, vel per alium (etiam maleficum, vel sagam) adhibendo signum positivum contrarium maleficio ex pacto conditionato diaboli, ita dissolvendo, vel impediendo; quoniam nimirum signo posito diabolus præcisè cogatur abstinere à maleficio inferendo, vel continuando absque alia ejus operatione, vel effectu novo malefico, dummodo illud signum de se sit licitum, vel indifferens. Ita gravissimi DD. pluribusque congestis Suarez. *cit. c. 17. n. 19. Lesl. lib. 2. de Justit. c. 44. dub. 6, n. 45.* Sanch. *lib. 2. moral. c. 41. n. 5.* Mart. Delr. *dis. mag. lib. 6. c. 2. sect. 1. q. 2.* Laym. *cit. l. 4. rr. 10. c. 4. n. 9.* alii RR. passim. Ex. g. solet diabolus pacisci cum mago, vel saga, inficiam, quem incantaveris, insufflaveris, tetigeris, percusseris &c. nisi ille mox se cruce signet, aquâ lavet; vel te repercutiat &c. licet tunc non tam se cruce signare, verùm etiam aquâ abluere, sagam repercutere, non utique intentione eo medio, vel signo aliquid efficiendi ope dæmonis in se, vel in alio, sed præcisè intentione dissolvendi pactum diabolicum, ac impediendi signum magicum noxium, adeoque solvendi maleficium non aliqua dæmonis operatione, sed solum cessatione ab operando noxiè. *Ratio est: Quia &*

talis

talis intentio bona est, & medium ac signum est  
 licitum: neque enim Dæmon ista signa instituit  
 tanquam operativa, sed talia signa nocentia insti-  
 tuit nocitura sub conditione, nisi illa alia signa  
 contraria adhibita fuerint: quin piè creditur dæ-  
 monem, Deo ejus malitiam cohibente, debere  
 plerumque talia contraria signa maleficio appone-  
 re: ergo licitè adhibentur. §. Hac ratione Judi-  
 ces reos torquendos, ne maleficio ad tormenta in-  
 sensibiles sint, aut planè muti nihil fateri possint,  
 curant exui, lavari, capillos abradi, non solum  
 ut tollant signum magicum dæmonis fortâ se sub  
 vestibus vel capillis aut unctioe corporis latens,  
 sed etiam quia potuit pactum cum dæmone fuisse,  
 ut ad nudationem vel ablutionem corporis aut  
 rasionem capillorum cessaret pactum, & effectus  
 ille magicus: ut præter citt. rectè monet Tamb.*cir.*  
*s. 6. §. 2. n. 13.* Ibidemque *n. 17.* lepidum casum  
 referens. Senex quidam thesaurum noctu ter-  
 re infodit magicis artibus à dæmone custodiend-  
 dum, hâc nimirum cum dæmone conventionem,  
 ut nullum permetteret auferre, nisi illum, qui  
 stans super locum bona pulte se reficeret, vinum-  
 que hilariter biberet: audit hoc rusticus non lon-  
 ge inde decumbens, statimque manè cum pulte  
 & vino apparens thesaurum nemine impediante  
 abstulit, sene nimis serò veniente. Et resolvit  
 rectè *Tambur.* potuisse hoc facere rusticum citra  
 superstitionis peccatum (an etiam potuerit lici-  
 tè retinere sine injustitia, alia quæstio est, aliò  
 spectans.) Quia hoc solum erat apponere signum  
 contra-

contrarium maleficio, quo posito dæmon promiserat non amplius thesaurum custodire, ipsumque signum de se indifferens & licitum fuit. Eadem denique ratione explicari, & excusari possunt signa pleræque, & ritus, quibus milites, vel alii solvunt maleficio hostium magicè induratum & invulnerabilium: diversa novi, sed non vacat tibi dicere.

- 42 *Tertia.* Nunquam licet maleficio solvere novò maleficio, scilicet applicando novum signum magicum, quo dæmon moveatur ad novum aliquid operandum ad prius maleficio tollendum; v. g. ut febris, vel alius morbus hominis transferatur in canem vel catum, vel alium hominem, aut etiam in ipsum maleficio, vel maleficam, qui, vel quæ maleficio intulerat, prout fieri constat pro recuperando butyro, magicè subtracto lacte: coquendo nimirum & agitando lac ad ignem, toto calore translato in sagam, ut cogatur petere cessationem, & alia innumera. *Ratio nimis nota est:* Quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona; novum autem maleficio intrinsicè malum est; ergo. Et consequenter non licet petere, vel jubere magum, vel sagam, ut maleficio maleficio novo solvat: nec absolutè licet petere solvi maleficio, quando certò, vel probabiliter constat, maleficio absque alio maleficio solvi non posse; imò neque si dubitetur, an solvi possit: aut si constet solvi posse, ignoretur tamen, vel dubitetur, an hic, vel hæc solvere possit absque novo maleficio; semperque peccat mortaliter.

liter, qui petit, vel jubet tunc maleficio solvi. Ita ex communi DD. late & optimè probat Sanch. cit. lib. 7. de matrim. disp. 95. & lib. 2. moral. cap. 41. Ratio clara est; quia nunquam licet petere, jubere, vel quomodolibet alterum inducere, ad id, quod ab eò sine peccato fieri non potest; esset enim verum activum scandalum: atqui uti novo maleficio, seu signo magico cum pacto dæmonis operativo per se intrinsecè malum est, adeoque à nemine unquam scienter sine peccato fieri potest, cum repugnet primo præcepto negativo juris naturalis: ergo inducere aliquem ad solvendum maleficio novo maleficio semper illicitum est, & peccatum mortale; cum sit inductio ad grave malum: idque etiam verum est in dubio, an solvi possit absque novo maleficio, adeoque eo ipso peccaret mortaliter. Practicè ergo in tali dubio examinari debet magus, vel saga, qua ratione maleficio solvere possit, & velit: si resuset explicare, jam præsumendum est de novo maleficio: Si explicet, videndum erit, an licita, vel illicita media habeat. Atque, ut rectè monent DD. cit. *Suar. Less. Sanch. Layman*, faciliùs præsumendum est de his, qui maleficio posuerunt, quòd sciant debitum modum auferendi ea, Secus est de aliis magis, qui ipsi maleficio non posuerunt, hi ante omnia examinari debent, an, & undè sciant, quo loco, vel modo positum sit? si ignorent, & dicere nolint, absolutè non licet eorum operam petere: esset enim tacitè petere à tali, ut alio novo maleficio à dæmone id discat

&

& solvat, quòd si verò jam nòrit ( esto ab ipso Diabolo, prout in simili dicitur in Regula quarta ) & media licita solvendi proponat juxta resolutionem primam & secundam, jam tutò ejus ope uti poteris. Quæ omnia valdè notanda sunt.

- 43 *Quarta.* Quando constat maleficum defacto solvendum, aut certè posse solvere maleficium absque novo maleficio, etiã si suspicetur, vel credatur ipsum non esse solvendum modo licito, sed novo maleficio magico, licitum erit petere, imò jubere illum, ut solvat. *Communis DD. cum Suar. Less. Sanch. Laym. cit.* Ratio est: Quia semper licitum est petere pro suo commo, vel necessitate ab alio, quod alter licitè, & sine peccato præstare potest; etsi is ex mira malitia non sit præstiturus absque peccato, juxta communem doctrinam in materia de scandalo: tunc enim peccatum alterius non sequitur ex tua petitione per se, sed merè per accidens ex sola alterius malitia, quam tu moraliter nullo modo causas, sed juxta necessitate urgente, & excusante verè & licitè permittis, quamvis ex lege charitatis in proposito casu tenearis magum admonere, facta petitione, & conventionem, ut licito modo solvat, si spes sit illum obtemperaturum; cum hac ratione facile peccatum proximi impedire possis. *Addit Sanch. utroque loco sup. cit.* quòd quemadmodum petens mutuum ab usurario nolente dare, nisi cum usura, potest acceptare mutuum cum conditione usuræ secundum communem DD. ita petens solvi maleficium à mago, qui potest solvere

solvere, & tamen nolit solvere absque novo maleficio, possis illud acceptare permissivè te habendo, quòd utrobique pari prorsus ratione non fit cooperatio ad peccatum alterius, sed solum ob propriam necessitatem & gravissimam causam permissio peccati alterius ex sola alterius malitia perpetrandi: nemo autem tenetur impedire peccatum alterius cum tam gravi suo incommodo.

Dices, qui petit à malefico dissolutionem malefici etiam modo quantumvis licito, is sanè consulit maleficum: at consulere maleficum est per se malum, & in sacris Litteris gravissimè prohibitum: ergo &c. Respondeo, tunc consuli maleficum non formaliter ut talem, & ut maleficè & magicè aliquid operaturum, ut in priori casu §. 42. sed solum consuli maleficos materialiter, ut homines in tali materia scientes, & expertos, & per se nihil nisi licitum acturos. Nec obstat, quòd ipsi eam notitiam dissolvendi modo illicito comparaverint à dæmone, commercio illicito. Quia licet tunc peccaverint gravissimè illo illicito commercio cum dæmone, communi hoste, non tamen peccant postea utendo illà scientià de se bonà, & in materia licita, ut hic supponitur; alioquin non possem legitimum medicamentum, aut bonas, & utiles scientias addiscere ab eo, qui hæc à dæmone habuisset; cujus oppositum docent probatissimi DD, Theologi cum sup. cit. *Suar. Delr. Sanch.* Quare etiamsi tumet ipse à dæmone immediatè didicisses modum solvendi maleficia, peccasti sanè pravissimè peccato illo

illo & commercio damnabili cum dæmone; ac transacto illo pacto licitè poteris uti eâ scientiâ in tuum commodum ad maleficia in te, vel in aliis tollenda, dummodò denuò dæmon nec expressè, nec tacitè invocetur. Quemadmodum ergo eadem ratione licitè potes equo tuo, vel alia re tua perditâ, & per artem magicam inventa uti, licitè frueris sanitate per eandem artem nigram acquilita, imò & licitè retines pecuniam à dæmone acceptam, modò constet eam ab alio non esse ablatam. Ratio semper est; quia licet graviter peccâris in illis à dæmone obtinendis, attamen postea seclusâ omni dependentia, vel pacto cum dæmone, ejusve nova aliqua operatione, illis rebus ex se bonis utendo, peccatum non committis; sicut nec committit meretrix, dum retinet peccunias, & utitur iis, illicitè ex suo peccato comparatis. De hoc iterum aliquid *h. seq.*

## S. IV.

*Resolutiones generales practica circa prædicta omnia.*

## P R I M A.

- 44 **O**Mnes divinationes, vanæ observationes, ac magiæ universæ super unum cumulum, per se sunt peccata ejusdem speciei formaliter, & differunt solum materialiter penes diversitatum mediorum adhibitorum, & effectuum causatorum, quæ proindè sigillatim in Confessione explicandæ non sunt, seclusâ aliâ malitiâ diversâ apostasiæ, hæresis, blasphemiæ, sacrilegii, aut injustitiæ in proximum. Communis DD. cum



Suar. lib. 2. de superstitis. c. 14. Ratio est: Quia per se in ratione superstitionis tota ratio formalis malitiæ eadem est in omnibus, scilicet cultus Deo debiti diabolo tributi, per divinationem enim quamcunque petitur à dæmone cognitio rei occultæ, ideóque cultus Deo debitus, ob cognitionem Deo propriam, tribuitur creaturæ, diabolo: Et per magiam, seu varam observationem quamcunque petitur à diabolo operis alicujus effectus, ideóque cultus Deo debitus, ob potentiam Deo propriam, tribuitur eidem pessimæ creaturæ diabolo; utrobique eadem formalis malitia, & difformitas, ut utrobique admixta implicita idololatria, & apostasia à Deo & expressum; vel tacitum pactum cum dæmone. Unde in S. Scriptura magi, & arioli, seu divinatores semper ferè conjunctim prohibentur. Levit. 19. *Non declinetis ad magos; vel ab ariolis aliquid sciscitemini.* Ibid. 20. *Anima, quæ declinaverit ad magos, & ariolos &c. interficiam illam.* Attamen in communi & veriori sententia in confessione explicandum est, an superstitio, vel divinatio, vel magia facta sit cum pacto expresso, vel implicito tantum: nam pactum explicitum, & expressa dæmons invocatio nimium quantum auget malitiam substantialem actus, ut mox patebit.

SECUNDA.

Omnis superstitiosa divinatio, & magia, quæ fit cum pacto expresso cum dæmone, seu cum expressa invocatione dæmonis; aut voce, vel signo, aut ipso facto adhibendo scilicet signa, quæ

quis scit à dæmone esse instituta, ac ipsum per illam operari, sive deinde secum ipso, sive cum alio conventa sint, & maximè ad similes usus ipsum dæmonem asservando in vitris, annulis, animalculis; gravissimum, & semper est peccatum mortale; incomparabiliter gravius à; quæ fit cum pacto implicito tantum. *Omnia unanimiter.* Ratio manifesta est: Quia malitiæ jussu modum superstitionum in eo consistit, quod homo relicto Deo virtuali, seu interpretativa àtem apostasia, diabolum invocet pro notitia, vel effectu aliquo consequendo; atque ad eum eo ipso illum divino honore afficiat, mixtâ & implicitâ saltem idololatriâ, ut *Sect. i. §. 3.* explicatum habes; quod bene penetrari debet. Utraque malitiæ ex se gravissima est, & incomparabiliter gravior & evidentior; cum dæmon ita explicitè invocatur; & cum eo expressè paciscitur; quàm cum tacitè tantum; ergo semper gravissimum mortale. Nulla hic fingi potest parvitas materiæ, cum in quavis etiam minima materia contineat semper formalem, vel virtuales saltem à Deo Bono infinito conversionem, & conversionem ad dæmonem Divinitatis annulatorem; Dei que juratum hostem; neque satè inter fideles ulla potest excusari ignorantia, cum malitiæ ipsâ naturâ sit horribilis, & nihil sæpius doceantur fideles, quàm vitare confortia dæmonis capitalis, & infensissimi Dei, hominumque hostis. Solùm in casu particulari excusari posset imperfectio actus; indeliberatio, præcipitantiâ, utpote ex gravissima perturbatio-

ne; angustia, terrore &c. dæmonem invocantis, sicut & in cæteris omnibus peccatis, etiam odio Dei, blasphemia &c.

Neque verò talis superstitio cum expresso pacto & invocatione dæmonis de se solum est peccatum gravissimum cum implicita saltem apostasia à Deo, & idololatria dæmonis, verum etiam ordinariè secum conjunctas habet gravissimas peccatorum species. 1. Formalem apostasiam à Deo, Christo, Baptismo, Fide, Sanctorum; & Ecclesie communiõne; eorumque omnium in perpetuum abjuratiõnem, abnegatiõnem cum gravissima blasphemia contra Deum, Sanctos, Sacramenta &c. 2. Formalem idololatriam, adorationes, sacrificia, aliasque cæremonias &c. Diabolo, tanquam Deo offerendas, & exhibendas. 3. Pactum perpetuum, & perpetuam traditionem sui cum corpore & anima in perpetuum diaboli servitiõem, & proprietatem; certis conditionibus utrinque pactis: ut nimirum diabolus hæc vel illa aut semel, aut toties, quoties, præstet, quoad superstitiones, magias; homo verò hæc, vel illa obsequia; nescio, quæ horrenda, contra Deum & proximum exhibeat. Quò spectat abusus infandissimus Sacramentorum, maximè Euchari- stie; nocumenta proximorum in anima & corpore per veneficia, Baptismi nomine diaboli &c. 4. Diabolicum conjugium & commixtiõnes carnales cum dæmonibus incubis, vel succubis &c. horribilissima; ex quibus omnibus nefandissimis sceleribus ordinariè compacti sunt magi & sagæ

nostræ, in confessione, si casus ferat, de omnibus diligentissimè examinandi. Quando ergo contingit poenitentem in confessione se accusare de aliqua superstitione, divinatione, magia incantatione, maleficio facto &c. quatuor à confessario examinanda sunt.

- 47 *Primò*: An id factum fuerit cum expressa invocatione, pacto, vel commercio Dæmonis, idem gravissimam hujus peccati malitiam continet, ut dictum est. *Secundò*. An accesserint reliquæ malitiæ modò enumeratæ, aut aliqua ex illis: ut formalis apostasia, idololatria, seu adoratio dæmonis. *Tertiò*. Si fateatur, se Deum, veram Fidem abnegasse, dæmonem pro Deo adorasse, ei se devovisse, accuratè discendum erit, an ita fecerit sola voluntatis mala affectione, an etiam assensu intellectûs. Quodsi etiam intellectu simul & voluntate Deum, veram Fidem, Sacramenta, aliòsve Articulos Fidei abnegavit, sicque dæmonem pro Deo habuit, adoravit, erit formalis hæreticus, vel hæretica, comprehensus, vel comprehensa, sub excommunicatione Bullæ Cœnæ, ideòque absolvi non poterit, nisi ab habente potestatem obsolvendi ab hæresi; si verò non intellectu, & assensu interno, sed sola malitiosa voluntate, & exteriùs tantùm Deum negarunt, adoraverunt dæmonem &c. prout communis fit, saltem inter Catholicos, non erunt formales hæretici, vel apostatæ, nec consequenter in excommunicatione Bullæ Cœnæ, sed tantùm in excommunicatione Joan. XXII. non reservata, &

in casu relervato communiter Ordinariis. Ut  
*Sup. Sett. 1. §. 2.* etiam innui.

*Quarto.* Denique si fateantur maleficia à se  
 aliis ope dæmonis illata, examinandi erunt, an  
 quale, quantum damnum aliis intulerint? tunc  
 enim cogendi sunt imprimis ad ablationem male-  
 ficii, si absque novo maleficio possint. Deinde  
 ad omnia damna temporalia resarcienda omni mo-  
 do possibili, juxta regulas generales restitutionis  
 ex damno dato. Omnia certa apud omnes. Si  
 placet, lege latius DD. præsertim *Sancti Delr.*  
*alios.*

TERTIA.

Omnis superstitio, divinatio, magia cum pa-48  
 cto implicito tantum cum dæmone, seu  
 cum implicita & tantum tacita invocazione dæ-  
 monis ex genere suo peccatum mortale est: quip-  
 pe & ipsa repugnans virtuti Religionis, & cul-  
 tus Deo debiti, contra primum Præceptum Deca-  
 logi. *Omnes.* Neque unquam potest excusa-  
 ri ex parvitate materiæ propriè loquendo, juxta  
 communem DD. cum *Sanchez lib. 2. moral. c.*  
*44. n. 13.* Quia licet implicitè, verè tamen ce-  
 dit in injuriam Dei, cultumque dæmonis, eo ipso,  
 quo quis scienter utendo signis, vel mediis vanis,  
 inutilibus, impertinentibus ad aliquam notitiam,  
 vel effectum consequendum implicitè dæmonem  
 invocat, ut suprà solidè ostensum est: atqui in in-  
 juria Dei, & cultu dæmonis nulla potest dari par-  
 vitas materiæ: ergo. 1. Excusatur tamen hoc  
 peccatum, & veniale redditur frequentissimè ex

ignorantia, seu errore etiam culpabili, levi, non tamen crassa, vel affectata: malitia enim ejusmodi superstitionum in divinationibus, vanis observationibus, & magiis, licet revera in se gravis sit, non tamen semper omnibus manifesta est in casibus particularibus, ut patuit per hæc tunc dicta; ideoque facillè subesse potest ignorantia, vel defectus inquisitionis debitæ, culpabilis quidem, non tamen mortalis culpæ arguendus. Experiuntur Confessarii, quantæ sæpè molis sit persuadere hominibus hoc vel illud medium esse supersticiosum, vel magicum. 2. Excusat etiam levitas actus, ut si quis utatur ejusmodi signis solum ex levitate, risu, vel joci causâ, prout facere solent in certis occasionibus &c. Quia tunc non est superstitio, cum nulla fides adhibeatur, nec effectus expectetur, ut supponitur: ideoque diabolus nullo modo, nec tacite quidem invocatur, sed potius eluditur, & est mera animi levitas. 3. Excusat etiam curiositas in re levi, ut si quis utatur signo, vel medio supersticioso habito ex sola curiositate experiendi causâ, v. g. semel, vel iterum faciendo anulum moveri super filum, aut allidi ad latera vasis: atque in hoc dicto & exemplo contentiunt DD. communiter. Differunt tamen in modo loquendi. *Valentia* enim vult hæc & similia esse venialia ex ipsa parvitate materiæ, quod ex solo tacito tam parvo commercio cum dæmone non immineat notabile salutis damnum ita operanti. *Sanctus* proximè cit. etiam concedit esse veniale, sed non ex sola parvitate materiæ (quod rejicit nobiscum)

scum) sed ex eo, quod actus non fiat serio cum certa expectatione effectus, sed solum experiendi causa: ideoque non esse superstitionem, cum demon sic non invocetur, sed potius illudatur; & esse animi levitatem, ut supra in priori casu. 4. Excusat etiam sola cautela ad semel, vel iterum: ut si absque certa fide adhibita ex sola vana formidine in agendis, vel cavendis observes ejusmodi vana signa, vel nomina &c. cum non videatur gravis deordinatio aliquid operari, vel cavere ob metum vanum, maximè semel, vel iterum tantum, uti cum aliis notat Layman, lib. 4. tract. 10. c. 3. n. 10. prout in superioribus sparsim, præsertim de divinatione ex astris, auguriis, & somniis notatum: & summarie congesti in materia de peccatis, cum de parvitate materiæ sub Regula 2. Tract. 1. §. 5. sect. 2. n. 22.

QUARTA.

Quidquid quis per superstitionem, divinationem, magiam acquirit, vel obtinet, aut per modum effectus de se non mali (de quo §. præced. in fine) aut per modum pretii ab aliis lucratus est, sciendo tamen, & rectè utendo sua arte & citra damnum tertii, licitè retinet, nec tenetur deserre, vel restituere. *Communis apud cirt. a-*  
*ones:* Ex, gr. acquirit quis arte magica scientiam naturalem & utilem, sanitatem corporis, utile matrimonium, divitias, vel pecunias veras citra damnum tertii &c. postea etiam poenitens licitè omnia retinet: nam arte bona, malè licet acquisitâ, benè quis uti potest. Dico tamen pecunias

N n 4                      veras,

veras, & citra damnum tertii; solet enim Diabolus suis præbere pecunias, vel falsas, & apparentes tantum, & illusorias, postea convertendas in carbones, stercora &c. quibus sine dubio uti non potest, nec licet; aut aliis subtractas, si veræ sint, quibus, si constaret, utique restituendæ forent, quod tamen rarissimè constat, nisi cum ipsi magi arte magica furantur. Similiter divinator, vel magus operam suam locat alicui, pacta mercede, etsi peccet paciscendo, & opus superstitiosum exequendo, non peccat tamen retinendo mercedem datam; nec ullo Jure (quemadmodum & meretrices) restituere tenetur, etiamsi effectus non fuerit secutus, dummodò, ut supra dictum, artem sciverit, & diligentiam adhibuerit; quòd si autem artem nescit, vel si diligentiam non adhibuit, utique restituere tenebitur; quemadmodum Medicus, si artem suam caller, & diligentiam adhibeat in curando, mercedem pactam licitè recipit, & retinet, etiam effectu non secuto: secus si artem non calluit, vel diligentiam non adhibuit. Communis DD. cum *Sanch. Laym.* aliis cirt. Intellige semper salvo jure tertii damnum passii.

§. Hactenùs de superstitione, seu irreligiositate secundum excessum in objecto colendo, quo scilicet cultus Deo debitus tribuitur creaturæ, præsertim Diabolo. Sequitur nunc superstitio, & irreligiositas secundum excessum in modo colendi, quò ipsi vero Deo quidam cultus, sed indebitus tribuitur. Sit ergo

C. 6.



## CAPUT X.

De Irreligiositate secundum defectum  
contra I. Præceptum affirmati-  
vum est.

Irreligiositas secundum defectum dicitur, qua  
aut cultus vero Deo debitus omittitur, aut ipsi  
Deo irreverentiam irrogamus contra primum  
Præceptum, ut affirmativum est: *Dominum De-  
um tuum adorabis &c.* Contra quod quadru-  
plicita peccata esse possunt. *Primum omissionis*,  
scilicet Deo debitò tempore non exhibere debitum  
cultum; quomodo peccant Clerici omittentes Ho-  
ras, & omnes fideles diebus Dominicis, & Festis  
omittentes Sacra, & ferias, vel omitrentes alias res  
debitas; de quibus patet partim ex superioribus,  
partim patebit ex Tertio, & Quarto Præcepto.  
*Secundum cultus falsi*, cum quidem Deo vero ex-  
hibetur cultus, sed indebitus, superstitiosus, va-  
nus. *Tertium* irreverentiæ ipsi Deo exhibitæ, ut  
tentatio Dei, blasphemix: Item perjuria, voti-  
fragia &c. *Quartum* irreverentiæ exhibitæ Re-  
bus sacris, & Deo dicatis: nimirum sacrile-  
gia. Nam sicut virtus Religionis duplices actus  
habet, quosdam primarios, quibus ipse Deus se-  
cundum se, & directè colitur, ut Oratio, Adora-  
tio, Sacrificium &c. Quosdam verò secundarios,  
quibus aliæ Res Sacræ, & Deo dicatæ ob ejus ho-  
norem coluntur, ut Sancti, Sacerdotes, sacræ Re-  
liquiæ, sacra vasa &c. ita irreligiositas secundum  
defectum

defectum duplicia peccata continet: aliqua, quibus ipse Deus secundum se inhonoratur, ut tentatio Dei, blasphemia: alia, quibus Res sacra inhonorantur, ut Sacrilegia; & inter hæc late patens Simonia. De his ordine.

## SECTIO I.

*Cultus Divinus indebitus.*

## SUMMARIUM.

1. *Cultus Divinus indebitus est duplex, alius falsus, alius superfluus.*
2. *Omnis cultus falsus per se semper est peccatum mortale.*
3. *Superfluus vero per se veniale tantum.*
4. *Fit tamen quandoque mortale per accidens.*
5. *Cultus Dei inordinatus.*

**I** **C**ultus Divinus indebitus secundum D. Th. 2. 2. q. 93. a. 1. & DD. communiter duplex est, *falsus*, & *superfluus*. Cultus falsus dicitur, quo colitur Deus per aliquod falsum significans. Isque rursus duplex: *unus est cultus falsus ex parte objecti significati*, qui varie potest contingere. 1. Si Deus etiamnum coleretur antiquæ Legis sacrificiis, cæremoniis, ut immolatione, & esu agni paschalis, circumcissione &c. his enim omnibus olim ex divina institutione significabatur adventus, ac Passio Christi, ac gratia per ipsum conferenda, quæ postquam jam facta sunt, illa omnia defacto falsum significant, adeoque sunt cultus falsus. 2. Quando in Sacramentorum administratione & utu hæreticæ falsitates permiscentur, ut fit maximè apud Calvinistas in Sacramentis Baptismi, & Cœnæ. 3. Quicumque falsa miracula, signa, revelationes proponunt; iisque res Fidei confir-

confirmare volunt; qui falsas Reliquias venerandas exhibent, quæ cum omnia divinæ Potentiæ protestativa sint, ad cultum Dei pertinent; cumque falsa sint, cultum Dei falsum constituunt; & quidem falsitate admodum perniciosâ. Inde etiam fit, ut veris etiam miraculis, revelationibus, Reliquiis, fides minor, vel nulla adhibeatur. 4. Qui falsas cæremonias, quasi sibi à Deo dictatas (tomnatas, si non à dæmone suggestas) ad Deum colendum exhibent, aliisque ad utendum proponunt. Lege horrenda apud S. Bonavent. *Opusculo de modo confitendi, & de puritate conscientie, c. 14. de fictionibus pseudo-spiritualium quorundam.* Huc referendi sunt, qui inter Officia divina admiscunt cantus turpes, & obscenos; hi enim præter peccatum scandali publici peccant mortaliter peccato superstitionis, seu cultus falsi: idque non tantum, quando per talia intendunt colere Deum cultu falso, imò falsissimo, sed etiam si per hæc non intendant colere Deum, sed alium finem inhonestum, cultu falso adhuc, quia Officio Divino saltem admiscetur id, quò non colitur Deus, sed offenditur, & potius colitur dæmon, ut singulariter notat Tambur. cit. lib. 2. c. 5. §. 2. Alius est *cultus falsus ex parte colentis tantum*, ut si quis Deum colat tanquam publicus Ecclesiæ Minister ab ea institutus, cum tamen talis non sit, nec talem commissionem habeat: sicut enim falsarius censetur, qui aliqua exercet nomine alterius, à quo tamen commissionem non habet, ita falsitatis crimen incurrit, qui nomine Ecclesiæ cultum

cultum Deo exhibet absque ejus, vel contra ejus  
 commissionem, voluntatem, vel formam consti-  
 tutam. Hujusmodi falso cultu peccant 1. Qui  
 non Sacerdotes Sacrificium offerre præsumunt; ut  
 olim Saul Reg. 13. modò autem est Sacrilegium  
 gravissimum ratione Sacramenti annullati. sicut &  
 abolutionis. 2. Cùm Sacerdos excommunicatus,  
 & ab Ecclesia præcisus nomine Ecclesiæ sacrificat,  
 vel alia Sacramenta administrat, quæ illi prohi-  
 bita sunt. 3. Cùm quilibet Sacerdos etiam non  
 prohibitus in Sacrificiis, aliisque publicis officiis  
 agit, vel orat aliquid contra voluntatem, &  
 ordinationem Ecclesiæ in re gravi: v. g. im-  
 mutando rationem Officii, publicè orando pro  
 excommunicatis non toleratis. Vide Suar. *cit.*  
*6. 2. num. 11. & 12.* Cultus *superfluus* est,  
 quo Deus colitur, vel honoratur per aliquid  
 superfluum, vel inane, aut inutile: similiter  
 duplex est: *Unus*, quo Deus colitur eo modo, vel  
 cæremoniâ, quæ de se prorsus inanis est, neque ad  
 ipsius Dei gloriam, neque ad spiritus devotionem  
 excitandam quidquam inservit, ut non nere die  
 Sabbathi in honorem B. Virginis, cùm tamen alias  
 serviliter laborent, orare ante solis ortum, audire  
 Missam à Sacerdote, qui vocetur Joannes &c.  
 Huc refer dicta *Secl. præced.* de vana observatione  
 precum, candelarum, & similium cæremoniarum.  
*Alius* est cultus superfluus ex eo, quòd sit contra,  
 vel præter ordinationem Ecclesiæ: utpotè in Offi-  
 cio, vel Sacrificio dicere plura *alleluja*, facere plu-  
 res cænes, quàm præscriptæ sint, dicere *Credo*,  
 eum

omittendum esset: Altare osculando semper  
 præsignare cruce; osculari pedem calicis, cum  
 post Elevationem demittitur; addere superfluas  
 Orationes in Missa, vel Officio, & similia sexcen-  
 ta, quæ superflua, & inordinata devotio excogitat,  
 & adinvenit contra, vel præter præscriptum, &  
 consuetudinem Ecclesiæ, & piorum. Et licet e-  
 jusmodi secundum se spectata, non inania, sed ido-  
 nea essent ad Dei gloriam, & spiritus devotionem;  
 posito tamen Ecclesiæ contratio decreto, vel usu,  
 inutilia sunt, superflua, & peccato obnoxia, ut no-  
 tant *Cajetan. Layman. Marchant. &c.* circa u-  
 trumvis hunc cultum quoad rationem peccati po-  
 no breves hæc

*Resolutiones.*

**P**rima. Omnis cultus falsus ( quem D. Th. cit. etiam perniciosum vocat ) sive ex parte ipsius cultus, sive ex parte colentis, de se est peccatum mortale semper: quia falsitas in re Religionis est res gravissima, perniciosa, imò sæpè sacrilega, ut in explicatione patuit. Communissima DD. cum D. Aug. *Lib. de mendacio.* D. Th. cit. aliisque congestis Sanch. *lib. 2. moral. c. 27.* n. 5. Nisi ignorantia, & aliquando etiam parvitas materiæ excuset, aut veniale reddat.

**S**ecunda. Cultus omnis superfluus ( secluso tamen scanoalo, contemptu, transgressione notabili præcepti Ecclesiæ, aliave notabili deformitate ) per se est tantum peccatum veniale: quia non est ibi gravis deformitas contra honorem & cultum Dei, eaque, si qua est, bona intentione, vel

vel simplicitate ita colentis minuitur : adeoque nec habet rationem veræ superstitionis: Communissima DD. cum Navar: c. 11. num. 24. *Let. lib. 1. c. 35. d. 1. Suar. Sanch. Laym. cit. alii passim.*

4 *Tertia.* Fiet autem talis cultus superfluus peccatum mortale. 1. Ratione scandali inde oriundi; sicut in omnibus aliis peccatis. 2. Ratione contemptus Ecclesiasticæ ordinationis & disciplinæ. 3. Ratione notabilis transgressionis Præcepti Ecclesiastici; posset enim esse tanta perversio in caeremoniis, aut ordine Breviarii; ut esset culpa lethalis: cum omnis notabilis alteratio Cultus Divini ab Ecclesia instituti sine dubio peccatum sit mortale: Ut docent, ac moneant DD. cit. alique. 4. Ratione notabilis deformitatis; vel turpitudinis ipsius rei; ut si res furtiva Deo offeratur; si in Ecclesia inter Divina Officia admisceantur cantus profani, & turpes; aut vocum mutilationes, organorum, vel instrumentorum soni notabiliter lacerati; & ad impuritatem provocantes; certe minime posse excusari à mortali; rectè moneant DD. cit. vide Concil. Trident. *Sess. 22. in Decreto de observand. & vitand. in celebratione Missæ.* Et D. Hieron. *lib. 3. comment. in c. 5. Ephe.* Utrumque hunc cultum falsum & superfluum pulchrè deducit Cajetan. *verb. superstitio.* 1. ex verbis Christi Joan. 4. *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu; & veritate:* Cultus falsus est contra veritatem; cultus superfluus recedit à spiritu.

*Quarta:*

*Quarta.* Cultui superfluo à nostro *Marohant*, & aliis non malè additur *cultus inordinatus*, sic dictus, quòd; etsi sit verus Dei cultus ab Ecclesia publica auctoritate institutus; & approbatus, ordinatur tamen ad finem, ad quem nec ex se, nec ex institutione divina ordinatus est: v. g. legere, vel curare legi Sacrum de B. Virgine singulis Sabbathis eo fine & spe, ut B. Virgo ipsi ante mortem appareat; & alia hujusmodi innumera, quæ quidem venialem culpam non excedunt, dum modo absit superstitio vanæ observationis, nec in iis certa & indubitata fides ponatur; juxta dicta & *preced. sect. I.*

## SECTIO II.

### Tentatio Dei.

#### SUMMARIUM.

- 1. Tentatio Dei generatim, & proprie quid?
- 2. Alia est formalis & expressa: alia interpretativa solum.
- 3. Formalis & proprie dicta semper est peccatum mortale.
- 4. Interpretativa verò ex genere suo quidem etiam est peccatum mortale.
- 5. à quo tamen sæpe excusatur.

Tentatio alia dicitur seductionis, seu inducens ad errorem, vel peccatum; qualis & activa, & passiva repugnant Deo: activa enim repugnat ejus infinitæ Bonitati, juxta illud Jacob. 1. *Ipsè autem neminem tentat*: passiva verò repugnat ejus Sapientiæ, quæ seduci nequit. Alia dicitur tentatio probationis, seu experimenti capiendi de aliquo in altero latente; & talis activa convenit Deo, eique tribuitur in Scriptura Sacra, Deut.

Deut. 13. *Tentat vos Dominus Deus vester, ut sciam fiat, utrum diligatis eum, an non &c.* Sic olim dicitur Deus tentasse Abraham, Thobiam, Job &c. & suos Electos maximè. At verò passivè ita tentari Deum à creatura peccatum est contra virtutem Religionis, ac Reverentiæ Deo debitæ: & prohibita in Scriptura Exod. 17. *Tenta- vunt Dominum, dicentes: estne Deus in nobis, an non?* Duplex autem est tentatio Dei, una propriè dicta, eaque formalis, vel interpretativa; alia impropriè dicta. Explico breviter, & addo resolutiones practicas.

I. Tentatio propriè dicta definitur: Irreligiositas quædam, per quam ex dubitatione de aliquo attributo Divino, vel perfectione Dei, verbis, aut factis petitur experimentum, an Deus illam perfectionem habeat, vel exercent: v. g. an Deus sit summè Bonus, Omnipotens, Omniscius, ubique præsens? ideòque multiplicem malitiam involvit, & dubitationis contra Fidem, & præsumptionis contra Spem per excessum, & principaliter irreligiositatis, & irreverentiæ contra virtutem Religionis, seu contra honorem, ac cultum Deo debitum, ut benè docet ab omnibus receptus *S. Th. 2. 2. q. 97. 4. 3.* sicut enim ad Religionis Virtutem spectat ex Fide, & Spe in Deum conceptâ debitum ei cultum, & reverentiam exhibere divinæ Excellentiæ per adorationes &c. ita è contra ad irreligiositatis vitium pertinet ex defectu Fidei, vel Spei, irreverenter explorare aliquam divinam ejus Excellentiam, & Perfectionem.



II. Tentatio hæc Dei alia est formalis & expressa, quâ quis re ipsa dubitando, vel dissidendo de Divina aliqua perfectione ex proposito, & expressa intentione tentaret Deum aliquâ ad eo petendo, vel agendo, animo illam perfectionem experiendi. Exod. 17. *Tentaverunt Dominum, dicentes: estne Deus in nobis, an non?* Psal. 77. *Tentaverunt Deum in cordibus suis &c. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?* Sicque tentaret Deum, qui se proijceret in puteum animo experiendi, an Deus sit ita potens, vel bonus, ut eum velit, vel possit eripere. Rationis est hæc Dei tentatio.

III. Alia est tentatio Dei interpretativa, cum quis, etsi actu non dubitet de perfectione divina, neque expressè intendat de Deo experimentum sumere, re ipsa tamen id agit, vel petit, quod supra natura refertur ad tentandum Deum, seu divinam perfectionem experiendam. Quod duobus modis fieri potest. Uno modo, cum prætermisissis medijs ordinariis à Deo & natura ordinatis effectus à solo Deo expectatur: utpotè, qui in morbo periculoso, vel lethali respuit medicinam commodè parabilem; à solo Deo miraculosè salutem sperans, magna sanè præsumptione, & tentatione Dei. *Navar. Suarez. Less. Sanch. alii.* Quis absque prævio studio, nec justâ causâ coactus prædicare præsumit, confidens temerè Deum, seu Spiritum Sanctum inspiraturum. *Navar. cap. 11. n. 80. vult hoc esse mortale. Sanch. autem cit. lib. 2. c. 34. n. 16. cum aliis rectè cen-*

set, si non fiat animo tentandi, & cessante scandalo, aliòve detrimento proximi, esse veniale tantum: & ita de similibus. Huc referuntur irreverenter orantes, tamen sperantes à Deo impetrare, quæ communiter orari, & impetrari solent: Juxta illud: *ante orationem præpara animam tuam, & noli esse, quasi homo, qui tentat Deum.* Tales enim censentur experiri velle Divinam Potentiam, & Bonitatem, an etiam malè, & irreverenter oranti Deus subvenire possit, & velit? quod tamen communiter ob levitatem materiæ solum veniale esse censent DD.

IV. Alio modo fit tentatio interpretativa Dei, cum quis se spontè periculo exponit, à quo liberari non possit, nisi à solo Deo: quomodo Deum tentant, & gravissimè peccant, qui se temerè absque justa causa necessitatis, utilitatis ad Martyrium offerunt. Justa causa necessitatis est, quando professio Fidei est necessaria ad tuendam ipsam Fidem, Religionem, salutem aliorum, avertendas blasphemias, juxta dicta professionis Fidei, & dum Martyrium in præcepto est. Justa causa utilitatis est Dei Gloria, Fidei exaltatio, promulgatio, ædificatio proximi, & dum Martyrium est in consilio: extra casum talis necessitatis, vel utilitatis se Martyrio exponere, peccatum mortale est, non tam tentationis Dei contra Religionem, sed etiam scandalì contra Charitatem, cum sic absque justa causa provocentur infideles ad peccandum mortaliter. Unde *S. Th. 2. 2. q. 24. a. 1. & 3. sapienter ait; non præben-*

dam esse infidelibus occasionem injustè agendi, sed patienter sustinendum, ipsis injustè agentibus. Exempla Sanctorum in contrarium extraordinario fervori, & instinctui DEI adscribenda sunt. Navar. c. 11. n. 40. aliisque citt. Sanch. c. 24. num. 25. Huc denique spectant omnes probationes innocentiae cum miraculo per ferum candens, aquam ebullientem, duellum: item per applicationem ad corpus occisum, si sanguinem emittat, nec ne, pro occisore indagando, quae omnia prohibentur in Jure Canonico c. *confulisti*. C. 2. q. 4. Et c. *ex duarum*. de purg. canonica. Et c. *finali*. de purg. vulgari. Quia nimirum sic verè tentatur Deus absque necessitate, cum ad bonum commune tuendum satis sit uti mediis humanis à jure constitutis, ex quibus innocentia, vel delictum, probari possit. Vide Delr. l. 4. disq. mag. c. 4. q. 4. Ubi benè ostendit, quod Deus quidem interdum per ejusmodi purgationes innocentiam aliquorum miraculò ostenderit, sed factum ob simplicitatem innocentium, & quia ad tales purgationes compellebantur. Quod autem ipse Deus Num. 5. foeminam de adulterio suspectam aquis purgandam jusserit, Dei lex fuit, non tentatio, sed lex caeremonialis vetus, modo abolita.

Alia denique est tentatio Dei improprie dicta tantum, cum quis seclusa omni dubietate, vel diffidentia de aliqua perfectione Dei ex sola praesumptione, vel nimia confidentia absque causa necessitatis, vel utilitatis à Deo petit Voluntatis divinae,

aut alterius rei miraculosam manifestationem differt maximè à tentatione Dei propriè dicta, quòd hæc aut actu dubitet, aut saltem sine iusta causa experimentum capere tentet de aliqua perfectione divina; nunquam autem licet dubitare de aliqua perfectione Dei; alioquin vel illam explorare, semper est iniqua tentatio Dei: hæc autem impropriè dicta solum intendit explorare Voluntatem Dei, vel alterius rei, petendo per miraculum aliquod signum; de his autem sæpè dubitare contingit: ideòque non est semper vera tentatio peccaminosa, ut mox dicam inferiùs. Ad dignoscenda ergò peccata ejusmodi tentationum Dei, iterùm pono quatuor breviculas.

*Resolutiones.*

8 **P***rima.* Tentatio Dei propriè dicta & formalis, semper est peccatum mortale, & quidem unum ex gravissimis contra Deum, nulla parvitate materiæ veniale, vel excusabile: Quia directè, & ex intentione dubitando, & tentando lædit perfectionem aliquam Dei infinitam, in quo nihil parvi fingi potest; quin etiam, si dubium esset positivum & pertinax, quo incertam & dubiam judices aliquam perfectionem Divinam, nisi experimento cognoveris, aliàs non paratus corrigi, eris hæreticus formalis, & id exterius manifestans, etiam excommunicationi Cœnæ obnoxius, secundùm omnes.

*Secunda.* Tentatio Dei interpretativa tantùm, & atque etiam impropriè dicta, qua citra casum necessitatis, vel utilitatis petitur signum à Deo

mani-

manifestativum Divinæ Voluntatis, vel alterius rei) ex genere suo quidem peccatum mortale est, quia absque necessitate ulla, aut utilitate gravi miraculum, vel signum extraordinarium petere à Deo, est agere cum Deo tanquàm ludione, vel curiositatum fautore; prout quondam egit Herodes cum Christo, sperans ab eo signum videre; quæ gravis est irreverentia, & injuria contra divinam Sapientiam & Majestatem. *Omnes.* Quare tentatio Dei, & peccatum grave esset petere à Deo miraculum ad Fidem hæreticis confirmandam; quia non est causa necessitatis, cum non desint alia signa & argumenta veritatis cognoscendæ, neque utilitatis, cum miracula passim excludant. Similiter fictentaret Deum, qui coram gentibus peteret miraculum, si eorum conversio probabiliter non speretur, quia deficeret causa justæ utilitatis. Ut notat Tolet. *lib. 4. c. 19.* Qua ratione ipse Christus negavit signum petentibus Judæis, dæmoni in deserto tentanti, Herodi.

*Tertia.* Eadem tamen interpretativa, vel improprie dicta tentatio Dei sæpè excusatur à mortali, & fit venialis, non tantum ex imperfectione actus, in deliberatione, simplicitate, ignorantia, sed etiam ex levitate materiæ: ut si quis in levi morbo respuat medicinam, confidens à Deo sanitatem consequi generali providentia, nullo petito miraculo. Tolet. *cit. n. 7. Sanch. Less. sup. Laym. cit. c. 5. in fine.*

*Quarta.* Insuper ex speciali instinctu Divino, aut ex justa causa necessitatis, vel utilitatis gravis

ad nostram vel aliorum salutem, atque ad ipsam  
Voluntatem Dei implendam, à Deo signum, vel  
miraculum petere nullo modo erit peccatum  
tentationis Dei, sed actus Spei & fiduciæ in Deum.  
Ita *Glossa In c. 6. Deuter. D. Th. q. 97. a. 1. &*  
*2. alii communiter. Vide circa hæc dicta supra*  
*c. 4. Sect. 4. de Spe Theologica, cum de præsump-*  
*tione.*

## S E C T I O III.

*Blasphemia.*

## SUMMARIUM.

11. *Blasphemia, convitium seu verbum contumeliosum  
adversus Deum, tripliciter fieri potest.*
12. *Blasphemia alia est formalis, directa, & indirecta  
ex parte voluntatis.*
13. *Alia materialis tantum & externa.*
14. *Blasphemia indirecta contra Deum*
15. *Sunt maledicta in Sanctos,*
16. *In Sacramenta, & res Deo Sacras,*
17. *Ac etiam homines, aliasque res, ut Dei creaturas.*
18. *Maledicta in Sanctos, & res Deo Sacras, semper sunt  
blasphemia non item maledicta in homines, vel alias  
creaturas.*
19. *Referuntur formule blasphemandi Germanis propria  
contra Deum, & adjuncta.*
20. *Item per Sacramenta, & adjuncta,*
21. *Non tantum blasphemia quæcunque directa,*
22. *Sed etiam indirecta serio & advertenter prolata, est pec-*  
*catum mortale.*
23. *Quamvis blasphemia omnes sint ejusdem speciei in ra-*  
*tione blasphemie, sæpè tamen quoad circumstantias,  
& modum explicari debent in Confessionali.*

24. Qualiter circa blasphemias examinandi sint penitentes à Confessario?  
 25. Maledicta, convitia, imprecationes in homines, jumenta, & alias creaturas, rationales, vel irrationales, quando, & qualia peccata?

**B**lasphemia definitur: *convitium, seu verbum contumeliosum adversus Deum*. Sicut enim laus Dei consistit in hoc, quò dicitur aliquid ad honorandum & glorificandum Deum; ita laudi Dei opposita blasphemia consistit in hoc, quò dicitur aliquid in contumeliam, & inhonorationem Dei. Accuratiùs ex S. Th. 2. 2. q. 13. a. 1. definiunt *Valent. Sanch.* alii: Blasphemia est peccatum, quò divinæ Bonitatis Excellentiae detrahitur, dicendo aliquid falsum Deo inesse, quod non inest, vel negando inesse, quod inest. Aut denique dic breviter: *blasphemia est falsa locutio de Deo per modum convitii*. Essentia ergò, & malitia gravissima blasphemiae consistit in hoc, quò aliquid falsò dicitur de Deo in ejus contumeliam seu diminutionem Divinæ ejus Majestatis, Excellentiae & Bonitatis: nihil enim verum ut verum potest dici de Deo in ejus contumeliam. Et generaliter potest fieri tribus modis.

1. Per verba indicativi modi, aut falsò aliquid tribuendo Deo: v. g. Deus est injustus, mendax, deceptor &c. aut negando aliquam perfectionem Dei: v. g. nulla est apud Deum Providentia, Misericordia, Justitia, vel etiam conditionatè: ut DEUS non est justus, nisi hoc fiat &c. Quia tunc derogatur Justitiæ divinæ, quasi pendenti ab aliquo contingente: aut denique aliquid Deo pro-

prium tribuendo creaturæ : v. g. dicendo : *Cæsar* rem esse omnipotentem : hanc creaturam esse bonum summum bonum. Ubi observa incidenter, omnem superstitionem, idololatriam, magiam, quatenus excellentiam aliquam Deo propriam, uti Potentiam, Sapientiam, Bonitatem, creaturæ, vel Diabolo tribuit, simul esse peccatum blasphemiam.

II. Per verba imperativi, & operativi modi, seu per modum imprecandi : v. g. *maledictus Deus, dispereat Deus, ad despectum Dei, tædeat, pudeat, pœniteat Deum talia fieri &c.* Quo spectat ille impius modus loquendi velis, nolis Deus, hoc faciam, hoc fiet : Quia hæc verba important diminutionem divinæ Potentiæ, quasi Deus non possit impedire, quin hoc, vel illud facias, vel fiat.

III. Per verba fracta absque affirmatione vel negatione, vel imprecatione : utpotè, cum per despectum, ac indignationem probrosè nominantur aut attributa Divina : ut, *vah! Dei Potentiam! pro Dei Bonitas, Sapientia!* Juxta illud : *vah! qui destruis templum Dei.* Aut Sacramenta, Sanguinem, Vulnere, Membra Christi, modus communissimus Generalis, de quo specialius infra. Aut creaturæ cum nomine Dei : *Gottes Chrysam Sacrament.* Aut denique horrendissime : (membra pudenda Christi, B. Virginis, imò ipsius Dei) aut alia horrenda ipsius repugnantia. Mos diabolicus Gallis, & Italis communis. Quo etiam spectat blasphemiam illa vox *Juliani*



liani Apostatae *vicisti Galilee, vicisti!* Item illa tyranni Japonensis sapientius dicentis: *O si haberem Deum Christianorum, his seivius tractarem eum.* Jam quoad rem ipsam & malitiam. Hæc quidem quoad modum proferendi blasphemiam. In primis blasphemia alia est formalis, quæ fit cum directa, vel saltem indirecta aliqua intentione inhonorandi Deum: alia materialis, quæ sine omni tali intentione, vel advertentia Dei inhonorandi erumpit. Blasphemia formalis alia est directa, alia indirecta, idque dupliciter: 1. Ex parte voluntarii. 2. Ex parte objecti.

## §. I.

*Blasphemia formalis directa, & indirecta ex parte voluntarii, ac materialis tantum.*

**B**lasphemia formalis directa, seu interna & externa simul est, quæ fit cum directa intentione inhonorandi Deum, seu derogandi Divinæ Majestati. Eaque triplex: *simplex, hæreticalis, & hæretica.* Blasphemia simplex est locutio contumeliosa de Deo, nullam tamen significans hæresin; & potest esse vel enuntiativa: v. g. in contemptum Dei volo hoc facere: vel despectiva, seu detestativa: ut pereat Deus, displiceat Deo &c. ut supra. Vel irritoria: *Vah, qui destruis templum Dei!* &c. vel juratoria, ut, pereat Deus, si non ita sit. Sed de hujusmodi blasphemis juramentis *Tract. 3.* in secundo Præcepto. Blasphemia hæreticalis dicitur verbum contumeliosum adversus Deum hæresin significans, sed sine interno assensu erroneo contra Fidem, sed solum ex pravo vo-

luntatis affectu: jam duplex, & quandoque triplex peccatum mortale, & blasphemiæ contra Religionem, & infidelitatis externæ, contra professionem Fidei, & alterius maligni affectus, ex quo profertur, v. g. ex odio Dei, desperatione, aliâve maligna affectione contra Charitatem Dei, vel hominis. Hæreticalis autem blasphemia dicitur, quia ad similitudinem hæresis falsum Deum significat, & hominem ita blasphemantem de hæresi suspectum reddit. Unde ubi inquisitio viget, etiam taliter blasphemantes immediate absque prævia correctione denunciandi sunt Inquisitori intra lex dies à die notitiæ, ex Decreto Alexand. VII. de *suspectis de hæresi*. Blasphemia denique hæretica dicitur verbum contumeliosum adversus Deum hæresin significans, & cum assensu interno erroneo; idque rursus ad minimum duplex peccatum mortale, & blasphemiæ, & infidelitatis internæ, ac externæ, seu hæresis formalis; imò & triplex, si accedat etiam aliquis malignus affectus erga Deum, vel hominem, juxta paulò antè dicta. Exemplum utriusque, si dicas: Deum esse injustum, non curare res nostras. O Deum injustum, insipientem! vellem sapientiùs hæc facere, quàm Deus. Si solo malo affectu voluntatis in Deum proferantur, dicuntur blasphemiæ hæreticales; si verò etiam cum assensu erroneo interno, blasphemiæ hæreticæ. Hinc patet differentia ab hæresi, infidelitate, quòd nimirum hæresis, vel infidelitas essentialiter consistat in assensu erroneo contra Fidem: blasphemia verò solum

con-

consistit in locutione mala contra Deum, ad quam etiam sapè concurrat, non tamen necessario requiritur assensus erroneus contra fidem, sed potest stare cum vera fide: sicut enim hominem per contemptum seriò vocare possem furem, adulterum &c. probè tamen sciens non ita esse. Uti optimè explicat Valent. tom. 3. disp. 1. q. 13. punct. 2. Et scitè noster Alphonsus à Castro lib. 1. de justa hæreticorum punitione c. 12. dicens: *Si quis dixerit aliquid, Divino honori contrarium credens ita esse, erit simul hæreticus, quatenus credit; & blasphemus, quatenus dicit: Si credit, & non dicit, erit hæreticus tantum; si verò dicit, & non credit, erit tantum blasphemus.* Sic ille. Non ergo omnis blasphemia contra Deum dicta, est hæresis; at omnis hæresis contra Deum dicta, est blasphemia. Quin universaliter omnis enuntiatio maligni erga Deum affectus contra Virtutes Theologicas Fidem, Spem, Charitatem: utpotè: abnego Deo: despero de Deo: odi, detestor Deum &c. formalis blasphemia est. His enim actu derogatur divinæ perfectioni infinitæ, Veritati, Fidelitati, Bonitati &c.

Blasphemia formalis indirecta dicitur, quæ fit cum indirecta solum seu virtuali tantum intentione inhonorandi Deum: cum quis nimirum scienter & seriò loquitur verba, quæ ex propria significatione, modo proferendi, aliisque circumstantiis divinæ Majestatis contemptum, vel honoris divini diminutionem significant, vel continent, etsi ea proferens id minimè intendat, dummodò advertat,

vertat, & tamen quocunque alio motu serio proferat, eo ipso, enim indirectè, & virtualiter inhonorationem Dei intendere convincitur: ideoque sic adhuc est vera formalis blasphemia: atque sic excluditur omnis sequens.

§. II.

*Blasphemia materialis tantum, & æterna &c.*

13 **D**icitur, qua licet verba de se contumeliosa in Deum proferuntur, absque tamen omni directâ, vel indirectâ intentione, seu voluntate inhonorandi Deum: utpotè 1. Si proferantur solum docendi gratiâ in scholis, in cathedra &c. 2. Si proferantur solum recitativè, seu referendo per modum historiæ, seu in comædia. 3. Si proferantur omninò inadvertenter, & indeliberatè, in ebrietate perfecta, in amentia, somno, phrenesi, & tandem ex vehementissima passione usum rationis perturbante, ex impetu naturali inveterata consuetudinis involuntariè & inculpabiliter remanentis. De qua expressè, & ex professo in materia de peccatis. 4. Universaliter si nullo modo advertatur ad injuriam, vel inhonorationem Dei; ut si quis ex ira, rixa, indignatione erga alterum, hominem, pecus &c. enuntiet verba maledicta, quæ tamen saltem non contineant falsitatem hæreticam: v. g. Sacramenta, Vulnera, Crucem, Deum &c. Si affectus indignationis nullo modo tendat in Deum, sed tantum contra hominem, vel jumentum, cui irascitur, non est propriè blasphemia, cum hic absit omnis motus malus erga Deum:

Deum: est tamen peccatum irreligiositatis, & quasi sacrilegii contra secundum Præceptum: *Non assumes nomen Domini Dei tui &c.* Sed de hoc specialius *infra Resolut. pract. 4.*

*Blasphemia directa, & indirecta ex parte obiecti.*

**B**lasphemix rursus alix sunt directæ contra ipsum Deum, vel aliquid ipsius Dei, quales hactenus supposuimus: alix sunt blasphemix indirectæ tantum contra Deum, quatenus nimirum tendunt in aliquid Deo sacrum, vel ad Deum peculiariter relatam, adeo ut contumelia, vel injuria illis illata peculiariter etiam redundet in ipsum Deum, utpotè

1. Maledicta in Sanctos Dei, nam ut rectè ait S. Thom. 2. 2. q. 13. a. 1. ad 2. *Sicut Deus in Sanctis suis laudatur, in quantum laudantur opera, qua Deus in Sanctis efficit, ita & blasphemia, qua fit in Sanctos, ex consequente in Deum redundat, adeo, ut blasphemia in Deum, & Sanctos moraliter sint ejusdem speciei, quia eandem rationem malitiæ participant, videlicet divini honoris diminutionem.* Quod tamen intelligendum de maledictis in Sanctos formaliter, quatenus Sancti sunt, adeoque cum habitudine ad Deum formali, vel virruali, ut rectè monet Sanch. *cit. n. 27.* Secus est, si contumelia jactetur in Sanctos, non ut Sancti, sive Beati sunt formaliter, sed ut quidam homines in terris fuerunt, quibus nunc excellentia Sanctitatis accidentaliter est: v. g. si quis dicat: Adamum & Evam fuisse gulones, debuisse

ali-

aliquid aliud comedisse: Petrum calvum, Crispinum, & Crispinianum sutōres, Carolum Borromæum Nasonem &c. Sic enim non est proprie blasphemia contra Religionem ad Deum, cum hic nullus subsit respectus ad Deum, sed est irreverentia contra virtutem Dulciæ, & observantiam Sanctis debitam, eò magis, quo majorem à Deo excellentiam gratiæ, gloriæque consecuti sunt. Et quidem si ex odio, indignatione, vel maligno affectu in aliquem Sanctum fiat, sine dubio erit mortale; si ex joco solùm, vel levitate, veniale rectè cenlet cum *Sanch. cit. Laymann. lib. 4. c. 6.*

16 II. Maledicta in Sacramenta, & res quascunque Deo sacras (Chryisma, Calices &c.) quatenus Deo sacræ sunt, quia sicut eorum cultus, & veneratio, ita & contumelia ipsis irrogata respectiva est in Deum Authorem Sacramentorum, omnisque Sanctitatis redundans. *Omnis cum Sanchez cit. n. 22.* Eademque ratione dicendum est de contumelia illata imaginibus Dei, Christi, Crucifixi, & Sanctorum, verbo, signo, facto, res nota improbis.

17 III. Maledicta etiam in homines per quascunque, creaturas, quatenus Dei creaturæ vel aliquid Dei sunt, seu cum aliqua relatione ad Deum, ut apud Germanos videtur significari per additionem nominis Dei, *Gotts Element / Gotts Pestilenz / &c.* aut per modum imprecationis: ut te elementa perdant &c. Non enim creata sunt à Deo elementa, ut hominem perdant, sed ut homini serviant in ordine ad ultimum finem: ideo

ideoque vera est blasphemia contra Deum, idque maximè verum est, quando ipsæ Res sacræ proferuntur: *Das dich Gotts Sacrament schänd / 2c.* Sed de his Germanorum blasphemandi formulis in gratiam Confessariorum, mox dabo aliquid speciale seorsim.

IV. Unde jam vides maledicta in Sanctos, & 18 Res Deo sacræ semper esse blasphemias, non item maledicta in homines, vel alias creaturas, quia nimirum Sancti, & Res Deo sacræ semper referuntur, vel apprehenduntur referri ad Deum ut Auctorem suum &c. non item semper homines, vel aliæ creaturæ Dei; quare maledicta in homines, vel alias creaturas absolute, & absque relatione ad Deum blasphemiam non sunt, sed alia peccata esse possunt, v. g. qui maledicit parenti, impius erit contra virtutem pietatis, & reverentiam parentibus debitam contra quartum Præceptum; at non blasphemus contra hoc primum Præceptum. Maledicta, vel imprecationes in homines, vel ejus res non ad blasphemiam, sed ad odii, vindictæ, iracundiæ peccata spectant. De quibus seorsim dabo appendicem.

## §. III.

*Formula blasphemandi communiores, Germanis propria per Deum, & adjuncta.*

1. *Bei Gott / beyhm Herr Gott* (idemque) 19  
*beyhm Sacrament / beyhm Chrysam*: non est blasphemia, sed juramentum, prout expressius dicunt: *ist bey Gott wahr / ist beyhm Sacrament wahr /* attamen juramentum plerumque non necessaria-

cessarium, ideoque carens secunda conditione requisita ad iuramentum licitum, scilicet *in iudicio*; & proinde peccatum ex se veniale, quamvis ratione scandali in homine religioso à mortali excusare merito nolint, ut notavit Gobat. c. 20. n. 734. Præsertim illud sæpius repetitum beyrn Sacrament.

II. *Boß HER Gott* / *boß hundert HER Gott* / illud *boß* ex se nihil significat, sed est tantum interjectio, & signum plerumque admirationis, ideoque *boß HER Gott* dicere, non est blasphemia; est tamen venialis irreligiositas assumptionis Nominis Divini in vanum. At verò dicere *boß hundert HER Gott* / certò est blasphemia eo sensu, quem verba grammaticaliter præferunt: siquidem honori divino plurimum, & falsò derogatur: si seriò dicatur esse centum Domini Dei; aut cum solœcismo; centum Dominus Deus. At verò si proferantur non attendendo ullatenus ad significationem illam grammaticalem; sed solùm volendo tale signum admirationis, vel alterius passionis, rursus intercedere culpam venialem irreverentis nominationis Dei censet Gobat. n. 737. Et constat plerosque proferre hoc modo. Undè quidam ut certius evitent periculum blasphemiz, dicunt: *boß hundert HER get*: mutando *o* in *e*. Igitur erit Confessarii querere, quid cogitaverit pœnitens, dum ita loquebatur; & hortari, ut desistat saltem propter liberos, & hæreticos facillè inde scandalizandos.

III. *Gotts Sacrament* / *Gotts Creutz* / *Gotts*



Gotts Wunden / Gotts Leyden / Gotts Mar-  
 ter / &c. Hæc & similia de se non sunt propriè  
 blasphemia, sed irreligiositates contra reveren-  
 tiam Divini Nominis, & contra secundum Præ-  
 ceptum Decalogi: ideoque per se loquendo esse  
 tantum veniale ita dicere, contra *Suarez*, & a-  
 lios, verius docent *Cajetanus verb. blasphemia*,  
*alii cit. Sanch. cit. c. 32. n. 33. Layman. lib. 4.*  
*tract. 4. c. 10.* Quamvis hæc ob maximum pe-  
 riculum formaliter blasphemandi, & ob scanda-  
 lum sæpè mortale fieri possint. Sanè P. Busen-  
 bann *Medull. Theolog. hic. c. 1. §. 2.* loquens de  
 dicente: O Dei mors! Dei Vulnera &c. ita con-  
 cludit: *Propter periculum incidendi in blaphe-*  
*mias, & quia rarò abest scandalum, & nihilominus*  
*apud audientes Deus, ejusque Sacra censentur in-*  
*honorari, rarò excusarem.* Sic ille. Utique in-  
 telligens à mortali: nam de gravi veniali jam prius  
 damnaverat post *Cajetan.* & alios.

IV. Daß dich Gott schänd / Sacrament  
 schänd; daß dich Gotts Sacrament; Gotts  
 Chrysam: Gotts Blut: Gotts Herz Gott  
 schänd / &c. Blasphemia esset horribilissima, si ta-  
 lia profertentur eo sensu (prout proferrè censuit  
 quidam apud *Tanner. t. 3. disp. 5. q. 8. dub. 7.* im-  
 precando scilicet, ut Deus, vel Sacramentum tur-  
 pi, seu venereo modo corrumpat hunc, vel hanc:  
 sed certè non est iste sensus communiter, teste eo-  
 dem *Tanner.* sed iste potius: Deus, Sacramenta &c.  
 te perdant, destruant, confundant, hoc enim vul-  
 go significat germanicum illud schänden / zu  
 THEOL. MORAL. PARS II. PP Schans

Schanden machen: eoque sensu respectu Dei quidem non est blasphemia, cum nihil falsum Deo attribuat, & Deo supremo jure æquè proprium sit perdere, & salvare, sed est solum imprecatio & maledictio utique ex genere suo mortalis in hominem; respectu autem reliquorum præter eandem malitiam mortalis imprecationis; mortalis est vera blasphemia indirecta: cum Dei Sacramenta, Sanguis, Passio, Chrisma &c. non sint ordinata à Deo ad perdendum, sed ad salvandum hominem, ut merito *Sanc. Gallenses* apud *Gobat. n. 745.* censeant esse peccata mortalia satis gravia, quia graviter lædunt honorem divinum.

*Per Sacramenta, & adjuncta.*

20 Solemnis mos Germanorum est blasphemare Sacramenta, vel per Sacramenta, ut plurimis continua quasi intercalaris vox sit: & quidem quandoque proferunt absolute, & solitarie, & sic per se loquendo non continet plus, quam irreverentem usurpationem sacri illius Nominis, juxta dicta supra n. 3. Longè autem frequentius pronuntiant cum additâ aliquâ particulâ, vel ad initium, vel ad finem, præter jam audita: *beym Sacrament / Gottes Sacrament / Sacrament Schand*: adfero alia communiora.

1. Hundert tausend Sacrament / est omnino non habenda pro vera blasphemia propter hæreticam ex se, & cum vilipensione & contemptu multiplicationem Sacramentorum. Ita Germani, *Tanner. cit. q. 8. dub. 7. n. 134.* Laym. *cit. Gobat. cit.* Idque certissimum de illis patibulo, ligno, igne, & circo dignis ribaldis, qui consueverunt eruclare

tonnas, millones, galeras Sacramentorum. De  
his lege Drexel. *Phaeton. c. 6. §. 5.* Quorum lin-  
guae proprie sunt vehicula Diaboli, prout indigitat  
*D. Chrysoft.* apud eundem *ibid. c. 7. §. 2.*

§. At quid de illa forma multis usitata: *Tausend/*  
*hundert tausend Sacrament?* Ex se nihil  
mali continet, cum sit vox nihil significans, solita  
tamen usurpari à Germanis eo fine, ut ostendant,  
se serio loqui, præcipere, irasci, minari, & ob re-  
verentiam Sacramenti non audentes integrè pro-  
nuntiare, ita corrumpunt vocem *Sacrament*:  
Neque aliquis inde scandalizatur, sed potius sæcu-  
laris habetur pro conscientioso, qui sic loquitur,  
volens vitare blasphemiam; at Religiosus ita lo-  
quens meritò pro irreligioso. Gobat *cit. n. 745.*

II. *Blut Sacrament*: Hæc ex se vi verborum  
quidem nihil falsi, vel indecori significat; cum  
Sacramentum Eucharistiæ sit propriissime Sacra-  
mentum sanguinis, & omnia reliqua rectissime  
dicantur Sacramenta sanguinis: cum omnia suam  
vim, & energiam habeant ex Sacrosancto Christi  
Sanguine. Attamen certum est omnium piorum  
aures gravissime offendi eo dictione, omnium-  
que Germanorum sensu horrendum & blasphe-  
mum quid significari, in gravem contemptum,  
vel despectum Sacramentorum, adeoque in ea  
connexione latere aut blasphemiam proprie di-  
ctam, aut saltem sacrilegium; & confessarium de-  
bere exquirere numerum ejusmodi caninorum, &  
hygyiorum latratuum. In hac materia singularis  
Gobat. *n. 736.*

III. Donner / Sacrament / Blis / Strahl / Stern = Sacrament. De hoc idem ferè pronuntiandum, quod de præcedenti ob eandem rationem, & specialiter ob aliquem contemptum, abominationem, vel execrationem Sacramentorum. Ultimum videtur importare vilipensam multiplicationem Sacramentorum instar stellarum.

IV. Du Sacraments = Hur / du Sacraments = Schelm / du Sacraments = c. c. Ha, & similes omninò censendæ sunt veræ blasphemia, ob nimis contemptibilem combinationem, & gravissimam irreverentiam Sacramentorum: Nec est verus Christianus, cui non moveatur bilis, & aures horreant ad ejusmodi voces æternis suppliciiis mulcendas: ideòque accensendum esse blasphemis, qui vel semel ita deliberate, & serio loquuntur, meritò censet Gobat. n. 742. Vide infra § seq. N. IV. Jam tandem quoad prædictas blasphemias omnes, ratione peccatorum sint sequentes.

## §. IV.

*Resolutiones practica.*

211. **B**lasphe-mia quæcunque directa, seu cum directa intentione inhonorandi Deum, semper est peccatum mortale gravissimum ineluctabiliter. *Omnes.* Legi enim Divinæ Naturali, ipsique rationi nihil magis repugnat, quàm Creatori maledici à creatura. Lege Divina positiva nihil severius prohibetur, quàm blasphemiam, ut Levit. 24. *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte morietur:* specialiter autem interdicta blasphemiam repugnat primo Præcepto Decalogi præcipienti Deo debitum

debitum cultum exhibendum, cujus è diametro oppositum facit blasphemia. Eminenter etiam prohibetur secundo Præcepto Decalogi: *Non assumes* &c. quò etiam communiter refertur: multò enim magis, & deterius nomen Domini in vanum assumit, qui ipsi Deo falsum injuriosè attribuit, quàm qui per Deum falsò jurat, vel Deo promissum votum violat. Insuper in hoc horribili blasphemix directæ peccato excluditur non tantum omnis parvitas materiæ à mortali excusans: cum qualiscunque contumelia, etiam minima, directa in Deum infinitæ Majestatis, reverà sit gravissima; sed etiam omnis imperfectio actûs: Quia supponitur facta ex directa & perfecta, adeoque deliberata intentione inhonorandi Deum. Cæterum in ipsis verbis blasphemis contra Deum prolatis posse excusare imperfectiorem actûs, indeliberationem, præcipitantiam &c. jam suprâ concessum est; sed tunc eo ipso non erit blasphemia formalis, sed materialis tantum.

II. Blasphemia etiam indirecta serio & advertenter prolata sine dubio est peccatum mortale, etsi minùs grave, quàm prædicta directa ob ipsum minùs perfectum, & indirectum tantum voluntarium. Juxta communem *DD. cum S. Thom. & Sanch. cit.* attamen omninò admittit imperfectiorem actûs à mortali excusantem: ut si fiat cum semiplena tantum advertentia, & deliberatione, ex subitò vehementi impetu passionis iracundiæ, terroris, consuetudinis inveteratæ, involuntarium

rium reddente, & alia ejusmodi, quæ etiam blasphemiam materialem tantum efficere possunt, secundum communissimam DD. apud cit. Quamvis videatur negare noster Marchant *Tribunal. tom. 2. tract. 2. tit. 4. Sect. 1. q. 3.* in appendice, ob naturalem horrorem sceleris execrandi, tantum quidem, ut à Christiano Deum agnoscente. & mentis compote vix unquam possit dici blasphemia. Et sanè teneretur creatura rationalis saltem adeò attendere Creatori suo, & ultimo Fini Deo in omni sua actione, ut saltem horribile hoc scelus blasphemia præcaveat. Verum ex his solum sequitur, raro admodum, & difficulter excusari à mortali, & multò rariùs, quàm in aliis peccatis. non verò, quòd omninò nunquam: cum reverà contingat in primis motibus iracundiæ hominem sibi non esse præsentem, ita ut se semper ad regulas rectæ rationis reflectere possint tam citò, quin interim quandoque erumpat verbum blasphemias: in foro autem externo, non obstante allegatione cujusque motus, vel indeliberationis secundum leges puniri debet: quia ibi judicatur secundum externa. Unde ulterius sanè fatendum est, omnem blasphemiam, etiam jocò prolata, deliberatè, & advertenter ad inhonorationem Dei, ordinariè esse peccatum mortale: quia etiam sic jocò prolata vergit in diminutionem Divini honoris, ut cum aliis docet Sanch. *lib. 2. c. 32. n. 41.* Dico tamen: *ordinariè*: nisi nimirum, in raro casu, talis esset jocus, ut omnibus expensis, nulla appareret diminutio Divini honoris; tunc enim blasphemia vera non est. quippè

quippè cui deest essentia blasphemiarum: & de simili  
 raro casu intelligendus Valent. r. 3. disp. I. q. 13. cum  
 aliis docens: Blasphemiam jocò prolatam non esse  
 blasphemiam. nec consequenter peccatum mortale.

III. Quamquam (sicut supra de superstitionibus, magiis) probabile sit, omnes blasphemias  
 in ratione blasphemiarum esse ejusdem speciei infimæ  
 ob eandem semper malitiam formalem inhonorandi  
 Deum: ideòque in confessione non esse neces-  
 sariò explicanda maledicta in specie, sed sufficere,  
 si dicas: *Blasphemavi graviter toties.* Attamen  
 imprimis certum est, debere explicari circumstan-  
 tias speciem mutantem: ut, si blasphemiam fuit hære-  
 tica, procedens ex actuali assensu erroneo contra Fi-  
 dem, aut si procedit ex actuali odio Dei, despera-  
 tione, ex gravi odio proximi &c. tunc enim  
 semper est duplex species, & quandoque triplex  
 peccatum, ut jam supra indicatum fuit. Deinde  
 etiam longè probabiliùs, & tutius est, intra genus  
 blasphemiarum, etiam explicandum esse modum blas-  
 phemandi: utpote si blasphemiam facta sit cum di-  
 recta intentione inhonorandi Deum, vel indire-  
 cta tantum; si facta directè in ipsum Deum, vel in-  
 directè tantum per Sacramenta, Sanctos, creaturas  
 &c. Hi enim modi maximè differunt in gravi-  
 tate injuriarum, contumeliarum, & despectionis erga  
 Deum, ut ex se patet. Addit *Sanch. cit.* etiam ex-  
 plicandum in blasphemias indirectis, an blasphema-  
 verit in B. Virginem, vel in alium Sanctum, quia  
 illud verissima æstimatione longè gravior censetur  
 injuria Dei, quàm hoc.

24 IV. In praxi ergò, quando pœnitens absolute dicit se bla'phemasse. Confessarius in examinando sic procedet: 1. Quærat quomodo, vel quibus verbis blasphemaverit? nam homines plebei solent contunderè verba germanica: *Schelten / Stuschen / Schwöhren*: Primum blasphemare, secundum imprecari, seu maledicere, tertium jurare proprie significat. Auditis verbis blasphemiam significantibus. 2. Quæret, quâ intentione sic blasphemaverit: an verè intenderit ipsum Deum inhonorare, vel ex maligno affectu in Deum ita protulerit? Si ita fateatur (quod certè rarò apud plebeos, & rusticos.) 3. Examinandus erit, quâ ratione motus fuerit erga Deum, an ex odio, desperatione, an cum, vel sine assensu erroneo contra Fidem, juxta supra dicta? Et si fateatur blasphemiam hæreticam cum assensu erroneo, & pertinaci contra Fidem, scias esse hæreticum formalem excommunicationi Bullæ Cœnæ obnoxium, ideòque remittendum ad habentem facultatem absolvendi, si ipse non habeas: sed hæc, ut dixi, rara sunt. 4. Si neget se intendisse Deum inhonorare, adhuc quærendus erit, an saltem adverterit ejusmodi verba à se prolata revera esse inhonorativa Dei, cedere in despectum, vel injuriam Dei &c. & tamen sic scienter protulisse? si sic, adhuc censendus est peccasse mortaliter. Tandem si dicat, se nec intendisse, nec advertisse inhonorationem Dei, neque affectum indignationis suæ ullo modo erga Deum extendisse; sed solùm erga hominem, vel jumentum, nihilominus attendendum



dum erit ad verba, quibus homo usus fuit; si enim verba talia, vel tali modo prolata sunt, ut enormem contumeliam Dei, aut Sacramentorum expriment: v. g. atroces maledictiones in ipsum Deum: *Gang Tonnen / Galleen voll / Blis / Blut / Strahl-Sacrament* / raro excusari poterit à mortali: certè severè & acriter increpandi erunt, & non nisi firmo proposito concepto absolvendi. Quòd si verba non contineant adeò enormem contumeliam Dei, vel Sacramentorum, nec falsitatem aliquam hæreticam v. g. simpliciter nominando: Sacramenta; Dei Sacramenta, Crucem Christi &c. omninò à peccato mortali excusari poterit. At iterùm seriò dehortandus ob periculum blasphemiae formalis. Ita post alios *Laym.* sæpè *cit. c. 6. n. 8.* ubi ponit casum, quo confessarius pœnitentem absolvere poterit, etsi tali consuetudine, utpotè non mortaliter mala, abstinere nolit: e. g. Dux, vel Officialis belli dicit in Confessione se milites suos ita malè assuetos ad officium cogere non posse, nisi velut vehementer iratus verba sacra effundat: v. g. Sacramenta, Chrisma (idem de verbis imprecatoriis intelligendum) quæ verba testatur se proferre non alia mente, nisi ut militibus metum tandem iratus incutiat. Hæc in Christiano homine laudanda non sunt; non tamen peccati mortalis condemnari semper possunt, qua proinde consuetudine dissimulatâ, minimè tamen positivè consultâ, talem confessarius absolvere poterit. Sic *Laym.* Eadem propè ratio semper est de Heris, & Magi-

stris respectu servorum, imò & parentibus respectu filiorum. Similiter Gobat *cit. casu 20. an. 704.* latè excusat Medicum ingeniosum, qui Canonicum quemdam morbò Hypochondriacò laborantem, & continuò mortem tento arcu sibi spiculo minitantem, imaginantem, metuentem &c. ut humores noxios depelleret, fingens se animo iratum, quòd monitis parere nolit, subito invadens in hæc verba erupit: *Du Hundert Tausend Sacraments Pfaff / daß dir's der Teuffel gesagene: Quo* audito primò attonitus, & exardescens Canonicus, deinde fraude cognita, in risum solutus, dissipatis malis humoribus, nihil amplius de morte cogitavit, felici proindè successu. Excusat enim Gobat eum, eo quòd ea verba non serio protulerit, nec formaliter, ut inhonorativa Sacramentorum, sicut nec ipsius Canonici, sed mere materialiter, ut signa fictæ iracundiæ: cui ego assentior. Tandem de malitia, & pœnis blasphemorum divinitùs, & humanitùs inflictis vide horrenda apud eundem Gobat *cit. Alph. quadrupli. ei. p. 3. de blasphem. casu. 21. per totum.*

## APPENDIX.

### *De Maledictis in creaturas rationales, & irracionales.*

25 **J**Am supra dictum est, maledicta, convitia, imprecationes in homines, vel jumenta, aliasque creaturas rationales, vel irracionales absolute absque ullo ordine vel relatione ad Deum, non esse pro-

propriè blasphemias, sed alia peccata esse posse, circa quæ aliqua hîc utiliter notanda sunt; cum ea in confessione plerumque cum blasphemias exprimi soleant.

I. A peccato omninò excusantur, qui honesto fine, vel affectu bono cohonestant maledictiones lugubres rerum insensibilium; qua ratione David maledixit montibus Gelbœ ob occisos ibi Saullem ac Jonatam. Job & Jeremias maledixerunt diei, in qua nati, & concepti sunt, nimirum ob peccatum originale tunc contractum, & initium tantarum miseriarum, ut cum *Moliva* & aliis communiter observat *Laym. l. cit.* Sic & tu sanctè malediceres horæ illi, loco, occasione &c. quibus in grave peccatum lapsus es. Eadem ratione maledicere Diabolo rarò peccatum est, secluso iracundiæ, impatientiæ, aliòve vitio, quia semper solet maledici, ut auctor malorum, Dei, hominùmque juratus hostis.

II. Quando maledicuntur homines, eisque mala imprecantur, vel optantur, ut v. g. pereant morte, fulmine, rotâ, furcâ &c. à dæmone possideantur, rapiantur, lacerentur &c. ordinariè tantum veniale est, præsertim respectu aliàs non inimicorum; nam ordinariè non maledicuntur homines, tanquam aliquid Dei, nec animo deliberato & serio, ut eis talia eveniant, sed præcisè ad manifestationem iracundiæ, vel indignationis suæ. Quòd si tamen deliberatè verè desiderarentur ejusmodi mala proximo, esset sanè peccatum contra Charitatem, & utique mortale in exemplis positis;

positis; alioquin grave, vel leve, mortale, vel veniale, juxta gravitatem, vel levitatem materia, seu mali imprecati. Juxta communem DD. Et optimè observat Escob. *in summa tom. 1. exam. c. 6. n. 6.* Do ejus verba: Assoles interdum in amicos indignari, ut filios, famulos, vicinos, domesticos &c. interdum in inimicos, cum ex inimicitia affectu maledicta prodeunt, plerumque cum plena advertentia feruntur; cum autem inimicos, rarissimè ex intentione oriuntur, sed solum ex perturbatione &c. Unde & alia peccata non erunt, si interrogaris mox post prolationem maledictionis: num intendas filium, vel famulum à Diabolo abripi? Respondebis: minime planè.

III. Cum maledicuntur, & diris devotentur jumenta, aliæque res irrationales, siquidem res sint proximi, & ex odio in ipsum prodeant maledicta, & serio animo, ut verè pereant illa, erit sanè peccatum odii contra proximum, pro ratione materiae gravius, vel levius, quod tamen rariùs accidit, alioquin non nisi veniale, sicut etiam quando res nostræ sunt, vel nullius, etiamsi ex animo deliberatè desideretur eis malum, ut pereant &c. erit tantum veniale, actusque otiosus, vel ad summum iracundiæ, vel impatientiæ vitium.

IV. Maledicere vento, tempestati, pluviae, igni, tali diei, horæ, & cuilibet creaturæ esset sanè mortale blasphemiae peccatum, si illa maledicerentur, quatenus aliquid Dei, seu quatenus à Deo, divinaque dispositione proveniunt, aut quatenus is,

mediis utitur DEUS ad nos puniendos, aut  
 periculum subsit, ne indignatio sit contra  
 Deum. At quando nihil horum adest, rursus  
 veniale erit, ut supra: quia sic maledictio,  
 vel affectus maledicentis nullo modo redundat in  
 Deum: quòd si redundet in parentes, ut si maledi-  
 cendi, vel horæ, in qua te parentes genuerunt  
 erit peccatum contra Charitatem, & Pieta-  
 tem parentibus debitam: & sanè grave, si cum  
 contemptu fiat, aut aliàs pietas in parentes  
 graviter lædatur: ut si ita in faciem malediceres,  
 per hoc eos subsannes, confundas, irrideas. Aliàs  
 verum leve tantum, ut supra.

SECTIO IV.

Sacrilegia.

SUMMARIUM.

- 1. Sacrilegium generatim est rei Sacre violatio.
- 2. Sacrilegium personale quatuor modis committi solet.
- 3. Locale verò tribus.
- 4. Sacrilegii realis, seu rerum Sacrarum quatuor gradus.
- 5. Sacrilegium reale indigne tractando res Sacras varie fieri potest:
- 6. Iniuste verò usurpando, vel furando, tripliciter.
- 7. Etiam iniusta occupatio, vel detentio honorum Ecclesie, mobilium & immobilium, piorum legatorum, & bonorum pauperum &c. aliquo modo Sacrilegium sapit.
- 8. Sacrilegium profane emptionis, & venditionis rei Sacre seu Simonia quid?
- 9. Quæ sit res seu materia Simonia?
- 10. Quale debeat esse pretium, &
- 11. Quale pactum, ad hoc ut committatur Simonia?
- 12. Quid sit Simonia Juris divini intrinsecè mala?

38. Quid

38. Quid sit vel quando fiat Simonia Jure positivo <sup>bona</sup> prohibita?

39. Quid sit Simonia mentalis,

40. Conventionalis,

41. Realis, &

42. Confidentialis? & que hujus pena?

43. Quid sit Simonia cum pretio, vel munere à manu,

44. à Lingua, &

45. Ab Obsequio?

46. An & quando Simonia sit dare beneficium Ecclesiasticum pro obsequio Spirituali?

47. Quando simoniace accepta debeant restitui?

36 **S**acrilegium definitione ab omnibus recepta. Est rei sacra violatio, seu irreligiositas, quæ res sacra, quatenus Deo sacrata est, violatur; est enim peccatum contra Virtutem Religionis, quæ sicut primario inclinatur ad debitum cultum & reverentiam exhibendam ipsi Deo; ita ex consequenti & secundario inclinatur ad debitam reverentiam exhibendam rebus Deo sacratis: nam ut ait D. Th. 2. 2. q. 99. a. 1. Ex eo, quod aliquid deputatur ad cultum Dei, efficitur aliquo modo divinum, quomobrem ei reverentia debetur, quæ redundat in Deum: atque etiam irreverentia, seu indigna tractatio rerum sacrarum redundat in injuriam Dei: consequenter erit speciale peccatum Religionis oppositum. Sic S. Doctor.

Res ergo sacra dicitur omnis illa, quæ publica institutione, auctoritate, & ritu ad Dei cultum deputata est; uti ex Juris Consulto notavit Suarez, de Relig. lib. 3. tract. 3. c. 2. adeoque non qualibet privato instituto, proposito, vel voto res sacra efficitur, sed necesse est, ut publicam deputa-

tionem vel consecrationem habeat. Ejusmodi autem rerum sacrarum, atque publica auctoritate ad cultum Dei consecratarum triplex est genus, persona, locus, & res, indéque triplex species materialis Sacrilegii. Personale, locale, & reale. De his ordine.

## §. I.

*Sacrilegium personale*

**D**icitur, quò persona sacra, seu publica auctoritate & solemnitate ad cultum Dei consecrata (videlicet per sacram ordinationem, vel statum Religionis, ejúsque aliquam participationem) indigne violatur: idque contingit quatuor modis.

I. Inferendo manus violentas in Clericum, vel Religiosum: percussione, mutilatione, occisione, aut aliâ atroci injuriâ, utpote non solum in faciem, sed etiam in contemptum in terram spuendo, contra privilegium Canonis. *si quis suadente &c.* 17. q. 4. ex motivo Religionis personis Ecclesiasticis, atque Deo sacratis concessum, addita excommunicatione latæ sententiæ ipso facto incurrendâ. De hoc in materia de Censuris.

II. Personas Ecclesiasticas subijciendo fori sæcularis judicio seu ad tribunalia sæcularia indebitè trahendo, contra Privilegium Exemptionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ.

III. Ab iisdem personis Ecclesiasticis tributum exigendo contra eandem Immunitatem, & Exemptionem. Sed hoc extra casum publicæ necessitatis, ut in bello; tunc enim lex naturæ præponderat legi Ecclesiasticæ.

IV. Lur

IV. Luxuriosè violando corpus personæ Deo sacratæ per votum solemne continentiae perpetuæ, idque quocunque concubitu, pollutione, tactibus ad hoc ordinatis. Ideoque sacrilegium committitur non tantum à persona, quæ contra proprium votum peccat, sed etiam ab alia seu altera complice, etsi ipsa voto Deo sacrata non sit. Sed de hoc ex professo dictum est inter species luxuriæ p. 4. *Theol. Sacram. de Matrim. c. 3. Sect. 4. & fort. infra 6. Præcepto.* neque res fœda hic repetenda. Id hinc solum obiter nota ex Laym. l. 4. tract. 10. c. 7. Quod Clericus, vel Religiosus fornicans contra continentiam, & sextum Præceptum præter peccatum luxuriæ duplicem, in rigore loquendo, aliam malitiam committat contra Virtutem Religionis; una est violatio voti Deo consecrati contra secundum Præceptum, altera est sacrilegium propriè dicti, nimirum personæ sacræ violatio, seu voto solemni publica auctoritate ad cultum Dei acceptæ, contra hoc primum Decalogi Præceptum, quæ malitia gravior est priori, & omnino in confessione explicanda, sic ut non sufficeret absolutè dicere: peccavi contra votum castitatis carnaliter, sed necesse sit exprimere circumstantiam Ordinis sacri, vel Professionis religiosæ. Ut contra *Suar. Sanch. & alios.* ex communiori aliorum docet Laym. cit. n. 4.

## §. II.

*Sacrilegium locale*

28 **D**icitur, Ecclesiæ, vel loci sacri, publica auctoritate ad cultum Dei deputati, indigna violatio.



§. Ecclesia proprie est locus publica auctoritate, aut consecratione Episcopi; aut Crucis erectione, vel alia ratione deputatus ad publicè peragenda Officia Divina, Missas celebrandas, & verbum DEI audiendum, Sacramenta administranda, & recipienda. Locus verò sacer latius patens, generatim dicitur omnis locus ad usum pium & religiosum publicè destinatus; & Deo dedicatus. Comprehendit & Ecclesias omnes, & insuper Sacella; Cæmeteria; Monasteria; & Xenodochia, quæ Episcopi auctoritate erecta sunt; nam solæ seculari auctoritate erecta absque auctoritate Episcopi; non censentur religiosa. Sacrilega ergo violatio Ecclesiæ; vel loci sacri contingit generatim tribus modis.

I. Violando immunitatem Ecclesiæ; & locorum sacrorum: fores effringendo; despoliando; & specialiter eò confugientes, atque legitimò refugio; seu asylo ibidem gaudentes, violenter, & dolosè extrahendo ad iudicium; vel punitionem; id tamen extra casus, quibus, id ipsa Jura permittunt; videlicet 1. si crimen grave in ipsa Ecclesia quis commisisset, *c. ult. de immunit. Eccles.* cum in eo, in quo deliquit, puniri quis debeat, & frustra legis auxilium invocet, qui deliquit in legem. 2. Item si publicus latro fuit, aut nocturnus despoliatur agrorum; *c. inter alia. eodem tit. 3.* Item qui alium proditoriè occidit ex insidiis, puta ex latibulo à tergo invadendo, venenò, &c. *c. 1. de homicidio*; & fuit olim juris Divini. *Exod. 21.*

II. Polluendo Ecclesiam, aut Cæmeterium, idque dupliciter: 1. Per injuriosam sanguinis effusionem, aut homicidium etiam sine sanguinis effusione factum; dummodò intra Ecclesiam factum, sive deinde ab existente intra Ecclesiam, sive extra; utroque enim modo æqualiter contra sanctitatem loci peccatur. 2. Per illicitam & voluntariam humani seminis intra Ecclesiam effusionem, *c. ult. de consecrat. Eccl.* Copula tamen carnalis conjugalis excusatur à mortali, si fiat ob urgentem necessitatem, vel probabile periculum pollutionis, utpotè si conjuges officii, vel refugii causâ longo tempore intra Ecclesiam cohabitare cogantur. Communis DD. cum Sanch. *lib. 9. de matrim. disp. 50. n. 9.* Denique per sepulturam infidelis non baptizati, aut excommunicati non tolerati, *c. consuluisti eod.* Atque ad peccatum mortale sacrilegii sufficit prædicta, vel aliquid eorum fieri etiam occultè: ad hoc autem, ut Ecclesia censeatur polluta in foro externo, requiritur, ut factum sit notorium de jure, vel de facto.

III. Exercendo actionem profanam, quæ vel ex natura sua, vel juris Canonici prohibitionem loci Sanctitati repugnat, licet per eam Ecclesia non polluat: uti sunt: omnis actio judicialis & maxime criminalis. *c. unico. de immunit. Eccl. in 6.* Peccaret ergò Judex sacrilegè, & insuper invalidè ageret, qui in Ecclesia sententiam ferret, etiam ad multam pecuniariam; si etiam ad mortem, excommunicandus foret. Altera actio in Ecclesia sacrilega est negotiatio, mercatura, emptio, &

venditio solemnis, *cit. c. decet, eodem.* Hac ratio-  
 ne etiam Christus *Matth. 21. & Joan. 2.* ejecit  
 omnes vendentes & ementes ex Templo dicens:  
*auferite ista hinc, &c.* Peccaret ergò mortaliter sa-  
 crilegio, si quis per se, ex instituto templum  
 deligeret tanquam locum mercaturæ & nundina-  
 rum, in eo officinam erigendo, merces exponen-  
 do; quòd si tamen solum fiat contractus emptio-  
 nis in Ecclesia, merce alibi existente: aut per ac-  
 cidens tantum in transeundo, vel recedendo ob-  
 pluviam, non nisi veniale, aut nullum peccatum  
 est. Ex communi Laym. *c. 7. n. 9.* Tertia actio  
 in Ecclesia sacrilega, sunt tripudia, clamores pro-  
 fanus. *c. cum decorem, de vita & honest. Cleric.*  
 Quarta actio in Ecclesia prohibita est comedere. *c.*  
*non oportet. 2. dist. 24. Non oportet in Basilicis,*  
*seu Ecclesiis agapen facere, & intus manduca-*  
*re.* Extra ergò casum necessitatis, vel pietatis uni-  
 versim prohibitum est in Ecclesia comedere, vel  
 bibere more solito pro refectioe, quòd tamen  
 seclusò scandalò, vel contemptu culpam venialem  
 non excedere cum *Cajet. Sa. & aliis* notat *Laym.*  
*cit.* Præter prædicta peccata in hac triplici classe  
 alia peccata in Ecclesia committere: v. g. detrahe-  
 re, nutu, vel verbis sollicitate ad inhonesta alibi  
 patranda, seclusò contemptu, omnique voluntate  
 loci sacri inhonoradi, speciale peccatum sacri-  
 legii non constituit, etsi gravem contra loci  
 sanctitatem contineant, meritò à timoratis ex-  
 plicandam in confessione irreverentiam, eoque  
 gravioem, quò gravius peccatum committitur:

Q 9 2

idque

idque etiam etsi naturalis turpitudinis quidpiam fiat.

## §. III.

*Sacrilegium reale*

29 **D**icitur rerum quarumvis publica auctoritate ad Cultum Divinum sacratarum, vel deputatarum indigna violatio: §. Rerum autem ejusmodi sacratarum, prout excludunt personas sacras, & loca sacra, quatuor veluti gradus assignat D. Thom. q. 99. a. 3. *Primum & summum locum inter res sacras obtinent Sacramenta, quibus homo sanctificatur; quorum præcipuum est Eucharistia Sacramentum, quod Christum ipsum continet: & ideo sacrilegium, quod contra hoc Sacramentum committitur, gravissimum est inter omnia.* Secundum locum post Sacramenta, tenent vasa consecrata ad ministerium & usum Sacramentorum: deinde Ædes sacræ, Altaria, Crux, & Imagines Christi, ac Sanctorum, eorumque Reliquiæ: quia etiam hæc secundum usum Ecclesiæ æstimantur ut instrumenta Divini cultus; & ideo habentur sacræ, non tantum in ordine ad Sanctos, sed etiam in ordine ad Deum. Ait Suárez. *lib. 3. c. 6. n. 7.* Huc etiam spectant sacri liquores, Chrisma, oleum, aqua, & alia benedicta. Item Nomina Dei, Christi, & Sanctorum, SS. Evangelia, & omnis Scriptura Canonica. Ut notat Suárez. *ibidem n. 9.* Tertium locum retinent omnia, quæ pertinent ad ornatum Altarium, & Ministrorum, & ordinata ad ministerium Divini cultus, & indignè violata ad sacrilegium spectant. *Quat.*

Quartum locum, sed remotiorem cæteris in rebus sacris obtinent omnia bona mobilia, quæ deputata sunt ad sustentationem Ministrorum Ecclesiæ, Temporum fabricam, &c. Item deposita in Ecclesiis, pia legata ob pias causas, bona pauperum in xenodochiis & his similia. Etiam si enim hæc omnia non ita propriè sint Res sacræ, quæ vel speciatim ad DEI cultum consecratæ, & benedictæ, vel tanquam instrumenta Divini cultus specia- liter institutæ sunt, tamen remotè saltem ad Deum, & ejus cultum præ cæteris rebus profanis specialiter deputatæ & eorum injusta usurpatio in Jure passim sacrilegium usurpatur. Harum omnium rerum sacrarum indigna & sacrilega violatio fit, & contingit generatim tribus modis, scilicet *indignè tractando; injustè usurpando; profanè vendendo, vel emendo per simoniam.*

*Sacrilegium indigna tractationis rerum*

*Sacrarum fit variè:*

1. Circa Sacramenta: ea ministrando, vel suscipiendo. 1. *Invalide*: Sacrilegium omnium gravissimum, sacratissima illa signa à Christo ad infallibiliter sanctificandum hominem instituta, invalide & fictè applicando, falsa reddere, & annullare, scilicet defectu debitæ materiæ, formæ, intentionis, aut dispositionis necessariæ. 2. *Indignè*: in cognito statu peccati mortalis celebrando communicando, alia Sacramenta ministrando, vel suscipiendo: aut aliàs notabiliter irreverenter, vel negligenter circa illa se habendo. 3. *Tangendo illicitè & irreverenter necessitate seclusa.*

Q 9 3

SS. EU-

SS. Eucharistiæ Sacramentum ( hoc utique peccatum mortale ) & omnia immediatè ab ejus contactu consecrata & benedicta : ut Calicem, Patenam, Ciborium, Lunulam Monstrantiæ, Purificatorium jam sæpè usurpatum, Corporale, &c. Item Chrisma benedictum, Sacras Reliquias, Agnos Dei, &c. non tamen horum vasa : quamquam secundum communem DD. præter tactum illicitum Eucharistiæ in ceteris omnibus seculo contemptu rerum sacrarum, vel præcepti Ecclesiæ rarò sit plus, quàm veniale, excusatque omnis necessitas. De his in suis propriis materiis.

II. Circa Vasa sacra, & Paramenta, ea convertendo ad profanos usus propria autoritate, sive transmutando in aliam formam, sive solum abutendo ad profanos usus ( juxta *c. ligna. de consec. dist. 1.* ) v. g. sacris Vasis ad potationes, sacris Paramentis ad profana spectacula, &c. Quin etiam materiam rerum antea sacrarum, lapides, ligna, pannos, &c. profanè usurpare peccatum mortale est ex genere suo, nisi ignorantia excuset, aut necessitas publica belli, famis, &c. Quo casu teste Ambrosio, etiam sacra Vasa alienare, vendere, conflare licet, ob majus præceptum Charitatis.

III. Circa sacram Scripturam, eam scienter pervertendo, vel ejus sententiis abutendo ad irrisiones, jocos mendaciã, alia peccata, & maximè lasciviam : uti impius Beza abusus est Canticis Canticorum horribili sacrilegio, vocèque blasphemiz in Spiritum Sanctum. Ut notat Suar. *cit. tract. 3. lib. 3. c. 6.* Et meritò Gobat *de blasphem. cas.*

20. n. 718. Fulmine dignas censet meretriculas illas, quæ sæpius alicui assuetæ, nescio à quodam demonis nancipio edoctæ, dicunt: *Domine probasti me*; sicut & illum, qui verbis illis: *bibite, & ne breamini Charissimi, &c.* abutere-tur ad persuadendum alicui ebrietatem, vel potum excessivum, aliàs non: nam à mortali excusant DL. citt. communiter, si honesti joci causâ subinde iat, ut si amico dicas: *sede à dextris meis*; aut in convivio diu nemine loquente dicas: *factum est silentium magnum, &c.* aut homini melancholico, moroso: *à facie frigoris ejus, &c.* vide Gobat *cit. n. 719. & seq.* Dico tamen *subinde* nam ordinariè, consuetudinariè, toties, quoties, ita abutentes Divinò Verbò ob ejus implicitum saltem contemptum, à mortali excusari non possunt, teste nostro *P. March. sup. cit.*

IV. Quacunque irreverentia, despectu, vel abusu abjiciendo Res sacras Divino cultui destinatas, & supra enumeratas 1. 2. & 3. loco; quia enim illa omnia peculiari ratione ad Deum, ejusque cultum referuntur, & ideo cultum in DEUM redundantem merentur; ita eorum inhonoratio, seu indigna tractatio in DEI inhonationem redundat, & ad sacrilegii crimen pertinet, idque tantò gravius, quantò & Res sacra major, & irreverentia illata major est.

Cæterùm ad hoc peccatum sacrilegii committendum in indigna administratione, vel tractatione Rerum sacrarum non est necesse, ut quis

habeat semper directam intentionem inhonorandi, vel contemnendi Res sacras, quod proprium est infidelium & hæreticorum, semperque mortale, nulla parvitate materiæ excusanti; sed sufficit intentio indirecta, dum quis Res sacras scienter ob quemcunque alium finem, indignè tamen tractat, modis supra dictis, quamvis hoc excusari sæpissimè possit ob parvitatem materiæ: cum sacrilegium naturâ suâ magis vel minus grave sit pro ratione materiæ.

*Sacrilegium injusta tractationis, seu usurpationis Rerum sacrarum.*

**F**urtum Rei sacræ triplici membro exponitur c. quisquis. 17. q. 4. *Sacrilegium* (id est furtum sacrilegum) *committitur, aut auferendo de loco sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro*: Furtum enim, seu injusta ablatio rei alienæ est de se peccatum injustitiæ contra septimum Præceptum: duobus modis secundum Canones qualificatur, ut fiat sacrilegium contra Virtutem Religionis: 1. Ratione ipsius Rei sacræ: ut si fureris Calicem, Reliquiam, &c. 2. Ratione loci sacri, cui specialis reverentia, & immunitas, adeoque securitas ab omni injuria debetur, & hinc illa tria membra.

I. Furari Rem sacrâ in loco sacro, v. g. Calicem ex Templo, Ciborium ex Tabernaculo, utramque malitiâ sacrilegii continet, scilicet violationem Rei sacræ, & violationem loci sacri, ideòque in communi, & nostrâ sententiâ, necessariò exprimendam in confessione.

II. Fu-



II. Furari rem sacram è loco non sacro , vel extra locum sacrum v. g. Calicem ex privato Oratorio, cista domesticâ, præter furti, aliam unam simplicem malitiam, veri tamen sacrilegii dicit. Juxta communem DD. cum *Laym. cit. n. 16. & 17.* Ubi rectè monet, non esse audiendos Legistas ad sacrilegium utrumque requiri: & quòd res sacra ablata sit, & è loco sacro.

III. Furari rem non sacram, nec ad DEI cultum ullâ ratione pertinentem, tamen è loco sacro, Templo, vel Ecclesia, similiter unam tantum, at veram habet malitiam sacrilegii, scilicet violationis loci sacri. Juxta communissimam DD. Sumitur ex Scriptura 2. *Machab. 5.* ubi Heliodorus horribiliter ab Angelo flagellatus legitur, quòd voluisset spoliare ararium Templi, in quo deposita viduarum & pupillorum erant; quod proinde cretum videtur quoad res in Templo depositas, & in ejus fidem, atque immunitatem susceptas. Quoad alias verò res in Templo non sub custodia, sed per accidens, & casu existentes, ablatas, v. g. in Ecclesia, abscindere crumenam; an sit furtum simplex, vel qualificatum sacrilegii, adeoque in confessione exprimendum, etsi non ita certa, tamen communis, & probabilior est sententia affirmans. *Angel. Sylvest. Armil. Sa. verb. sacrileg. Navarr. c. 6. n. 4. Suar. Laym. cit.* Ratio petenda est ex reverentia Ecclesiarum, quæ meritò exigit omnem injuriæ immunitatem statuendam, eamque defacto statutam esse satis constare videtur ex *cit. c. Quisquis, &c. Sacrileg. de*

*immunit. Eccl.* Et quia mercaturæ in Ecclesia prohibita sunt, eam maximè ob causam, quia in iis fraudes committi solent, sanctitatem loci valde dedecentes; quantò magis ipsa furta in Ecclesia decet esse specialiter prohibita?

32 IV. Quoad bona Ecclesiastica mobilia & immobilia. Item pia legata, bona pauperum, &c. etsi propriè res sacræ non sint, nihilominus quia bona illa ex sua institutione ac fundatione atque fundatorum, testatorum, ac offerentium expressa voluntate ad DEI, & Christi honorem oblata, & destinata sunt, sic, ut in nullum alium usum, nisi pium, converti possint, certum est, quòd iniustorum occupatio, detentio, defraudatio non sit simplex peccatum furti, vel iniustitiæ, sed qualificatum; & circumstantiam ejus esse exprimendam in confessione, adeoque si non propriè sacrilegium, aliquam saltem rationem sacrilegii habet: certè passim in jure Canonico sacrilegium appellatur; specialiter *c. nulli liceat. 12. q. 2. & 17. q. 4. Can. 4.* dicitur: *sacrilegium, & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquatur, prava voluntatis studio suis tentaverit compendiis retinere.* Accedit, quòd invasio, & spoliatio bonorum Ecclesiasticorum sit contra immunitatem Ecclesiæ, cujus violatio est sacrilegium; & *Conc. Trident. Sess. 12. can. 11.* in tales decernit excommunicationem Papæ reservatam, donec restituant.

*Sacrilegium profana emptionis ac venditionis rerum sacrarum Spiritualium.*

**H**oc, amisso generali nomine sacrilegii, ab

infigni illo rerum spiritualium empturitore, Simone Mago, peculiari sibi nomine vendicato, *Simoniam* appellata est. Esset res prolixissimæ, & intricatissimæ tractationis, præsertim quoad præxam nostrorum temporum; verum quia materia maximè est canonica, ideò sistendo in terminis Theologiæ moralis, breviter claro compendio delibabo, communiter necessaria Confessario scitu in confessionali.

§. IV.

*Simoniam.*

**D**efinitur in Jure: *studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum.* Clarius exprimit Suar. tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 4. c. 1. *Simoniam est sacrilegium, quò per emtionem & venditionem, vel similem contractum res spiritualis ut talis pro temporali commutatur: ideòque ad peccatum simoniæ necessariò tria concurrunt, materia, pretium, pactum; quibus explicatis patebit definitio, & essentia simoniæ.*

I. Materia simoniæ debet esse res spiritualis, vel annexa spirituali, res autem spiritualis, & materia simoniæ sunt. 1. Omnis gratia gratum faciens, & gratis data. 2. Omnia Sacramenta, & sacramentalia, seu sacra ceremoniæ in administratione Sacramentorum, & Sacrificio Missæ ex institutione Ecclesiæ exercenda. 3. Omnia Divina Officia, & Orationes publicæ & privatæ. 4. Omnis actus Jurisdictionis Ecclesiasticæ, ut absolutio à peccatis & censuris, collatio Indulgen-

gentiarum, collatio cujuscunque Beneficii, Officii, ac Dignitatis Ecclesiasticæ. 5. Omnia Beneficia Ecclesiastica, & ipsis annexa: ut jus Patronatus, redditus Beneficiorum, qui dantur propter spirituale Beneficium. 6. Denique omnia Vasa, & Paramenta sacra, quæ talia, omnia benedicta ab Ecclesia: ut Agni DEI, sacra Reliquiæ, &c.

- 35 II. Pretium simoniæ debet esse quid temporale, sive pecunia sive quodcunque aliud per modum pretii æquiparatum ipsi rei spirituali seu sacrae, ut talis est; unde non est simonia, dare rem spiritualem pro spirituali, Reliquias pro Reliquiis, Calicem pro Ciborio, unum Beneficium cum alio commutare, auctoritate tamen legitima. Item dare rem temporalem pro spirituali materialiter tantum, ut pecuniam pro Calice, quantum valet argentum & ars. Item dare rem temporalem pro spirituali Officio, Sacris, Orationibus, Sacramentis, &c. non pretium æquiparatum ipsi rei sacrae, sed solum in stipendium sustentationis Ministrorum. Sumitur. *ex c. 10. Matth. dicente Christo Dignus est operarius mercede sua.* Et *1. ad Cor. 9. Quis militat suis stipendiis nunquam? si vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si carnalia vestra metamus?*
- 36 III. Pactum, seu contractus simoniæ debet esse pactum onerosum, & obligatorium per modum emptionis, & venditionis, vel cujusvis commutationis, seu retributionis, onerosæ, obligatoriæ, quomodocunque exprimat. v. g. Do tibi pe-

pecuniam, agrum, &c. ea conditione, ut data prima occasione Beneficium conferas: aut contra: Confero tibi Beneficium eo pacto, ut centum ducatos numeres; nec salvant, etiamsi addant: per modum gratitudinis tantum; dummodò intercedat verum pactum obligatorium: secluso autem hoc pacto, non erit simoniacum accipere, vel dare rem temporalem pro spirituali, & e contra: v. g. ei, qui contulit Beneficium spirituale, gratuito, & spontè rependere rem temporalem, v. g. pecuniam, vel aliam; aut e contra pro te temporali accepta, spontè ex gratitudine rependere rem spirituales, Beneficia, Sacra, &c. Nec simoniacum erit alteri conferre rem spirituales, cum spe tamen ab illo recipiendi rem temporalem per modum gratitudinis tantum, secluso omni prævio pacto expresso, vel implicito: Quale pactum expressum, vel tacitum utique supponitur in Propositionis damnatis ab Innocentio XI. 45. *Dare temporale pro spirituali non est Simonia, quando temporale non datur tanquam precium, sed duntaxat tanquam motivum conferendi, vel etiam, quando temporale solum sit gratuita compensatio pro spirituali, aut e contra.* Et 46. *Et id quod que locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale: imò etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris aestimetur, quam res spiritualis.*

IV. Juxta hæc tria ad peccatum simoniæ essentialiter requisita, triplex est divisio simoniæ. Ex

Ex

Ex parte materiae in simoniam Juris Divini, & positivi. 2. Ex parte pacti, vel contractus in mentalem, conventionalem realem, & his immixtam confidentialem. 3. Ex parte pretii, in simoniam, quae fit cum munere à manu, à lingua, & ab obsequio. Explico breviter ordine.

1. *Simonia Juris divini, & positivi.*

37 **S**imoniam Juris divini intrinsecè mala, atque prohibita propter malitiam suam intrinsecam est omnis illa, quae venditur, & emitur res propriae spiritualis, ut talis: ut Sacramentum, sacra Reliquae, &c. cujus ratio & malitia mortalis consistit in hoc, quòd res sacra, vel spiritualis indignè & irreligiosè tractetur hoc ipso, quòd emptione, vel venditione cum pretio, vel re temporali commutetur, perinde ac si tam vilis sit, ut instar rerum, vel mercium temporalium pretio venalis exponi debeat. *Quis enim non vile putat esse quod venditur?* ait Hormista Papa ad Episcopos Hispania in Epistola. Deinde cum res spiritualis pro temporali commutatur impiè praesumitur, ac si illa non minùs, quàm res temporalis, libero hominum dominio ac potestati subiecta sit, & non à solius DEI gratuita voluntate, & potestate dependens; quamobrem Petrus Simonem magnum increpans ait Act. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum DEI existimasti pecunià possideri posse.* Est ergò simonia unum ex peccatis gravissimis sacrilegii contra Religionem, & valde perniciosum Ecclesiae. Unde & in SS. Canonibus appellatur *execrabile flagitium, turpissimum lucrum*

*lucrum*, &c. estque ex natura sua peccatum mortale, atque juxta *Navarr. Suar. cit.* & alios neque ex parvitate materiae excusabile, cum sit gravissima in Deum irreverentia quodcumque donum gratiae spiritualis ita tractare, ac si sit res vilis, & ab arbitrio & potestate humana dependens, ut precio aestimari, ac vendi possit; committiturque hoc peccatum simoniae quoad malitiam sacrilegii tam ab emente, quam vendente rem sacram; uterque enim ipso facto inhonorat, & vilipendit rem sacram, & qui pro ea pretium temporale exhibet, & qui exigit pro ea: at verò ex parte vendentis praeter malitiam sacrilegii, etiam accedit peccatum injustitiae, quatenus pretium temporale pro spirituali recipit sine ullo Jure accipiendi. Ut notat *Suar. cit. lib. 4. c. 4. n. 7.* Et *Less. lib. 2. c. 35. dub. 28. n. 162.*

*Simonia juris positivi humani, & ideo mala, quia prohibita ob inconvenientiam extrinsecam.*

**E**st omnis illa, qua venditur non quidem res aliqua propriè spiritualis, sed rei spirituali annexa, vel ad eam ordinata, utpote sunt: 1. Venditio Beneficiorum etiam secundum id, quod in ipsis temporale est: nimirum quoad jus percipiendi fructus ex bonis Ecclesiae. 2. Venditio Officiorum Ecclesiae extrinsecè tantum ordinatum ad res sacras: ut Sacristae, Oeconomi, Thesaurarii, Advocati Ecclesiae. 3. Oblatio pecuniae alteri facta, ut suadeat alteri tertio, ut det tibi Beneficium. 4. Pactio de resignando Beneficio tibi, vel

vel ex eo solummodò pensionem, si alter Beneficium tibi impetret. 5. Permutatio, & resignatio Beneficiorum: item reservatio pensionis ex Beneficio resignato; si absque Superiorum auctoritate fiat, hâc autem accedente; licita erit. 6. Accipio munerum etiam spontè oblatorum pro examine ad Parochiam: Ex Trident. *Sess. 24. can. 18.* Item pro collatione Ordinum; pro prima tonsura, pro litteris dimissoriis ex eodem Trident. *Sess. 21. can. 18.* Excipitur autem decima pars aurei pro Notario, si salarium non habeat, & consuetudo permittat. 7. Exactio pecuniæ pro admissione ad Religionem, non tantùm pro ipso statu, is enim spiritualis, & jure naturali invendibilis, sed etiam pro onere sustentationis: nisi Monasterii tenuitas, vel consuetudo contraria excuset apud Moniales pleraque, & multos alios Ordines. Vide Laym. *tract. 10. c. ult.* Quare hoc tempore ob Ingressum Religionis raro committitur peccatum simoniæ, nec consequenter incurruntur poenæ in jure statuta.

*II. Simonia mentalis, conventionalis, realis, confidencialis:*

39 **S**imonia mentalis est voluntas, seu propositum internum, quò quis, dum confert alteri rem spiritualement, intendit illum obligare ad reddendum aliquid temporale, aut e contra; dum confert aliquid temporale, intendit illum obligare ad reddendum aliquid spirituale v. g. Beneficium bonum spirituale pro mutuo, vel alio beneficio praestito, sine ullo pacto externo, sed solum cum



spe certa recipiendi aliquid temporale pro spiri-  
tuali, vel e contra, tanquam ex debito ab altero  
presumendo: ut si Prælatus conferat Beneficium  
Clerico, idè in compensationem obligatus  
sit ei servire: aut Clericus seruiat Episcopo ea in-  
tentione, ut ei in mercedem debitam conferat Be-  
neficium, & tandem beneficium conferatur,  
nulla tamen exterius verbis, vel signis facta con-  
ventione, vel pacto, erit simonia mentalis, &  
peccatum sine dubio; nullam tamen in quacun-  
que materia inducens pœnam Canonicam: quia  
in foro externo probari non potest. Communis  
DD. cum Sanch. *consil. moral. lib. 2. c. 3. dub. 10.*  
*Less. Laym.*

II. Simonia conventionalis dicitur, quæ fit cum  
externo pacto, vel conventione expressa, vel taci-  
ta dandi, vel recipiendi quidpiam spirituale pro  
temporali, aut temporale pro spiritali, qua con-  
ventione externa differt à simonia mentali: con-  
ventione tamen nondum impleta ex utraque par-  
te, adeoque jam gravius peccatum, adhuc ta-  
men nullam inducens pœnam Canonicam, non  
solum quando conventio ex neutra parte impleta  
est (secundum omnes) sed etiam si ex una parte  
impleta sit: idque non solum, si quis rem tem-  
poralem v. g. pecuniam dedisset, spirituale ta-  
men, v. g. Beneficium, vel sacrum Ordinem  
nondum accepisset: quia jura imponentia pœnam  
simoniacis, requirunt traditionem rei spiritalis:  
verum etiam si spirituale jam datum esset, sed  
tem, orale (saltem in totum) nondum receptum.  
Ut ex communi docet Sanch. *cit. c. 3. r. dub. 10. n.*

106. testans ita servare stylum Curia, quo merito, vel correcta, vel abrogata censeri debent antiqua jura in contrarium sonantia.

- 41 III. Simonia realis tandem dicitur, quando conventio ex utraque parte completa est, saltem inchoative, spirituali scilicet dato, & temporali saltem ex parte recepto, ut si collatio Beneficii facta jam sit, & pretii saltem pars soluta; & hæc realis, & completa simonia inducit pœnas gravissimas Canonicas; in triplici tamen solum casu: si simonia nimirum commissa sit in ingressu Religionis: in sacro Ordine: & Beneficio: quoad ingressum Religionis, jam supra mentio facta. Ob simoniacam collationem, & susceptionem sacrorum Ordinum, etiam primæ tonsuræ, incurritur excommunicatio, & suspensio Papalis, & ordinantis, & ordinati. *Extravag. cum detestabile. De Simonia.* Ob simoniam realem in Beneficio Ecclesiastico à conferente & acquirente incurritur eadem excommunicatio Papalis Papæ reservata. *Eodem Extravag.* irrita est Electio, Confirmatio, Præsentatio, Institutio, nullumque jus tribuit: unde sic recipiens Beneficium non facit fructus suos, sed restituere tenetur, etiamsi crimen sit occultum, efficiturque inhabilis ad illud Beneficium, etiam ex dispensatione Episcopi obtinendum; aliis tamen Beneficiis ritè obtentis, ipso jure non privatur, nec ad alia obtinenda fit inhabilis ante sententiam judicis. Omnia ex *Navarro, Suarez, Sanchez*, compendiosè *Laym. lib. 4. traët. 10. c. ult.*
- 42 IV. Simonia confidentialis specialiter dicitur, cum quis alteri dat, vel confert, vel resignat, vel

ad illud præsentat, eligit, instituit cum certa confidentia & obligatione, ut tanquam ex debito illud sibi, vel alteri in sui favorem certo tempore resignet, aut ex eo pensionem vel certam partem fructuum tribuat. Et rursus potest esse aut *mentalis* tantum, cum quis ita dat, vel resignat alteri Beneficium cum intentione interna ita alterum obligandi, sed ei hanc suam intentionem non manifestat conventionem aliquam externam. Aut *conventionalis*, cum pactum, vel conventio inicitur de dando, vel resignando beneficio cum onere, ut sibi, vel alteri resignetur, vel pensio sibi, vel alteri solvatur. Aut *realis & completa*, dum re ipsa Beneficium confertur, vel resignatur cum eodem pacto, ut sibi vel alteri resignetur, vel ex eo pars fructuum rependatur. Et hæc tandem simonia confidentialis realis completa, dato scilicet & accepto Beneficio cum tali pacto, etiamsi accipiens promissionem nondum impleverit, inducit pœnas Canonicas decretas in motibus propriis *Pij IV. & Pij V.* nimirum excommunicationem Papalem utrique parti contrahenti, annulationem collationis, & resignationis Beneficii illius ipso facto, adeo, ut accipiens non faciat fructus suos (ut supra) & inhabilitationem ad impofterum obtinendum illud ipso jure: insuper privat omnibus beneficiis, & pensionibus ante obtentis: sed hoc per, & non ante sententiam Judicis. Denique Beneficia sic simoniace collata soli Pontifici reservantur. Hæc omnia compendio ex *Navarr. Suar. Sanch. Laym.* cetera solum curiositatis, & admirationis gratia.

III. *Simonia cum pretio, vel munere à manu, à lingua, & obsequio.*

43 I. **P**retium, vel munus à manu dicitur pecunia, aurum, argentum, vestes, equus, & similia, emi, & vendi solita, seu mobilia, seu immobilia. Item remissio debiti, aut promissio remittendi illud. Item mutuatio pecuniæ, dilatio debiti hinc & nunc solvendi, aut è contra anticipata solutio debiti nondum finito termino, & his similia, si nimirum quis tribuat Beneficium, v. g. cum pacto, vel conditione, ut sibi debitum quis remittat, pecunias mutuet &c. tanquam in debitum pretium pro beneficio collato; secus si fiat ex spontanea oblatione, ex gratitudine, item promissio rei nondum debita pro tempore, vel casu, quo sibi erit debita; ut si Canonicus eligendus à Capitulo in Parochum promittat, se remissurum dimidiam partem præbendæ reliquis Canonicis electoribus.

44 II. Pretium, vel munus à Lingua dicitur omnis laus, commendatio, patrocinium, advocatio, intercessio &c. apud alium, v. g. Principem ex pacto conventa & pacta in compensationem pro re spirituali, v. g. Beneficio, ut si quis conferat Beneficium, vel ad illud præsentet aliquem cum pacto expresso, vel tacito, aut prævia prece animo inducendi obligationem, ut pro se apud Principem intercedat, se commendat, laudet, causam suam promoveat &c. veram committit simoniam; siquidem hi actus sunt aliquid temporale, & pretio estimabile: ergò pro illis dare Beneficium, erit simonia;

nia; secus rursus si hæc secluso pacto, vel animo obligandi fiant solum ex gratitudine. *Omnes cum Sauch. lic. 2. con. c. 3. dub. 38.*

III. Pretium, vel munus *ab obsequio* in simonia 45  
dicitur quodcumque ministerium temporale, uti est famuli, pecuniarii, scribæ ex pacto expresso, vel tacito petatum, & datum pro re spirituali, maxime Beneficio, ita nimirum, ut Beneficium detur, & acceptetur in compensationem ejusmodi obsequiorum, velut mercedem, & solutionem obligatoriam ex justitia loco alterius mercedis temporalis solvendæ. Sic erit verissima simonia: quia verè datur temporale pro spirituali, vel e contra. Secus si detur tantum gratis, licet ex motivo obsequiorum, quia tunc nec Beneficium datum habet rationem pretii, vel solutionis, sed tantum præmii gratuiti; neque obsequia præstita, vel præstanda habent rationem pretii, vel solutionis pro Beneficio, sed præcisè rationem meriti de congruo & æquo morali: quod verum est, etiam si obsequia præstita fuissent turpia: nam licet beneficium ex hoc motivo conferre sit indignum, non tamen est simonia: cum non habeat rationem pretii, vel favoris, & præmii gratuiti. Ut notat Suarez *cir.* & alii. Unde tali modo conferens Beneficium non se eximit ab obligatione Justitiæ compensandi præstiti sibi obsequia, nisi alter spontè, & liberâ gratitudine remittat.

IV. At quid si detur Beneficium Ecclesiasti- 46  
cum ob aliquod obsequium Spirituale jam factum: vel faciendum, eritne simonia? R.

R. r. 2

quod

quòd sic, si detur pro obligatione præstandi tale obsequium Spirituale, aliàs non: *Ratio est: quia cum talis obligatio sit quid temporale, & pretio æstimabile, jam erit Beneficium dare pro munere ab obsequio, adeoque simonia: ut si Patronus det Beneficium cum onere & obligatione, ut pro se celebret tot Missas &c. Suar. cit. Excipe nisi tale onus Missarum antecederet annexum fuerit tali Beneficio, vel præbendæ ab eo, qui talem annexionem efficere potest, juxta c. significatum de præbend. Et Trid. Sess. 14. c. 10. de Reformatione.*

*IV. Simoniacè acceptorum restitutio.*

47 I. **N**ihil Spirituale simoniacè acceptum pro pretio temporali restituendum est, neque Jure Divino, neque Ecclesiastico, præter sola Beneficia Jure Ecclesiastico dimittenda. *Communissima D D. cit. omnes. Ratio est: Quia res Spirituales aut restitui non possunt: ut Sacramenta, Ordines; aut certè non sunt restituendæ, nisi in pœnam delicti per sententiam Judicis, cum Jure divino naturali validè translatae sint in alium; nec Jus Ecclesiasticum, seu facti Canones aliud statuerint de ullis rebus Spiritualibus; exceptis tantùm Beneficiis Ecclesiasticis, quæ simoniacè accepta in conscientia ante omnem sententiam Judicis rei veri non possunt, sed dimittenda sunt, unacùm fructibus perceptis, cum nullo justo titulo percepti sint, eò quòd adeptio Beneficii simoniaca ipso facto sit irrita ex speciali constitutione Juris Extravag. cum de restabile de Simonia. Quare si quis simoniacè pretio temporali comparavit Reliquias Sanctorum,*

numismata Indulgentiarum, grana benedicta, Jus Patronatûs, licentiam eligendi Confessarium &c. non tenetur talia dimittere, quia non peccavit contra Justitiam pro talibus dando pretium temporale, sed solum peccavit contra Religionem indignè tractando Res sacras. *Communis apud civit.*

II. Pretium simoniacè acceptum pro confe- 48  
rendo Beneficio (vel alia quacumque re spiritali) nondum secuta collatione, seu non impleta conditione, certum est, ipso Jure naturali restitui debere: quia deest titulus retinendi, cum non præstetur, nec licitè præstari possit id, pro quo est datum; & quidem ipsi danti, quia nullibi est cautum, alteri restitutionem faciendam esse. At verò facta jam collatione Beneficii, & simonia, utrinque completa, pretium acceptum pro huiusmodi Beneficii collatione, præsentatione, resignatione &c. Jure Ecclesiastico statim in conscientia ante omnem Judicis sententiam restituendum esse non ipsi danti, quia Ecclesia intendit utrumque punire, & dantem & accipientem, sed illi Ecclesiæ, in qua est Beneficium, ut constat ex *c. de hoc. Simonia*. Est communis DD. sententia cum S. Th. 2. 2. q. 62. a. 5. Licet *Sotus, Bannes, Sa*, alij apud *Laym. cit. c. ult. n. 84.* probabiliter doceant ante Judicis sententiam restitui posse ipsi danti, eò quòd nulla lex Ecclesiastica afferri possit statuens ante Judicis sententiam Ecclesiæ restituendum esse. Vide *Laym. l. cit.* & alios apud ipsum. Ulteriùs quantum est de Jure Ecclesiastico pro quacumque re spiritali, etiam sacris Ordinibus, etiam ingressu, vel Professione Religionis

ligionis excepto solo beneficio Ecclesiastico, pretium temporale accipiens restituere obligatur ante Judicis, ita in pœnam delicti justè condemnantis, sententiam; cum nullum adferri possit jus ita statuens, ut contra *Sanch. cit.* docent DD. communiter, *Suarez. Lessius. Laym. l. c.* Quantum verò est de Jure naturali & Divino, pono duas resolutiones, & velut Regulas.

- 49 III. Qui simoniacè vendit rem spiritualem, in qua aliquod temporale jus, vel commodum habet, nec alteri gratis conferre tenetur, is spectato jure Divino naturali pretium acceptum retinere potest, nec restituere tenetur, si neque à jure positivo ( ut suprà in Beneficijs ) neque jure Ecclesiastico ad id condemnetur. Ita *Suar. Liss.* alijsque cit. *Laym. cit. c. ult. n. 82.* Ratio est: quia licet venditio ejusmodi rei spiritualis habentis annexum commodum temporale, ut Beneficium, vel Officium Ecclesiasticum, verè sit simoniaca, & contra Virtutem Religionis, non tamen est injusta, si temporalis commoditas, quæ in alterius gratiam datur, vel dimittitur, justo pretio compensetur: obligatio autem naturalis restitutionis non oritur ex quolibet delicto, sed tantum ex delicto, injustitiæ: ergò &c. Contra si quis resignet, vel renuntiet alteri Beneficium Ecclesiasticum, cui certè gratis renuntiare non tenetur, jure naturali pretium acceptum retinere potest; secus est de conferente: quippè qui ex proprii muneris obligatione Ecclesiæ Officia & Beneficia dignis gratis distribuere debet. Ut ex *Soto & Suar.* notat *Laym. ibidem* Ideòque si conferens pretio illa  
 veu-



Vendat, verè peccat contrà justitiam; quia vendit non suum, sed alteri gratis debitum: sicut si Judex pro sententia a justa pretium exigeret, ac proinde jure Divino naturali ad restitutionem uterque obligaretur, & quidem ipsi danti, à quo accipit, nisi jus vel Judex aliud decerneret.

IV. Qui simoniacè vendit ac tradit rem merè spiri- 50  
ritualem, in qua nullum temporale jus, vel commodum habet, is pretium acceptum jure naturali, ac Divino restituere tenetur, nec retinere potest in conscientia ante omnem Judicis sententiam. *D. Th. 2. 2. q. 32. a. 7. & q. 62. a. 5. ad 1.* & communis DD. *Ratio est:* quia verè peccat contra justitiam, cum ejusmodi res merè spirituales nullum commodum temporale annexum habentes: ut Sacrificium, Sacramentum. Sacri Ordines, Consecrationes, Benedictiones &c. non sint pretio æstimabiles, & vendibiles: & Ecclesiæ Ministri non sint Domini ejusmodi rerum spiritualium, sed Ministri, & Dispensatores tantum. At cuinam tunc restitutio facienda erit? Communior sententia est: pretium simoniacè acceptum restituendum esse Ecclesiæ, vel pauperibus (verbo) ad pias causas, sicut & accepta per usuram. Ita *D. Thom. cit. Sylvest. Navar. Covar. Less.* alii apud *Laym.* mox citand. Rationem, & Regulam dat *Navar. lib. 5. consil. 80. de Simonia:* turpiter acceptum restituendum non est turpiter danti, cum sit in pari turpitudinis causa: quando enim turpitudine delicti tam dantem, quam accipientem afficit (ut in proposito) dans indignus esse videtur, ut restitutio ipsi fiat. En sententia omninò probabilis.

Attamen æquè probabilis, & tuta videtur op-  
 posita sententia gravium, & multorum DD, cum  
*Laym. cit. n. 79. & 81.* ante commendationem Ju-  
 dicis Ecclesiastici pretium restituendum esse ipsi  
 danti, à quo acceptum est: nisi sponte remittat,  
 vel condonet. *Ratio est:* quia ex una parte ju-  
 stitia commutativa læsa ( ut est in proposito dans  
 pecuniam ) exigit restitutionem fieri ipsi parti læ-  
 sæ tantum, quantum est de jure naturali. Ex al-  
 tera autem parte nulla lex Ecclesiastica adferri  
 potest, quæ ante omnem Judicis sententiam ob-  
 liget in conscientia, ut acceptum simoniacè  
 ad pios usus convertatur, sicut decernitur de accep-  
 tis per usuram; quamvis hoc ipsum in pœnam de-  
 licti, in proposito à Judice justissimè decernatur.  
 Quare rectè generaliter dixit Emanuel Sa, *verb. Si-  
 monia n. 10.* ante sententiam ei, à quo accepta est  
 simoniacè pecunia, restituenda est post sententiam  
 pauperibus, vel Ecclesiæ. Regula illa *Navarri*  
 pro priori sententia allata locum solum habet in fo-  
 ro externo, in quo Judex in pœnam delicti turpiter  
 dantem justè privat beneficio restitutionis, quæ ipsi  
 alioquin naturali jure deberetur, cum titulus acci-  
 piendi in altero injustus & irritus fuerit. Unde rectè  
 ipse *Navarrus cit.* in fine consilij dicti addit ( an  
 consequenter suæ doctrinæ, nescio ) si is, cui re-  
 stitutio fieri deberet, eam liberaliter remit-  
 tat, cessare omnem restituendi  
 obligationem.